Liber Cereris filius & frater Liberæ.đ.N.38.b.a.
Liber pro uino,Ceres pro frugibus.đ Or.158.a.

Liber,bri. cortex,opus,opuſculum,libellus,commentarij, monumenta,uolumen, ſcripta,chartæ, σύνταγμα. Cic. Att.252.b.
Ci.đ.N.50.a.Trunci obducuntur libro,aut cortice,quo ſint a frigoribus & a caloribus tutiores.
Hi tres libri inter Cratippi commentarios erunt recipiendi.Off.76.a.& ibi.His uoluminibus ad te profecta uox mea eſt.
Confectio huius libri mihi iucunda fuit.đ Sen.77.a.& 88.b.Liber,quem de rebus ruſticis ſcripſi.
Bruti libelli tres de iure ciuili.đ Or.129.a.
Demetrij librum de concordia tibi remiſi.At.143.a.& 129.a.Demetrij liber περὶ ὁμονοίας.&.121.b.
Eſt Dicæarchi liber de interitu hominum,qui &c.Off. 36.a. Liber tuus & lectus eſt & legitur a me diligenter.Ep.82.a.
Sed utros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora)an utroſq; neſcio.Q.Fr.314.b.
Chryſippus,qui totum de Diuinatione duobus libris explicauit ſententiam, uno præterea de oraculis , uno de ſomnijs,quem ſubſequens unum librum Babilonius Diogenes edidit.đ.D.81.a.
Sermo in nouem & dies & libros diſtributus de optimo ciue,ſane texebatur opus luculenter. Q Fr.325.a.
Omnia aliter ac nos in monumentis habetis pronuntiauit.ꝓ Dom.241.b. Ea quæ eſſent dictum eſt in ſuperiore libro.Off.42.a.
Quoniam ſatis huius uoluminis magnitudo creuit,in altero libro exponemus &c.Ad Her.6.b.
Peto a te ne liber exeat,aut ita corrigas,ne mihi noceat. Ep.86.a.&.85.a.Si liber exiſſet . &.135 b.Sic audio Cæſarem cum uolumina iam confecerit ἀποσφραγίζεσθαι, ſolere &c.&.242.a.Κύρου παιδείαν,quam contriuerã legendo,totum in hoc imperio explicaui.
Nos autem in libris habemus,non modo etc.At.143.b.
Quod in alijs libris feci,qui ſunt de natura deorũ,itẽq; in ijs,quos de Diuinatione edidi.đ Fat.140.a.
Scripſi etiã illud in quodã libello,qui me imprudente et inuito excidit & peruenit in manus hoĩum.đ Or.92.b.
Tum quis nõ artis ſcripta ac monumenta uolutans, Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis.đ.D.84.b.
Libros peruoluere.At.74.b.& euoluere.145.a.
Voluendi ſunt libri Catonis.đ Cla.193.a.
Libros edere & libros euoluere.Top.221.a. & Tuſ. 253.b.& libros edere.At.208.a.

Libera,ræ. Proſerpina Cereris filia.Ci.đ.N.38.a.b.& I.V.225.a.

Liberalia,orum. Ci.Ep.198.a Liberalibus literas accepi tuas.& At.226.a.Liberalia tu accuſas?

Liberalis,le. benignus,largus,munificus,beneficus,prolixus,clemens,ingenuus.X.auarus,ſordidus,illiberalis, auidus.

Ci.đ Or.87.b.Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum,q̃ &c?

Largus beneficus,liberalis.ꝑ Deio.148.b.

Roſcius ſemꝑ liberaliſſimus munificentiſſimusq; fuit. ꝑ Q.R.48.b.& ibi.a.b.Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Largum & liberale uiaticum.ꝑ Fla.149.a.

Gratificandi liberalis uoluntas.đ Off.43.b.

Eſt enim liberale officium ſerere beneficium ut metere poſſis fructum.Anteq̃.192.b.

Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit.ꝑ Cæl.48.b.

In cauſa liberali .ꝑ Flac.154.b.i.in qua de libertate agitur. Omnis liberalis & digna homine nobili doctrina.Acad.1.a.

Omnis ars & doctrina liberalis.Ep.49.a.

Liberales doctrinæ atq; ingenuæ.đ Or.154.b.

Artium liberalium magiſtri.đ In.50.b.

De artificijs & quæſtibus,qui liberales,qui ſordidi.Off.30.a.

Liberalitas,tis. benignitas,beneficentia,largitas,bonitas, benefica uoluntas gratificandi liberalis ualuntas,uoluntas benemerendi de aliqua,clementia.

Ci.đ Or 118 a.Raro illud datur ut poſſis liberalitatem & benignitatem ab ambitu largitione ſeiungere.

Iuſtitiæ eſt coniuncta beneficentia,quam eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellare licet . Off.5.a. & Part.136.b.Liberalitas in uſu pecuniæ.

Maximas audio tibi pro tua eximia liberalitate maximisq; beneficijs in tuos ueniſſe hereditates.ꝑ Fl.162.a.

Ne tua liberalitas diſſolutior uideatur. At.274.b. & 275.b.Vnum hoc grato animo liberaliq; profectũ cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat.

Qui tantas pecunias propter magnificentiam liberalitatis repudiauit.ꝑ.Q.R.49.a.

Commemoranda quædam & diuina Cæſaris liberalitas.Ep 14.b.&.6.b.Virum tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum &c.

Poſſe liberalitate uti non ſpoliantem ſe patrimonio nimirum eſt pecuniæ fructus maximus.Off.46.b.

Homo non liberalitate ut alij, ſed triſtitia & ſeueritate popularis.đ Cla.173.a.

Liberaliter. large, prolixe.

Ci.đ Or.96.a.Homo ingenuus liberaliterq; educatus.

Qua in re Senatus optime ac benigniſſime cum aratoribus egiſſet, large liberaliterq; æſtimaſſet , in ea &c.I.V.194.b. Viuo liberalius q̃ ſolebam. Q.Fr.311.a.

Benigne ac liberaliter.I.V.192.b.

Liberaliter uiuere.đ Am.112.a.

Liberatio,onis. Ci.ꝑ Lig.137.a.Cum a te non ſolum liberationem culpæ ſed etiam errati ueniam impetrauiſſent. Reorum acerbiſſimæ damnationes.X.libidinoſiſſimæ liberationes.I.P.98.a.

Liberatio & uacuitas omnis moleſtiæ.Q Fr.296.b.& đ Fin.56.b.

Liberator,oris. uindex libertatis.

Ci At.227.a. Romæ noſtri liberatores tuti eſſe nõ poſſunt. Patriæ liberatores urbe carebant ea,cuius a ceruicibus iugum ſeruile deiecerant.I.A.153.b.

Liberatus,a,um. Ci.ꝑ.S.R 42.b.Culpa liberatus,crimine ſolutus &c.

Templa liberata & effata habento.đ Leg.173.b.

Libere.ſolute. Ci.I.V.144.a.Non uereor ne magis accuſatorie q̃ libere dicere uidear.

Vt ingredi libere,non licenter errare uideatur . Ora. 204.a. Conſtanter & libere me geſſi At.65.a.

Quem tu reſpirare libere non ſinis.ꝑ Quin.6.a.& ꝑ S.R.22.a. Animus ſomno relaxatus ſolute mouetur & libere.đ.D.129.a.

Libere loqui in iudicio.Anteq̃.195.b.

Aſperius inquit locutus eſt,immo fortaſſe liberius. pro Plan.265.b.

Liberi,orum.filij. Ci.At.118.b.Vagamur egentes cum coniugibus & liberis.&.258.a.Is ex C. Fadij filia liberos habuit. Idq; poſtremo in parentes ſuos liberi orabant.I.V.260.a.

Suſcipere liberos.Top.218.b.& .I.V.184.a.

Liberis dare operam re honeſtum eſt,nomine obſcœnũ. Off.26.a.

Orbitates quoq; liberorum prædicantur.Tuſ.103.a.

Fratris autem liberos uita priuauit. ꝑ Clu.14.a. Cum de uno tantum filio loquatur.

Libero,as. uindico,libertatem do,in libertatem uindico, ex periculo uel ex impijs manibus uel a morte eripio, ſeruitutem repello,hoſtem a ceruicibus repello,a ceruicibus ciuitatis iugum ſeruile deijcio, condemnatum reſtituo uel in integrum reſtituo,recupero,expedio , ſoluo, abſoluo,laxo,relaxo.

Ci.đ Or.100.a. Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet.

Arcem urbis ab incẽdio & flãma liberaui.Ante.193.b.

Teq; item ab eo uindico & libero.Q.Fr.319.b.

Cæteri ex his incommodis pecunia ſe liberarunt I.V. 240.a. M.Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus teſtimonijsq; conuictum,quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat,iudicio liberauerunt.ꝑ Fla.164.b.

Eodem capite obligata omnia liberantur. ꝯ Rul.89.a.

Iudices hunc quem iam bis condemnatum acceperant, liberarent.ꝑ Clu.30.a.

Qui Sopatrum eodẽ illo crimine liberarãt.I.V.123.b.

Te a quartana liberatum gaudeo.At.15.b.& đ Ora. 159.a.Nam quæ uinxit modis & forma & relaxat & liberat immutatione ordinis.

Ego librarios tuos culpa libero.At.211.a.

Deus motũ cœli ab oĩ erratione liberauit.đ Vu.198.a

Næ tu me ſolicitudine magna liberaris.At.86.b.

Cũ defenſionum laboribus Senatorijsq; muneribus aut oĩno aut magna ex parte eſſem aliquãdo liberatus.Tuſ 148.a. Vt omni me inuidia liberem.đ.N.4.b.et.27 b.Cum cauea liberati pulli paſcerentur.

Liberare ſe magno ære alieno.At.232.b.&.90.a.Liberare aut leuare ſe ære alieno.

Si aliqua culpa tenemur erroris humani a ſcelere certe liberati ſumus.ꝑ Mar.133.a.

Prorſus eum libero omni ſuſpicione cupiditatis.Ep.3.a.

Homines ſoluti & cura liberati.ꝑ Dom.234.a.

Quorum linguæ ſic inhærent ut loqui non poſſint, hæc

ſcalpello

ſcalpello reſectæ liberantur. ď.D.128.a.

L*ibertas,tis. licentia.* Ci Acad.8.b. *Vereor ne largiar ei qui contradicturus eſt, maiorem libertatem ac licentiam.* & .30.a. *Quanti iſta libertas æſtimanda eſt Nunquam ipſi mee nobis præcideremus iſtam licentiam libertatemque uiuendi.* I V.148 b.

Virtus tamen ius ſuum & impunitatem omnium rerum libertatem tenere debet. ď Or.104.a. & .p.R.P.126.a.

Perdere libertatem.

Quæ fuit olim præconi in ridendo nunc equiti romano non eſt conceſſa libertas. .p Plan.266.a.

Dare libertatem alicui. Ci At.230.a.

Dare libertatem ſeruo. .p Rab 97.b.

Tabella dat eam libertatem populo ut quad uelint faciant. .p Plan.162.a.

Eos uoluntatem ſemper eandem, libertatem eandem nõ ſemper habuiſſe. .p Seſt.18.b.

Libertatis proprium eſt ſic uiuere ut uelis. Off.14 a.

Me tamen iſta oſcitans ſapientia in libertatem uindicabit. ď Or.121.b. & ď.N.12.b. *Solutus & in libertatem uindicatus.* *De libertate retinenda, qua nihil eſt dulcius, tibi aſſentior* At.144.a.

Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, & licentia concionum .p Flac.149.b.

Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. .p Dom.217.b. & .228 b. *Nemo ciuis rom. aut ciuitatem aut libertatem poteſt amittere niſi ipſe author ſit factus.*

Αὐτονομία i. libertas ſuis legibus uiuendi. At.90 b. & 281.a *Accipere libertatem ab aliquo.*

Ciuitas quæ ne traditam quidem, atque inculcatam libertatem recipere poſſit. At.286 a.

Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. Off 37.b.

Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi rom. eſt propria libertas. I.A.209 a.

Libertas eſt poteſtas uiuendi ut uelis Parad.122.a.

Libertatem largiar populo, ut authoritate ualeant. de Leg.191.b & .192.a. *Habeat ſanè populus tabellam quaſi uindicem libertatis.*

Libertas & templum Caſtoris. .p Dom.235.a.

L*ibertinus,m.* Ci. .p Seſt.23.a. *Sunt etiam libertini optimates.* *Tyberius Gracchus libertinos in urbanas tribus tranſtulit.* ď Or 88.a.

Ipſe ex libertini filia ſuſcepit liberos. .I.A.186.b.

Gn. Publicius libertinus homo. pro Cor.50.a. & .I.A. 161.a.

L*ibertus,ti.* Ci.Ep 213.b. *Peto a te ut Ammonium libertum in patroni eius negotio tueare.*

Species tam gratioſi liberti aut ſerui dignitatem non habet. Q Fr.299 b. & .p Seſt.20.a. *Serui & liberti.*

Seruos noſtros libertos ſuos feciſſet. .p Mil.119.a.

L*ibet,bat. collibet, ſtudeo, amo.*

Ci ď Or.110.a. *Si tibi id minus libebit, non te urgebo.*

Si poterit Nænius id quod libet, & ei libebit, quod non licet. .p Quint.17.b.

Non libet mihi deplorare uitam, quod multi fecerunt &c. ď Sen.94.b. *Nihil quiſquam niſi quod libet, facere præclare poteſt* Tuſ.218.a.

Vel etiam, id quod mihi maxime libet, ad noſtra ſtudia me referam. Ep.9.a.

Quarum alteram non libebat mihi ſcribere, quia abſcideram. At.26.b. et.33.b. *De rep. non libet plura ſcribere.* & ibi. *Non libet fugere, aueo pugnare.*

De quo primo hoc libet dicere. ď.D.114 a.

Vt mihi quidem admirari liberet, eſſe &c. ď.N.19.b. & .4.b. *Itaque mihi libet exclamare.*

De quo libitum mihi eſt paula plura dicere, quam &c. ď Or. 240.b. *Cui facile perſuaſi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem non modo libere.* At.234.b.

De proxime bello ciuili non libet dicere. I.A.215.b.

Senectus efficit, ut non libeat, quod non oportet. ď Sen. 85.b. *Quoniam libitum eſt uobis me ad hæc impellere.* ď Leg.184.a.

Vos & omnes boni uota faciebatis ut Milom uti uirtute ſua liberet. .p Mil.109.b. *De Gracchi tribunatu quid expectem non libet augurari.* ď Am.104 a.

L*ibidinoſe.* Ci.I.V.60.b. *Libidinoſe, nefarie, crudeliter.*

Caue ne quid libidinoſe aut facias aut cogites. Off.4.a.

L*ibidinoſus,a,um. intemperans, mulieroſus.*

Ci.Poſtq.207.a. *Vir libidinoſus, impurus, intemperãs.*

Cum libidinoſis luxurioſe uiuere. .p Cæl.40.a.

Audax petulans, libidinoſus. .p Syl.280.b.

Etenim eſt leuis, libidinoſus, ſalax. At.92.a. aliter, ſagax. & ď Fat.141.b.

Libidinoſa & intemperans adoleſcentia. ď Sen.83.a.

Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, libidinoſius. I.P.94.a

Libidinoſa uoluptas. ď Fin.61.a.

L*ibido,nis. cupiditas effrenata, impetus quidam animi non rectus, luxuria.* Ci.ď.N.51.a. *In mari & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines.*

Eſt hoc natura commune animantium omniũ ut habeãt libidinem procreandi. Off.11.b.

Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque ſubierunt. I.P.98.a.

Puer emptus libidinis cauſa. I.A.169.a.

Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. Or.218.a. *Res quæ libidine non ratione geruntur.* .p Quint.3.a. *Timere, mœrere, in libidine eſſe peccatum eſt, etiam ſine effectu.* ď Fin.97.a.

Turpitudo, quę a libidine aut a petulantia aut ab audacia nata ſit. .p Font.281.b. & .282.a. *Quæ ad ſuſpicionem ſtuprorum ac libidinum pertinent.*

Si perlatum erit in Galliam equites rom. rem ad illorũ libidinem iudicaſſe. .p Font.281.a.

Nihil ſupereſt libidines totum diſſiparũt. ď Or.129.b.

Timide tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti ď Or.122.b.

Suffragandi nimia libido. ď Leg.191.a.

Docemur authoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. ď Or.101.a.

Voluntatem patris anteponendam putauit libidini ſuę. I.V.128.b.

Effuſæ in omni intemperantia libidines. ď.N.10.a.

Profundæ libidines. I.P.90.a. & ibi. *Noua quædam et inaudita luxuries.*

Clodius cilicum libidines barbarorumq; ſatiauit.đ Ar. 253 b. Satis ne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? đ Fin 77.a.
Repente exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido.ꝓ Clu.20.a.
Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis unq̃, quod flagitiũ a toto corpore abfuit.I.C.100.a.et.106.a.Catilina alij fructum libidinũ pollicebatur, alijs eto & ibi.Non mediocres hominum libidines.
Tanta in eo peccandi libido fuit, ut &c.Off.51°.a.
Libido uoluptatis ad omne facinus ſuſcipiendum homines compellit.đ Sen.85.a.
Is cui nihil unq̃ nefas fuit nec in facinore, nec in libidine.ꝓ Mil.115.b.&.116.a.Nunq̃ ille a liberis, a coniugibus ueſtris effrenatas libidines ſuas cohibuiſſet.
Quæ in mentem aut in libidinem uenerunt.đ In.79.a.
Ad libidinem fingere aliquid.đ Fin.52.a.
Ad noſtrum arbitrium libidinemq; aduerſariorũ minas eludemus.I.V.72.a.
Ad libidinem ſuam aliquem uexare.ꝓ S.R.42.a.
Libo,as. Ci.đ Le.173.a.Certasq; fruges certasq; baccas ſacerdotes publice libanto.
Ex uarijs ingenijs excellentiſſima quæq; libauimus.đ In.62.b. Libaq; ex omnibus quodcunq; te maxime ſpecie ueritatis monet.Tuſ.144.b.
Libandus eſt etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos.đ Or.98 a.&.103.b. Aliqua non ut ſua poſſediſſe ſed ut aliena libaſſe.
Natura deorum a qua ut ſapientiſſimis placuit, hauſtos animos & libatos habemus.đ.D.103.a. aliter delibatos.&.113 b Diuinitas, unde animos hauſtos aut acceptos, aut libatos habemus.
Libare ſibi laudẽ ex aliorum laboribus.Ad Her.24.b.
Libra,bræ. Ci.Tuſ.238.a.Quo loco quæro quam uim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propẽdere illam bonorum animi lancem putat, ut terram & maria deprimat.& đ Fin.146.a.
Facere teſtamentum in procinctu ſine libra atq; tabulis.đ Or.104.b.
Nexum quod per libram agitur.đ Or.157.a.
Libramentum,ti. Ci.Acad.29.a.Extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit.
Librarium,rij. Ci.ꝓ Mil.107 b.Exhibe quæſo Sex.Clodi librarium illud legum ueſtrarum.aliter, libellarium.
Librariolus,li. Cic.At.57.b.Velim mihi mittas de librariolis tuis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.
Seruus pacificatus eſt cum librariolo ſuo.At.241.b.& ꝓ Cor.57.b. Quæ ipſi librariolis ſcire profitebur
Nec id tamen ex illa erudita græcorum copia, ſed ex librariolis latinis đ Leg 157.a.
Librarius,a,um. Ci.I.A.164.a. Niſi ſe ſub ſcalas Fabernę librariæ conieciſſet.
Librarius,rij. qui ſcribit libros.
Ci.ꝯ Rul.68.b.Lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures uno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt.
Illas tabulas deſcribi ſtatim ab omnibus librarijs imperaui.I.A.225.a.& ꝓ Syl.175.a.
Epiſtola librarij manu eſt.At.65.a.&.210.b.&.I.A.162.a. Librariorum notæ.đ Or.159.a.& Or.219 b.Interductu librarij.
Sed peto a te, ut q̃ celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem græcus, qui mihi exſcribat hypomnemata. Ep.261.b.a.
De librarijs, ſi me amas, diligenter aduerte. Att.57.b. &.96.a.Legi literas non tuas ſed librarij tui.
Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij manus. Att. 131.b.
Libro,as. Ci.Tuſ.242 a.Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineantur.
Libya,byæ. Ci.đ.N.21.b.Volucres angues ex uaſtitate Libyæ uento Africo inuehi in Ægyptum.
Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda. đ.N.64. b.& Tuſ.158.b.l.Fretum.
Licenter. Ci.Or.204.a.Vt ingredi libere, non licenter errare uideatur.& b.Licenter.
Serui licentius, liberius, familiarius cum domina uiuẽtes.ꝓ Cæl.49.b. At quam licenter fluentium frequẽter tranſitio fit uiſionum.đ.N.23.a.
Licentia,tiæ. libertas, impunitas, uenia, libertas immoderata. Ci.I.V.148.b.Nunq̃ ipſi met nobis præciderẽmus iſtam licentiam libertatemq; uiuendi.
Ne maiorem largiar ei, qui contradicturus eſt libertatem & licentiam. Acad.8.b.
Pueris non omnem licentiam ludendi damus.Off.21.a.
Hi niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putauerunt licentiam cupiditatum ſuarum.At.156.b.
Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadã impunitate & licentia repreſſit.đ Cla.194.b.
Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum.ꝓ Fla.149.b.&.150.a.Græcorum diſſoluta conſuetudo ac licentia impudens. & Or. 211.b.Conſuetudo dabat hanc licentiam.
Immoderata libertas, infinita hominum licentia.Q.Fr. 294.a. Omnium rerum infinita atq; intoleranda licentia.ꝯ Rul.63.b.
Ne ab iſto conceſſam uideamur habere licentiam fingẽdi.ꝓ Mur.118 b.
Homo ad ſcribendi licentiam liber.đ.N.25.b.
Numerus liberiore quadam fruitur licentia.Or.200.a
Verba priſca, quę ſunt poetarũ licentię liberior a.đ Or. 156.b.&.90.b.Poeta numeris aſtrictior, uerborum licentia liberior. O licentiam iocularem.đ Fat 143.a.
Tantum licentiæ dabat gloria.đ Sen.86.a.
Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat. Off.56.a.& ꝓ Dom.222.a.Date hanc Tribuno Pl.licentiam.&.I.V.197.b.Dare licentiam hominibus pecuniarum eripiendarum.& đ.N.77.a. Afferre authoritatem peccandi.
Is abhorret non modo ab huius ſeculi licentia uerũ etiã a maiorum conſuetudine atq; conceſſis.ꝓ Cęl.47.b.
Niſi multorũ impunita ſcelera tuliſſemus, nunq̃ ad unũ tantu perueniſſet licentia.Off 38.b.
Tu in cuius domo ſimulachrum nou libertatis publicæ,

ſed licentiæ collocaſti. ꝑ Dom.139.b.
Bella eſt aũt huius iuris quinquẽnij licentia. At.143.a.
Quantam habent ad maledicendum licentiam. ꝑ Font. 282.a. *Magnus illi & diuinus bonis hanc licentiam aſſequebantur.* Off. 30.a. & Am.112.b. *In ijs pernicioſus eſt error qui exiſtimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam.*
Quem ſi uiciſſet habiturus eſſet impunitatem & licentiam ſempiternam. ꝑ Mil.118.a.
Vide quid licentiæ Cæſar nobis tua liberalitas det, uel potius quid audaciæ. ꝑ Lig.140.b.
Cuius rei ipſe perpetuã licentiam optaret. ꝑ Cæl.40.b
Magna gladiatorum eſt licentia. Ep.14.b. & đ Fi.79. b. *Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur.*
Reſiſtere licentiæ alicuius. đ.D.139.b.
Hac licentia permiſſa, ut quantum uellent auferrent. I. V 153.b. *A Democrito omnino hæc licentia.* đ.N. 22.b. *Cum iſtæ calumniæ licentiam ſua authoritate poſſideret.* I.V.122.a.

Licentior, us. Ci. đ Or.160.b. *Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrambus.*

Liceo, es. Ci. At.193.b. *De hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoq; audieram.*

Licetor, eris. *in licitationem pono, præconi publico ſubijcio, ſub præcone ſubijcio, uoci acerbiſſimæ præconis bona alicuius ſubijcio.*
Ci. ꝑ Cecin.287.b. *Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio.*
Non licitatorem uenditor, nec qui contra ſe liceatur emptor opponet. Off.64.a.
Herbitenſes liciti ſunt uſq; eo, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur. I.V.164.b. & .153.a. *Eum qui minus queſierit, an eum qui digito licitus ſit, poſſideret?* & .169.a. *Is liceri non deſtitit.* & .181.a. *Liceri contra aliquem.*
Hæredes Scapulæ liceri cogitant. At.199.a.
Haſtam in foro ponere, & bona ciuium uoci ſubijcere præconis. Off.50.b. & đ.N.77.a. *Per præconem uendere.* & At.200.a. *Præconi ſubijcere.*

Licet bat. *licitum eſt, ius eſt, ius habeo, fas eſt, licentiam habeo, conceſſam ab aliquo licentiam habeo, quorũ impunitas fuit non modo a iudicio ſed etiam a ſermone.* ꝑ R.P.226.b. *i. quæ facere licuit nõ modo per iudicia ſed etiam per ſermonem.*
Ci. At.15.a. *Quo i genere mihi negligenti eſſe nõ licet.* *Cur his ꝑ te frui libertate ſua & cur demũ eſſe liberos non licet?* ꝑ Flac.161.a.
Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. ꝑ Cæl.37.b.
Si ciui romano licet eſſe Gaditanum. ꝑ Cor.60.b.
Impetrabis inquis a Cæſare, ut tibi abeſſe liceat, & eſſe otioſum. At.135.b. & .12.a. *Nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio remp. perdere.*
Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit, quod nõ licet. ꝑ Quint.17.b.
Vt id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret. ꝑ Rul.69.b 70.a.
Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. ꝑ Mil.110.a.
Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum inſtitutisq; conceditur. I.A.148.b.
Quod non licet, id hoc uno tenetur, ſi arguitur non licere. Parad.119.b.
Dum in ciuitate manere licitum eſt. Anteq̃.196.a.
De hac re in utranq; partem diſſeri copioſe licet. đ Or. 152.b. *Sexcenta licet eiuſmodi proferri.* đ.D.115.a.
Non mihi iam licet, nec integrum eſt, ut miſeros non defendam. ꝑ Mur.125.b.
Id quod poſtea ſi per uos iudices licitum erit, aperietur. ꝑ S.R.39.b. & .26.a. *Verum quoniam ita Chryſogono uidetur, artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat, licebit.* *Si per eum mihi licebit.* Ep.9.a. & .50.a.
Quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum uita commutare. bis. & .256.a. *Tibi licet, mihi nefas eſt obliuiſci.*
Licet hoc uidere in reliquis ſenſibus. đ Or.152.a.
Videre licet nationes quaſdam &c. đ.D.99.a.
Licet ora ipſa cernere iratorum, qui &c. Off.20.b. & đ D.82.b. *mirari licet quæ ſint animaduerſa a medicis herbarum genera.*
Erat reſpõdere, magnas, ingentes inquit. đ Am.114.b.
Videre licet, cernere eſt, ὁρᾶν ἔνεστι. idem. *Qui tamen haberent ius ſuum diſputandi de officio, ſi &c.* Off 2.a. *i. quibus liceret &c.*
Cui Romę exulare ius eſſet. đ Or.99.b.
Alteri ſurripere ius non eſt. Off.60.b.
Quantumuis licet excellas. đ Am.110.a.
Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen &c. đ Leg.189 a. *Licet corpus abeſſet meum, dignitas iã in patriam reuerterat.* Poſtq̃.205.b.
Licet omnes in me terrores impendeant, ſubibo. pro S. R.23.b. *i. quanq̃.*

Licitatio, onis. *auctio, haſta.* Ci.I.V.135.a. *Exquiſitis palam pretijs licitationibusq; factis.* et At.180.a. *Cum ea pars quæ uideretur eſſe minor licitatione expleri poſſet.*

Licitator, oris. Ci. Off.64.a. *Non licitatorem uenditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet.* & Ep.96.a. *Nunc quando tuum pretium noui, licitatorem potius apponam q̃ illud minoris ueneat.*

Lictor, oris. *apparitor.* Ci.I.V.259.b. *Aderat Ianitor carceris, carnifex prętoris, lictor Seſtius.*
Sit lictor non ſuæ, ſed tuę lenitatis apparitor maioraq; præferant faſces illi, ac ſecures dignitatis inſignia non poteſtatis. Q.Fr.291.a.
Deinde anteibant lictores non cum bacillis, ſed ut hic prætoribus anteeunt, cum faſcibus duobus. ꝑ Rul.85.a.
I lictor colliga manus. ꝑ Rab.92 b.

Liguriana, hæ. *oratio* ꝑ *Ligurio.* Ci. At.209.a.

Ligneolus, a, um. Ci. Q. Fr.326.b. *Hanc ſcripſi ante ad Lychnum ligneolum.*

Ligneus, a, um. Ci. đ In.83.a. *Vri poſſe ligneam materiam neceſſe eſt.* & đ Leg.279.a. *Ligneum autem quodcunq; uoluerit, uno è ligno cauato.* & đ In.81.a. *Ligneę ſoleæ in pedes inductæ.*
Ponticulus ligneus. Tuſ.239.b.

Lignum, gni. *materia, lignea materia, robur.*
Ci.I.V.90.a. *Ligna & ſarmenta circundare, ignem*

ſubijcere cœperunt.&.85.a.Ignem ex lignis uiridibus atq; humidis in loco anguſto fieri iuſſit.

Ligo as *uincio conſtringo,alligo,illigo,colligo.*

Cic.I.C.121.a. *Cum filium eius impuberem ligatum a prætore miſſum in carcerem necandum eſſe dixit.*

*Mundus ita cohæret ut diſſolui nullo modo poſſit, niſi ab eodem a quo eſt ligatus.*đ Vn.197.b.

Tradere *aliquem conſtrictum alicui.*ꝓ Dom.236.a.

Ligur uris. Ci.ꝙ Rul 85 a Ligures *montani duri & agreſtes.* *Multos terræmotus in liguribus factos eſſe.* đ D.96 b & đ Cla 188 a.Q*ui ligurum caſtella expugnauerunt.* & ꝓ Clu.32.b. & ꝓ Dom.222.b.& pro Seſt.18 a.

Ligurio,ris.*helluor.* Ci.I.V.228.a Non *leniter improbiſſima furta ligurire, ſed deuorare pecuniam.*

*Cum quidam de collegijs noſtris agrariam curationem ligurirent.*Ep 178.a *diſturbant rem.*

Ligurit*io* o*nis*.Ci.Tuſ.214 b.

Lilybæum,bæi. Ci I.V.63 b.Lilybæum Verres uenit. & ibi.b Agonis eſt quædam lilybætana.

Limatulus a,um. Ci Ep.111.a. Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio.

Limatus a um. Ci.đ.N 41.a. *Vir moribus domeſticis ac noſtrorum hominum urbanitate limatus.*

Vir *oratione maxime limatus & ſubtilis.*đ Or.99 b.et đ Cla.173.a Limatum *dicendi genus.* & đ Fin.98.b. & Ep 112 a.

*Alij ſubtili quadam & preſſa oratione limati.*Or.198. b & đ Or.145 a.*Vir limatus & ſubtilis.*

Limen nis. Ci.đ.N.30.b.*Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur.*

*Nec illi tam cupidi liminum meorum & ualuarum fuerunt.*ꝓ Dom 225.b.

*Non modo limine tectoq; ædium ſuarum ſed primo aditu aeſtibuloq; prohibere quempiam.*ꝓ Cecin.291.b.

Q*ui ſimul ac pedem limine extulerat &c.*ꝓ Cæl.44 a.

Extra *oſtium limenq; carceris.*Tuſ.230.b.

Limes,tis. Ci.đ Som.130 b.*Benemeritis de patria quaſi limes ad cœli aditum patet.*

Limito,as. Ci Ep.38.b.*Liberalitas tua ut hominis nobiliſſime,latius in prouincijs patuit,noſtra ſi anguſtior, & ſi de tua prolixa beneficaq; natura limitauit aliquid poſterior annus propter quandam triſtitiam temporũ, non debent mirari homines,cum &c.aliter,elimauit.*

Limo.as.l.Limatus.

Ci.đ Or.94.b.Ne*q; hæc ita dico,ut ars aliquid limare non poſſit.* & đ Cl.186.a Habuit *a natura genus quoddam acuminis,quod etiam arte limauerat.*

Cum ueritas ipſa limatur in diſputatione Off.40.a.

*Sed tantum alteri affinxit,de altero limauit.*đ Or.146 a.&.160.b.*Stylus qui & alia & hoc maxime ornat ac limat.* Q*uoniam ſe ipſe ad minutorũ genera cauſarum limauerat.*đ Opt.243.b.

*Inſtitui quædam ad eum quæ ſunt magna ſanè & limãtur a me politius.*Acad.39.b.

Linea,neæ. Ci.Q.Fr.318.a.*Diphilus aliquando perpendiculo & linea diſcet uti.*

*Lineam tenere in agendo.*At.60.a.

Peccare eſt tanq̃ tranſire lineas,quod cum feceris,culpa commiſſa eſt q̃ longe progrediare,cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeũdi culpam nihil pertinet. Parad. 129.b. *Ferri ſurſum rectis lineis.*Tuſ.156.b.

*Ferri deorſum ad lineam.*đ Fin 52.b.

*Ferri deorſum ad pares angulos.*Tuſ.156.b.

Lineamentum ti. Cic.đ Fin.166 a. *Animi lineamenta pulchriora ſunt q̃ corporis.*

*In Geometria,lineamenta, formæ,interualla,magnitudines.*đ Or.100.b & đ Cla.293 a.*Intelliges nihil illius lineamentis,niſi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erat florem & colorem defuiſſe.*

*Compoſitio membrorum,conformatio lineamentorum.*đ N.11.b.&.16.a *Deorum lineamenta atq; formę.*

*Eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant.*I.V.127.a.

*Aſperſa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere poſſunt.*đ D.85.a.&.118.b.*Cum ad lineamenta oris peruentum eſt.*

*Tu illius æris temperationem & operum lineamenta ſolus perſpicis?*I.V.223.a.

*Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta orationi attulit.*Or.215.a.

Lingua.guæ. Ci.đ.N.53.a. *Linguam ad radices eius hærens excipit ſtomachus*

*In ore ſita lingua eſt, finita dentibus,quæ ſonos diſtinctos & preſſos efficit,cum ad dentes & ad alias partes pellit oris,itaq; plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere,chordarum dentes.*đ.N.56.a.

Q*uorum linguæ ſic inhærent,ut loqui non poſſint,hæ ſcalpello reſectę liberantur.*đ.D.128.a.

*Sunt quidam ita lingua hæſitantes ita uoce abſoni, ut &c.*đ Or.94.b. &.143.a. *Hęc tibi eſt excidenda lingua,qua uel auulſa,libidinem tuam libertas mea refutabit.*&.106.a *Vt totum illud uti lingua nuncuparet, in magiſtri carmine ſcriptum uideretur.*

Linguam omnibus diligentiſſime eſſe continendam. Q. Fr.207.b. *Lingua quaſi flabellum ſeditionis.*ꝓ Fla. 158 a. *Gallus pictus eiecta lingua,buccis fluentibus.* đ Or.133.a &.91 b *Oratores quidam lingua celeri & exercitata.*&.94 b.*Linguę ſolutio, uocis ſonus*. & 164.b.*Verba neminem mouent,niſi eum,qui eiuſdẽ linguæ ſocietate coniunctus eſt.*

In his linguis,quas non intelligimus,ſurdi ſumus. Tuſ. 250.b. *Lingua latina inops* đ Fin.101.a.&.91.a.

Lingua latina uberior græca.& Tuſ.192.a.b.

*Lingua græca uberior latina.*Tuſ 182.b.

Liniamentum,ti. Ci.Acad.19.a.*Liniamentum ſine ulla latitudine.**.Q*uidam lineamentum legunt,alij linamẽtum,locus ſine dubio corruptus eſt.*

Liquidus,a,ũ.Ci.đ Fi.60.b. *Liquida uoluptas & libera.*

Linquo,quis. Ci.ꝓ Plau.264.a. *Minturnenſes C Marium linquentem terram eam,quam ſeruauerat,lachrymis uotiſq; omnibus proſecuti ſunt.*

*Vt is in inſula Lemno linqueretur.*đ Fat 147.b.

*Luce ſerenanti uitalia lumina liquit.*đ.D.84.a.

Linter,tris. *naniculæ genus.*

Ci.đ Cla.184.a.*Motus erat is in Curione,quem C.Iu*

lius

lius in perpetuum notauit, cum ex eo in utranq; partem toto corpore uacillante, quæſiuit quis loqueretur è litre.
Lintribus in eam inſulam materiam conuexit. ꝑ Mil. 215.b.

Linteum, tei. Ci. ꝑ Rab. 129.a. *Merces fallaces chartis & linteis & uitro delatæ.*

Linteus, a, um. *ex lino, ut, ueſtis lintea.* Ci. I. V. 265.b.

Linum, m. Cic. I. V. 141.a. *Reticulum tenuiſſimo lino, minutis maculis plenum roſæ.*
Tabellas proferri iuſſimus, linum incidimus, legimus. I. C. 112.b.

Lippio, pis. Cic. At. 111.a. *Cum leuiter lippirem has literas dedi.*

Lippitudo, nis. Ci. Tuſ. 227.a. *Citiusq; repentinus oculorum tumor ſanatur, q̃ diuturna lippitudo depellitur.*
Lippitudinis meæ ſignũ tibi ſit librarij manus. At. 131.b. & 128.a. *Mihi moleſtior lippitudo erat etiam q̃ ante fuerat.* & 111.a. *Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem.*
Nõ occupatione ſed paruula lippitudine adductus ſum, ut dictarem hanc epiſtolam. Q. Fr. 307.a.

Liquatus, a, ũ. Ci Tuſ. 120.a. *Guttæ liquatæ ardore ſolis.*

Liquefacio, cis. Ci. Tuſ. 231.b. *Quem nullę lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus.*

Liquefio, fis. *liqueſco, tabeſco.* Ci. đ. N. 31.a. *Glaciem calore liquefactam & dilapſam diffundi.*
Cum & legum æra liquefacta ſunt. I. C. 115.a.

Liqueſco, ſcis. *liquefio.* Ci. Tuſ. 186.b. *Cum uoluptate liqueſcimus fluimusq; mollitia.*

Liquet bat. *conſtat.* Ci. ꝑ Cec. 290.a. *Cum cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet ampliandi dixit ſibi liquere. & ibi. Cum quid liqueret non habuiſtis.*
Iudices non liquere dixerunt. ꝑ Clu. 33.b. & 39.b. & At 1.a. *Cum id de quo Panætio nõ liquet, reliquis ſolis luce clarius eſſe uideatur.* đ. D. 81 b.
Protagoras ſeſe negat omnino de Dijs habere, quod liqueat đ. N. 8.a. & 16.a. *Sed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis.* & 24.a. *Protagoras cui neutrum liquerit, nec eſſe deos nec non eſſe.* & 26.a. *Si haberem aliquid quod liqueret.*
Si habes qđ liqueat, neq; reſpondes ſuperbi. Aca. 23.b. *Simili modo liquet alteram quoq; approbationem ſeparatam eſſe.* đ In. 64 b.

Liquido, *pro certo.* Ci. I. V. 178.a. *Nemo erat quin hoc ſe audiſſe liquido diceret.* & 229.a. *Confirmare hoc liquido poſſum.*
Amicitiæ dediſti quod liquido ueritati dares. Ci.
Tamen lectis tuis literis liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui. Ep. 149.a.
Quod eo liquidius faciet, ſi &c. đ Fin. 72.b.

Liquidus, a, um. Ci ꝑ Cec. 300.a. *Quicquid inde hauriat purum liquidumq; ſit.*
Genus ſermonis liquidum fuſum, profluens. X. *exile, aridum, conciſum.*

Li quo, as. *l. Liquatus.*

Liquor, oris. X *concretio.* Ci. đ. N. 31.a. *Aquæ admiſtum eſſe calorem primum ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio.* & 31.b. *Liquores perlucidi amnium.*
Cauſæ, quæ uim habeant caloris, & frigoris, concretionis, & liquoris. đ Vn 203.b.

Liris, ris. Ci. đ Leg. 170.b. *Ex eo loco Fibrenus ſtatim præcipitat in lirem.*

Lis, tis. *controuerſia, iudicium, res, cauſa, concertatio.*
Ci. Off. 12.a. *Si lis in iudicio ſit, propinquum potius defenderis.* *Rem an litem dici oporteret.* ꝑ Mur. 130.a. *Roſciũ ſuas non ſocietatis lites redemiſſe.* ꝑ. Q. R. 51.b. *Quid ſi cum pro altero dicas litem tuam facias?* đ Ora. 137.a. *In ſua lite uel ĩ alieno iudicio.* ꝑ Q. R. 52.b. *Multitudo litium & uarietas cauſarum.* đ Or. 94 b.
Bona ſua repetere ac perſequi lite atq; iudicio. I. V. 154.b. *Lites, controuerſiæ & cauſæ.* đ Or. 94.b. & 88.b. *Intendere litem alicui.*
Inferre litem alicui. ꝑ. R. P. 114.a.
Litem capitis in aliquem inferre. ꝑ Clu. 41 b. & ibi. *Vt lis hæc capitis æſtimaretur.* et ibi. *Æſtimationem litis nõ eſſe iudicium.* & Ep. 117.a.
Si quæ in eum lis capitis illata eſt, non admittunt. pro Clu 41.b. *C. Dolobellæ* HS *ad tricies litem eſſe æſtimatam.* I. V. 91.b. & 190.a. HS VIII *millibus lis æſtimata eſt.* & 73 a *Lis æſtimata eſt eo nomine, quod etc.* *Lites ſeuere æſtimatæ.* ꝑ Mur. 134.a.
Neq; intelligebat ſi ita eſſet litem aduerſarium perditurum. đ Or. 98 b. *Secũdum tabulas alicuius litem dare.* ꝑ. Q. R 41.b. & 54.a. *Litem damni iniuria cum aliquo conteſtatam eſſe.*
Philoſophi autem in litibus conterunt. đ Leg. 166.b.
Non enim procuratores litem conteſtabũtur. At 261.a
In litibus æſtimandis nemo appellabatur niſi ex teſtiũ dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum. ꝑ. R. P. 124.a. & 123.b. *Sunt lites æſtimatæ A. Gabinio, nec prædes dati.*

Litera, ræ. *nota literæ, tabellæ, tabulæ, codicilli, libelli, epiſtola, literæ.*
Ci. đ. N. 44.b *Si innumerabiles unius & uiginti formę literarum uel aureæ uel quaſlibet aliquo conijciantur, poſſe ex his in terrã excuſſis annales Ennij ut deinceps legi poſſint, effici.*
Vt iota literam tollas, & e pleniſſimum dicas. đ Ora. 147.a. *In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas.* đ. D. 126.a.
Omne nomen ex aliquibus literis ſcribitur. đ In. 64.a.
In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria l l l, duo m m. đ Or. 131.a. & 132.a. *Similitudo uerbi ad literam immutati, ut Næuius, Ignauus.*
In eius tabulis oſtendit literas A. F. P. R. đ Or. 134.b. & 108.a. *Demoſthenes eius artis cui ſtudebat, primam literam non poterat dicere.*
Quid non ſic ex alio nectitur, ut non ſi unam literã moueris labent omnia? đ Fin. 105.b.
Puto te iam ſuppudere, cum hæc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit, q̃ tu ſchedulam aut literam. Ep. 153.a.
Sed ne literã quidẽ ullã facimus niſi forenſem. Aca. 2.b.
Cum ipſe literam Socrates nullam ſcripſiſſet. đ Or. 148 b. & ꝑ Arch. 189.a. *Nullã literã ſcripſi. i. nihil ſcripſi.* *Ille cum ad Thermũ de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunq̃ miſit.* Ep. 28.b.

Ante Periclem litera nulla eſt, quę quidem ornatum habeat. đ Cla. 167. a.

De frangendis cupiditatibus litera in eorum libris nulla inuenitur. đ Or. 92. a.

Quod iſte ſi unam literam græcam ſciſſet, non ſuſtuliſſet. I. V. 230. a. & 95. a. Vt Romam uenit, nullam literam pupillo, nullam tutoribus reddidit.

Definite literas legis perſcrutari. đ In 55. b.

Si homo eſſet eum potius legeret, q̃ unam literam ſcriberet. At. 23. b. Ex conſequentibus, quod ea litera de accuſatore ſoleat dari iudici. Part. 241. a.

Crura quidem uobis nemo ſuffringet, ſed ſi ego hos bene noui, literam illam, cui uos uſq; eo inimici eſtis, ut etiã eas omneis oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut &c. ꝓ S R 27. b.

Alexidis manũ amabam, quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ At. 100. a.

Tabellas proferri iuſſimus, oſtendimus Cethego ſignũ, cognouit, nos linum incidimus, legimus, erat ſcriptum Ipſius manu & Allobrogum, Senatui & populo. I. C. 212. b. Sed illud nomen ueterum literis eſt uſitatius. đ. N. 69. a. Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt, quæ ſubſidio obliuioni eſſe poſſent. ꝓ Syl. 175. b.

Mandare literis ſermonem aliquorum. đ Or. 109 a. & Cuſtodire literis, quæ a ſummis uiris dicta ſint. & 113 a. Mandare literis res omnes ſingulorum annorum.

Verſor in ſtudio literarum đ Ar. 247. b.

In ſtudijs humanitatis ac literarũ uerſari. ꝓ Arc. 186. a. & đ Leg. 169 b. Agere ætatem in literis.

Non eſt uerisſimile ut Chryſogonus horum literas adamarit aut humanitatem. ꝓ S. R. 38 b.

Erant in eo plurimæ literæ nec eæ uulgares ſed interiores quædam & reconditæ đ Cla. 189. a.

Qui interiores & reconditas literas ſcrutantur. đ. N. 67. b. & đ Cla. 188. a Multæ literæ reconditæ & exquiſitę. Literæ interiores. Ep. 42. a & 111. a.

Literæ diſertę. Ep 43 b. & 156. a Literę reconditæ.

L. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. đ. D. 228. b. & Ep. 101. b. Vir liberali doctrina politiſſimus.

Homo non hebes neq; inexercitatus neq; politioris humanitatis & communium literarũ expers. đ Or. 115. a.

Græcus non philoſophia ſolum ſed etiam literis, quod ferè cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. I. P. 94. b. Geometria muſica literæ. đ Ora. 155. a. & 154. b. Literarum ſcientia & eloquendi elegantia đ Cla. 178. a. & 188 b. T. Flamminius literas neſciebat.

Homo ſine ingenio, ſine literis. I. V. 223. a.

Non his delector aut utor omnino literis, quæ noſtros animos deterrent atq; auocant a religione. đ Ar. 247. b. Nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodeſt. At. 144. b.

Retuli me ad literas & ſtudia noſtra. At 65. a.

Omnia enim hęc neq; ita multis literis aut uoluminibus magnis continentur. đ Or. 101. a.

Memoris, monumenta, literæ I. V. 195. a.

Mandare literis cogitationes ſuas, & tradere memorię. Tuſ. 149. a. & Ep. 210. b. Conſignare aliquid literis & mandare monumentis. Acad. 1 b.

Extare literis. Tuſ. 156. a. & 176. b. Mandare literis. Aſſidue uti literis. Ep. 71. a.

Literis omnibus a pueritia deditus. Ep. 8 b.

Nomina aratorum & cum ſingulis pactiones Decumanorũ literis perſequi & cõficere neceſſe eſt. I. V. 172. a.

Tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas: neq; earum literarum obſignatorem authorem, neq; teſtem ullum nominabis? ꝓ Clu. 57. a.

Id quãdo nõ accidit utamur bono literarum, & eadẽ ferè abſentes, quę ſi corã eſſemus, conſequemur. Ep. 251 b

Dare literas alicui ad aliquem. I. C. 212. b. De omnibus rebus. At. 154. b.

Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. At. 70. b. Ecce Caſſij literæ. Nigidium a Domitio Capuam ueniſſe, eum dicere Vibullium è Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem. At. 216. b. & ibi. a. Idibus ueſperi è Philotimo literas accepi, Domitium exercitũ firmum habere, Cæſarẽ intercludi poſſe, eũq; id tamen e.

Legi tuas literas, quibus ad me ſcribis &c. Ep 6. a.

De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces ex ijs literis, quas Thraſoni liberto tuo dedi. Ep. 22 b. & ibi. Vnis literis totius æſtatis res geſtas ad Senatũ perſcribere. & 48. a Sæpius ad aliquẽ literas uno exẽplo dare. & 154 a. Binæ continuæ literæ.

Lucius queritur apud me per literas &c. At. 83. b.

Cum eius clementiam Corfinienſem per literas collaudauiſſem. At. 252. a.

Per literas tecum ſæpiſſime colloquar Ep. 6. a.

Lucullus de Dionis iniuria grauiſſime per literas cum Verre queſtus eſt. I. V. 123. a.

Ei nunc epiſtolæ literis his reſpondeo. At. 19. b.

Non eius generis meæ literæ ſunt, ut eas audeam temere committere. Ep. 6. a.

Nolebam illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire. At. 5. a. et. 55. b. Literas in alienum incidere. Committere aliquid literis. Ep 19. b.

Literæ non committendę ſunt eiuſmodi periculo, ut aut interire aut aperiri, aut intercipi poſſint. At. 7. b. et. 93 b. Aperire literas. & 97. a.

Te aiebas de tuis rebus geſtis nullas literas miſiſſe. pro Plan. 277. a.

Literas tuas Fiſulanus mihi dedit. At. 70. a.

Cum de hoc ipſe Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accuratius domi meæ, literæ mihi dantur a te &c. Ep. 98 a. & 6. a. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non prætermittam.

Literæ frigidæ & inconſtantes. X. grauiſſimis uerbis ſententijsq; plenæ. Ep 153. a.

Literæ multis uerbis ſcriptæ. Ep. 54. a.

Literę breues. X. pleniores. Ep. 173. a. & Vberiores. 182. b. Prudentia tuarum literarum. Ep. 43. b.

Literæ facetæ & elegantes. Ep. 222. a.

Literę ſcriptæ mea manu. Ep. 34. a.

Nec uobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam, q̃ illam triſtem dediſſet. ꝓ Mil. 104 b.

Nec tibi de uerſibus reſpondebo, tantum dicam, neq; illos, neq; ullas te omnino literas noſſe. I. A. 164. b. et ibi.

Et tamen omni genere monumentorum perfeci ne meæ

uirtute meæ ꝗ literæ nomini Romano laudis aliquid afferrẽt. *Literæ quæ tenues & obſcuræ notæ ſunt uoluntatis.* ď In.80.a.

Anteꝗ̃ aliquo loco conſedero, neq; lõgas a me, neq; mea manu literas expectabis. At.75.a. & 76.a. *Tu autem ſæpe dare poteris tabellarijs publicanorum per magiſtros ſcripturæ.*

Colloqui cum aliquo per literas. At.89.a. & 218.a.

Brutus ne ullam literam ad me.

A quo adhuc nulla litera eſt. At.231.b.

Ad percipiendam colendamq; uirtutem literæ adiuuant. ꝓ Arch.188.b.

Multæ etiam, ut in homine Romano literæ. ď Sen 79.b.

Neq; cum literis, quibus ſcita ſcribuntur, aut oritur, aut occidit. ď Leg.171.b.

Literate. Ci. ď Or.131.a. *Belle & literate dicta laudãtur.* & I.P.92.b. *Rationes enim tuæ ſunt perſcriptæ ſcite & literate, ut &c.* & ď Cla.183.a. *L. Ælius ſcriptorũ ueterum literate peritus.* & ď Ar.247.b. *

Is perbene latine loqui putabatur literatiusq; ꝗ̃ cæteri. ď Cla.174.a.

Literatura ræ. *ipſa ſcriptura.*

Ci. Part.232.a. *Memoria eſt germana literaturæ quodãmodo & in diſſimili genere perſimilis, nam ut illa cõſtat ex notis literarum & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ ſic confectio memoriæ tanꝗ̃ cera locis utitur, et in his imagines ut literas collocat.*

Erat in Cæſare ingenium, ratio, memoria, literatura cogitatio &c. I.A.182.a.

Literatus, a, um. Ci. Ep.131.b *Frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facile diceret, hic uerſus Plauti nõ eſt, hic eſt.*

Quod literatum eſt id eſt melius ꝗ̃ quod non eſt literatum ď.N.64.a. *Tua nobilitas hominibus literatis et hiſtoricis eſt notior.* ꝓ Mur.127 a.

Viri literati ac ſtudijs doctrinisq; dediti. ꝓ Cor.53.a.

Homo nec infacetus & ſatis literatus. Off 62.b.

Albinus & literatus & diſertus fuit. ď Cla.171.b. & 189.a. *Plena literatæ ſenectutis oratio.*

Quid dulcius literato otio? Tuſ.242 b.

Quiuis mediocriter literatus. Ad Her.25.a.

Eorum ſtudijs qui literis delectantur hoc munus debes. ď Leg.157 b.

= Literulæ, arum. Cic. At 105.a. *Chryſippus, quem ego propter literularum neſcio quid libenter uidi, in honore habui.*

Literulæ noſtræ obliaguerunt. Ep.162.a.

Litigator, oris. Ci ꝓ Dom.236 b *Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius ꝗ̃ æſtimabat.* et Ep 200.b.

Litigioſus, a, um controuerſus. Ci. ď Or.107.b. *Vereris ne tua domus ſi a litigioſis hominibus non colatur a cæteris deſeratur?* & 125.a. l. Pertinax.

Quid huic tã loquaciter litigioſo faciat? ꝓ Mur.129.b.

Defenſor nimium litigioſus conatus ad rixam. l. Rixa.

Si in familiaritate mea locus eſſet nemini niſi litigioſo & nocenti. ꝓ Plan.176 b.

Ignoratio iuris litigioſa eſt. ď Cla.139.b.

Habent enim bene longam & ſatis litigioſam diſputationem ď Fin.143.a.

Litigioſum prædium. ď Or.152.b. i. controuerſum ut controuerſa gens.

Litigo, as diſcepto. Ci. At.217.a. *Hircius cum Quinto acerrime pro me litigauit.*

Aliquot enim in cauſis eum uideram fruſtra litigantẽ. ꝓ Cæl.43.a. *Noli pati litigare fratres & iudicijs turpibus conflictari.* Ep.142.b.

Qui litigare ſe ſimulans blanditur. ď Am.114.b.

Litigarem tecum ſi fas eſſet, ſed &c. Q. Fr.312.b.

Hic cum C. Fratre putat ſe litigare. I.A.253 a.

Qui per ſe litigat. X. qui cognitorem dat. ꝓ Q.R.53.b

Mira ſum alacritate ad litigandum. At.26.b. et.217.a.

Lito, as. litor, bene promitto. Ci. ꝓ Fla.164.a. *Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego &c.*

Cum pluribus Dijs immolatur, qui tandem euenit ut litetur alijs, alijs non litetur quæ autem tanta inconſtãtia Deorũ ẽ, ut primis minẽtur extis, bene ꝓmittãt ſecũdis.

Litor, aris. lito. Ci ď.D.115.b. *Hoſtia litat pulcherrime.*

Litura ræ. Ci. ꝓ Clu.25.b. *Oppianicus, qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptũ ſignis adulterinis obſignauit.*

Cum mendum ſcripturæ litura tollatur. Ep.85.a.

His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij uidetis. ꝓ Arch 187.a.

Deinde in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitioſa litura fecit. I.V.95.a. & ibi. *Cur id nomen infimum in lituraq; ſit.* & 119 b. *Videtis ne totum hoc nomen, corãm ubi facit delatũ, eſſe in litura? quid fuit iſtic antea ſcriptum? quod mendum iſta litura correxit?* & ibi. *Tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atq; interlitas eſſe clamant.* & 147.a. *Caudam illam Verris tanꝗ̃ in luto demerſam eſſe in litura.* & ꝓ Q.R.45.b. l. Preſcriptio.

Litura unius nominis commotus eſt. ꝓ Arch.187 b.

Litus, oris. continens. Ci. Top.223 b. *Litus eſt qua fluctus eludit.*

In litore fluminis euroteæ. ď In.74.b.

Quid tam commune ꝗ̃ mare fluctuantibus, litus eiectis? Or 206 b. & I.A 226.a.

In litore diſerto aram conſecrare. ꝓ Dom 241.b.

Amœnitates orarum & litorum ď.N 46 a.

Villa litore, tum proſpectu maris, tum &c. Att 188.b. aliter, illo.

Timebam litus inſulæ. Q. Fr 317.a.

Lituus, tui. Ci. ď D 86.b. *Quid lituus iſte ueſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus?* & ibi *Lituus erat incuruum & leuiter a ſummo inflexum bacillum.* & ibi. *Lituus auguralis ab eius litui, quo canitur ſimilitudine, nomen inuenit.* & ibi *Lituo Romulus regiones direxit, tum cum urbem condidit.*

De lituus Βοώπιδος. At.19.b.

De lituo Actij Neuij ď.N.27.b.

Liuidus, a, um. Ci. Tuſ.214.b. *Ergo inuidi, maleuoli, liuidi &c.* l. Inuidus.

Liuius, uij. Cic. ď Cla.171.a *Liuius, qui primus fabulam docuit.*

Cic At. v'ridecimo die posteaquam a te discesseram. hoc litterularum exaraui, egrediens uilla ante lucem: Nostro more ne patiamur intermitti literulas.

Cic A. Q. Fratrem, veniet Tabellarius nescio quid litterularum ut me expiui[?] rescri[bam]

Liuor, oris. Bru. Ep. 171. a. Tu enim a certo ſenſu & uero iudicas de nobis, quod iſti ne faciant ſumma maleuolentia & liuore impediuntur.
Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui. Ad Her. 7. b.

Locatus a um. poſitus, ſitus. Ci. Offi. 66. a. l. Loco.

Loco, as. colloco pono. Ci. Acad. 45. b. Inter recte factum & peccatum media locabat quædam.
Ipſi animo magni refert quali i corpore locati ſint. Tuſ. 184. a. Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare hominē in ampliſſimo gradu dignitatis. p Mur. 131. a.
Etenim eo loco locati ſumus, ut &c. d Am. 104. a. id eſt ea dignitate conſtituti.
Vos hortor, ut ita uirtutem locetis, ut ea excepta nihil amicitia præſtabilius putetis. d Am. 111. b.
Membra ſuo quæq; loco locata. d Cla. 183. b.
Si quis eorum pedum in extremo locatus eſt. Or. 218. a
Mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui. Ep. 10. b. Quæſtio de re certis in perſonis & tēporibus locata. d Or. 96. b.
Ciuitatem in Catonis fide locatā funditus perdidiſſem. At. 25. b. Deinde forteis uiros ab imperatrice in inſidijs atq; in præſidio balnearum locatos. p Cæl. 52. a.
Si Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermocreonti quidem turpe eſt conducere. d In. 52. a.
Dolobella locum illum ſternendum locauit. At. 230. b.
Ad telluris quidem tuam ſtatuam locaui. Q. Fr. 320. b.
Vtiq; quæſtores eam baſim ſtatuamq; faciendam & in roſtris ſtatuendam locent. I. A. 214. a.
Locare opus faciendum maxima pecunia. I. V. 107. b. & 105. b. Opus quod tu HS DLX millibus faciendum locaſti. Anſeribus cibaria publice locantur in Capitolio, ut &c. p S. R. 27. b.
Non palam uxorum funera locabantur? I. V. 260. a. & 101. b. Cum conſules ædes ſuas locauiſſent.
Agri a cenſoribus locati ſunt. 3 Rul. 76. a.
Diſciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus HS CCCLIII. p. Q. R. 49. b.
Curio te in matrimonio certo ac ſtabili locauit. I. A. 164. a. Locare aliquā alicui nuptijs. Ad Her. 13. a.

Locuples, tis. X. egens. Cic. I. V. 63. b. Mulier copioſa planè & locuples. Tanq̃ in aliquam locupletem & refertam domum uenijſſem. d Or. 98. a.
Egentes in locupletes armabantur. p Plan. 277. b.
Egebat? immo locuples erat. p. Q. R. 48. b.
Cuius membra ſunt in omni locuplete oratione diffuſa. d Or. 160. a. Lyſias oratione locuples, rebus ieiunior. d Fin. 127. a.
Magnæ & locupletes copiæ. Ad Her. 30. a.
Iam Pythagoras & Plato locupletiſſimi authores iubēt &c. d. D. 133. a. & 88. a. Collegit innumerabilia oracula Chryſippus, nec ullum ſine locuplete authoritate ac teſte. Locuples author Thucydides. d Cl. 168. b.
Nec moderatior q̃ Sylla i pecunijs locupletād. At. 106. a

Locupleto, as. dito, diuitijs augeo, orno, fortunis locupleto augeo.
Ci. Ep. 25. a. Mihi erat in animo ciuitates locupletare.
Sapientes locupletat ipſa natura. d Fin. 83. b.
Hæc lex eos fortunis locupletat. 3 Rul. 79. b. & 63. b.
Locupletare aliquem.
Cuius artem cum indotatam uideres uerborum eam dote locupletaſti & ornaſti. d Or. 165. a.
Eloquentiam locupletaſti grauiorum artium inſtrumento. d Cla. 196. b. Locupletare aliquem locum egregijs picturis. d In. 61. a.
Quæ pertinent ad exaggerandam & locupletandam argumentationem. Ad Her. 15. a.

Locus, ci. loci, orum, & loca, orum. occaſio, facultas, numerus, pars.
Ci. Part. 233. a. In locis autem & illa naturalia maritimi an remoti a mari, plani an montuoſi, leues, an aſperi, ſalubres an peſtilentes, opaci an aprici, & illa fortuita, culti an inculti, celebres an deſerti, coædificati an uaſti, obſcuri an rerum geſtarum ueſtigijs nobilitati, conſecrati an profani.
Locus quæritur publicus an priuatus fuerit, cuiuſmodi loci attingant. Ad Her. 7. a.
Erit enim nobis honeſtius uideri uenisse in illa loca ploratum potius q̃ natatum. Ep. 127. a. et. 138. a. Vt in iſta loca uenire poſſim.
Locus opacus & frigidus in ſylua. d Or. 144. a.
Locus amœnus & arbitris remotus. I. V. 252. a.
Nec amœnum nec ſalubrem locum cenſeo. d Or. 135. b.
Gratioſi ſcribę ſint i dādo & cedēdo loco. d Cl. 192. a.
Corpus intelligi ſine loco non poteſt. d Or. 141. b.
Locus oportunus captus ad eam rem. p. S. R. 29. b. et d In. 48. b. Locus oportunus, tempus idoneum.
Loco excelſo & illuſtri ſita eſt laus tua. Ep. 19. b. et. 36 b. Illud ſcio, meos multos & illuſtres & ex ſuperiore et ex æquo loco ſermones habitos cum tua ſumma laude. & 50. a. Ante me. poſt me, dextra, ſiniſtra.
Supra, infra. dextra ſiniſtra ante. poſt. Acad. 31. b.
Quē in locū res deducta ſit, uides. Ep. 46. b. et. 260. b.
Videte quem in locum remp. peruenturam putetis. pro S. R. 44. a. Res in eum locum uenerat, ut niſi &c. in poteſtatem hoſtium ueniendum fuit. Bru. 91. b.
Eo loco res eſt, ita ſoluta hæreditate, quaſi ea pecunia legata non eſſet. d Leg. 180. b.
Nihil loci relictum eſt tuæ ſcientiæ. Ep. 48. a. & 23. a.
Nulli improbo locus eſt ad remp. uiolandam. & 35. a.
Iniquis ſecus exiſtimandi uideris nonnihil loci dediſſe.
Repente auertis orationem nec das reſpondendi locū. d. N. 63. a b Hęc turba & barbaries forenſis dat locum uel uitioſiſſimis oratoribus. d Or. 94. b.
Aliquid loci rationi & conſilio dare & ſeſe colligere. p Quint. 9. b. & 11. a. Qui locus igitur abſentis defendendi procuratori primus datus eſt?
Quotieſcunq; dabitur amplificandi locus. Or. 208. b.
Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem proferendi beneficij locum. p Mur. 140. b.
Nullam habeo inſtituendi aut docendi locum. Or. 210. a. i. nullam temporis partem.
Non erat in tantis iniurijs nouæ crudelitatis locus. pro Dom. 216. a. & 241. b. Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuiſſe.
Si in mea familiaritate locus eſſet nemini, niſi ingenioſe

aut

aut nocenti. p Plan.276.b.

Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. p Quint.9.a. *In tam maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit.* p Flac.160.b.

Veritas locum ubi conſiſtat, reperire non poterit. pro Quint.1.b. *Eſt etiam in arte tanta huic minutæ ſibi litatis locus.* d Cla.192.a. *Nec eſt quicq̃ aut paruæ curę aut nouę loci.* At.191.a.

In hoc altero etc. quid habet ars loci? d Or.129.a.

Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, omnia laus occupauit. p Mur.126.b.

Erit profecto inter horum laudes aliquid loci noſtræ gloriæ. I.C.123.a.et.105.b. *Non eſt iam lenitati locus ſeueritatem res ipſa flagitat.*

Eſſe apud hominem conſtantem ignoſcendi locum. pro Mur.139.a.et.135.b. *Quo etiam mihi durior locus eſt dicendi datus.*

Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit. p Dom.130.b.

Qui in mea ſalute principem ſemper locum authoritatemq; tenuiſtis. p Dom.243.a.et.p Plan.276.b.

Prodeſt quorum in locum ac numerum peruenire uelis ab ijs ipſis illo loco ac numero dignum putari. Q.d Pet.205.b. *Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti, quo numero fuiſti?* I.A.174.a.

Ipſi in hoſtium numero, locoq; ducemini. I.V.161.a.et I.V.135.b. *Præſertimq; eo numero et loco.*

Habere aliquem loco patris. At.258.a.

Ex quo augurum inſtitutis in parentis eum loco colere debebam. d Cla.163.a.

Is mihi in filij loco fuiſſet, nunc certe erit parentis. Poſtq̃ 212.a. *Sodales nobis in liberum loco more maiorũ eſſe debent.* d Or.127.a.

Is me habebat eodem loco, quo ſuum generum. d Pro.77.b. *Succedere alicui in patris locum.* At.230.b.

Quorum alter apud me parentis grauitatem alter filij ſuauitatem obtinebat. p Syl.170.b.

A quo uictore ſi cruciatus abſit, mors in beneficij parte numeratur. I.A.231.a.

Cur eos habes in loco patrui? I.A.179.a.et ibi. *Quem parentis loco colere debebas.*

Tu ne etiam auſus meum illum diſceſſum etc. in maledicti et contumelię loco ponere? I.P.26.a.

Obijcere aliquid alicui in loco maledicti uel criminis. p Clu.30.b.

Si quis p̃dæ loco magiſtratum accepiſſet. ĩ Sal.174 b.

Qui hoc munere in ciuitate functi ſunt, ut tenerent oratorum locum. d Cla.177.a.

Perbono loco res eſt. At.84.b.et.178.b. *Et tum meliore loco res erant noſtræ.*

Vt meliore ſimus loco ne optandum quidem eſt, deteriore ſtatu ſumus etc. d At.258.a.

Res erat et cauſa noſtra eo loci, ut erigere oculos et uiuere uideretur. p Seſt.18.b.

Ille tibi loco filij per ętatem eſſe poteſt. p Dom.220.a.

Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere. I.V.64.b.& ibi. *Cum is tibi parentis numero fuiſſet.*

In loco bñficij uel mercedis numerare aliquid. Ep.20.a

Deferre aliquid alicui non in beneficij loco ſed in laboris & muneris. Q.Fr.192.a.

Vbi igitur locus fuit errori Deorum? d.N.75.a.

Petere ſibi aliquid loco pręmij. d In.80.b.

Cęſar me uetuſtiſſimorum familiarium loco habuit. Ep.165.a.et.61.b. *Te mihi fratris loco eſſe duco.*

Qui honeſtatem eo loco habet, ut ſine ea iucunde putet poſſe uiui. d Fin.75.a.

Mulier, quę in concubinæ locũ duceretur. d Or.100.a

Crimenis loco putant eſſe, quod uiuam Ep.97.b.

Qui uoluptatem nullo loco numerat. d Fin.53.b.

Nec iuſtitiæ ullus eſſet nec bonitati locus. d Fin.104.a.

Eſſe magno loco apud regem. Ep.213.b.et.33.b. *Tenere primum locum apud regem.*

Obtinere primum uel ſecundum locum. d Fin.102.a. et ibi. *Tenere.*

Et tenuit cum hoc locum quendam. d Cla.171.a.

At enim in poetis non Homero ſoli locus eſt, ſed et Sophocli etc. Or.197.a.

Qui in ſummum locum ciuitatis non potuerunt aſcendere. p Clu.49.b.et.45.a. *Locus Senatorius ludis.*

Eſſe ex equeſtri loco. p Plan.291.a.

Tua dignitas ſuum locum obtinebit. Ep.39.b.

Si placuerit uos meam defenſionem in aliquo artis loco reponetis. d Or.126.b.

In hoc loco mihi caput illud uidetur eſſe. d.N.84.a.

Occupare locum in ſubſellijs. d Cla.192.a.

Aer uidetur quaſi locum dare et cedere. d.N.42.b.

Ariſtoteles propoſuit quoſdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem diſputationem inueniretur. d Or.121.b.et.130.b. *Locus et regio, quaſi ridiculi.*

Ariſtoteles locos, ſic enim appellat, quaſi argumentorum notas tradidit. Or.201.a.

Locos argumentorũ paratos et expeditos habere oportet. d Or.119.a.et.123.b. *Sedes et tanq̃ domicilia omnium argumentorum.* et.152.b. *Loci communeis, qui de uniuerſa re tractari ſolent, ut etc.*

Scriptæ fuerunt et paratæ a Protagora rerum illuſtriũ diſputationes, quæ nunc communes appellantur loci. de Cla.168.b et.171.b. *Communibus locis uti.* et Acn.20 a. *Deſine communibus locis.*

Traditi ſunt è quibus argumenta ducuntur duplices loci, uni è rebus ipſis, alteri aſſumpti etc. Or.208.a.

Magnus locus philoſophiæq; proprius a peripateticorũ familia tractatus uberrime. d.D.109.a.

Eſt enim hic locus late patens de natura uſuq; uerborũ. Or.212.b.et.169.b. *Nullus locus ab eo edicitur ſine cõformatione quadam ſententiæ. et Inducere locos communes.* *Loci philoſophiæ de religione, de morte, de pietate etc.* Or.207.b.et.208.b. *Augere in communibus locis maxime excellet, qui communes appellati, eo quod uidentur multarum ijdem eſſe cauſarum, ſed proprij ſingularum eſſe debebunt.*

Conijcere cauſam in locos. p Plan.277.b.

Cato cum ſententiam in Senatu diceret, locos graues ex philoſophia tractabat. Parad.116.a.et d Fin.50.a.

Itaq; hunc locum longe lateq; patentem philoſophi ſolent in officijs tractare. Or.203.b.

Fidei cõducit in loco beneficiũ retribuere. Ante.192.b.
Litteræ non loco redditæ. Ep.171.a.
Quos d' ætas M. Cęlij dare potuit ſuſpitioni locum. pro Cęl.39.a. Cuius auditu uirtus dubitationi locum nõ daret. p Cor.18.a.
Sed planè nec precibus noſtris nec admonitionibus reliquit locum. Ep.1.a.& .1.b. Secundo loco.
Cum in locis ſemen inſedit rapit omnem ferè cibum ad ſeſe d'.N.61.b.
At quanto meliore loco reſp. ſtaret, ſi tu &c. Ci. In Sal. 273.a.& .I.A.332.b. Qui ſe conſulatum in Bruti locũ petere profitetur. Et hũc locum ſatis in ijs libris quos legiſtis expreſſit Sapio. d' Leg.161.b.
Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? Off.75.b. et 76.a. Apud eum quem locum habet fortitudo?
Libidine dominante temperantiæ locus non eſt. d' Sen. 81.a.& .90.b. Cum quidam in theatrũ ueniſſet, in magno conſeſſu locum ei a ſuis ciuibus nuſq̃ datum.
Ego uero illa ipſa quæ uix in gymnaſijs Stoici probant, ludens conieci in communes locos. Parad.116.a.
Quibus circumſcriptus eſt habitandi locus. Parad.119.a.& .123.a. Qui iſta tractant non honeſtiſſimum locũ ſeruitutis tenet. & ibi. Qui ciuitatis locum infimũ tenent.
Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat. d' In.81.a.
Locus eſt argumenti ſedes. Top.221.b. & Att.183.a.
Loci grauitas.
Res eodem eſt loco quo reliquiſti. Att.8.a. & .124.b. Reſpondit ſe, quod in nummis haberet, neſcire quo loci eſſet. & .127.a. Omnes copias primo quoq; tempore, in unum locum conuenire.
Si omnia in unum locum contrahenda ſunt. At.126.a. & .140.b. Valde gaudeo ſi nunc eſt ullus gaudendi locus. & .174.a. Noſtræ res meliori loco uidebantur.
Via iuris eiuſmodi eſt, quibuſdam in rebus, ut nihil ſit loci gratiæ. Q.Fr.301.b.& .308.a. Vrgere illi ut loco nos mouerent. & .309.a. Incidi in eum locum in dicendo, cum Seſtius multis uulneribus acceptis ſubſidio beſtię ſeruatus eſſet. Locum autem actionis opportunitatem temporum eſſe dicunt. Off.29.

Locutio, onis. *ſermo.* X. *reticentia.*
Ci. Or.202 b. Quanq̃ omnis locutio oratio eſt, tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. & .288.b Solum & quaſi fundamentum oratoris uides locutionem emendatam & latinã. & ibi. Gręca locutio.
Sermo eſt oratio remiſſa & finitima quotidianæ locutioni. Ad Her.20.b.
Riſus, locutio, reticentia, contentio uocis, ſummiſſio. Off. 29.b.

Logice, ces. *Ci. d' Fin.53.a. Iam in altera philoſophię parte quæ eſt quærendi ac diſſerendi, quæ λογικὴ dicitur, Epicurus planè inermis ac nudus eſt, tollit definitiones, nihil de diuidendo ac partiendo docet, nõ quomodo efficiatur concludaturq; ratio tradit, non qua uia captioſa ſoluantur, ambigua diſtinguantur oſtendit.*
Explicanda uis eſt ratioq; enuntiationum, quæ græci ἀξιώματα uocant, quæ de re futura, deq; eo quod poſſit fieri aut non poſſit, quam uim habeant obſcura quæſtio eſt quam Græci διαλεκτικὴν appellant, totaq; eſt Logicę, quã rationem diſſerendi uoco. d' Fat.140.a.

Logicus, a, um. *Ci. Tuſ.226.a. Habes ea, quę de perturbationibus enucleate diſputant Stoici, quæ logica appellant, quia diſſeruntur ſubtilius, è quibus tanq̃ è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.*

Logodædalus, li. *Ci. Or.200.a. Traſimachus Chalcedonius & Leõtinus Gorgias & alij quos λογοδαιδάλους appellat in Phędro Socrates.*

Logus, gi. *ſermo uel dictum ridiculum.*
Ci. Gallio. Ego te certe ſcio omnes logos, qui ludis dicti ſunt, animaduertiſſe. ex Non.

Loligo, nis. *Ci. d' D.138.b. Loligines & Delphini exultantes tempeſtatem futuram ſignificant.*

Lomentum, ti. *Cęl Ep.123 b. Perſuaſum eſt ei cẽſuram lomentum aut nitrum eſſe, errare mihi uidetur, nam ſordes eluere uolens, uenas ſibi oẽs & uiſcera aperit.*

Longe. *procul, longinquo.* X. *prope.*
Ci. At.77.b. Appius q̃ lõgiſſime potuit, diſceſſit. et Ep. 233.b. Longius non diſcedam.
Longe omnino a Tyberi ad Caicum. p Flac.161.a.& Tuſ.173.a. Satis longe ab oppido ad fanum.
In Arcadia non longe a Luſio flumine. d' N.71.a.
Bidis oppidum eſt non longe a Syracuſis. I.V.119.b.
Non longe a gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur. pro Fla.160.a.& Ep.56.a Cũ non longe a Pirgo abeſſem.
Eius ſimulachrum non longe a Tanagris in ſepulchro poſitum fuit. p Dom.135.b.
Non pgrediar longius q̃ mihi conceſſum eſt. At.193.a
Neq; a ſole longius unquam unius ſigni interuallo diſceſſit. d' N.36.b.
Longe abſum, audia ſerò. Ep.11.a.& .36.b. Tam longe inquis? & .44.b. Cum tam longe abfuturus eſſem.
Prope, longe, ſtare, mouere. d' Fin.72.b.
Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris & propius urbem mouentur? Ocþ.330.a.
Quàm longe eſt hinc in ſaltum ueſtrum Gallicanum. p Quint.14.b.
Iſti Neruij q̃ longe ſint neſcio. Q.Fr.327.a.
Longiſſime abeſſe ab aliquo. p Plan.262.b. & Acad. 10.b. Longiſſime abeſſe a uero. & d' In.82.b.
Quid Oceano longius inueniri poteſt? d' Pro.75.a.
Tempus muneris dandi longe abeſt. X. *appropinquat. p Syl.177.b.*
Varro uitam Næuij producit longius. d' Cla.170.a. & .176.b. Aliquis longius ætate prouectus.
Lõgius q̃ uitæ termini poſtulãt, cogitare. p Rab.96.b.
Epicrates longe mihi obuiam proceſſit. I.V.122 a.
Iracundia longius digredi q̃ conueniat. d' Ar.244.a.
Sol longe lateq; collucet. d' N.33.b.
Dij uim ſuam longe lateq; diffundunt. d' D.97.a.
Longe lateq; peregrinari. d' N.12.b.
Longe lateq; ſe pandere. Tuſ.243.a.
Longe longeq; plurimum tribuere alicui. d' Fin.79.a.
Longe omnes multumq; ſuperare. I.V.289.a.
Cum longe multumq; præſtat mens. d' Fin.134.a. & 88.a. Nos longe multumq; ſuperamur a beſtijs.
Longe & retro ponere. Tuſ.245.b.

Horum

Horum defenſio repetita q̃ longe eſt.ď.D.133.a.
Longe ad uirtutem proceſſerunt.ď Fin.111.a.
In poſterum q̃ longiſſime prouidere.I.A.212.a.
Longe in poſterum proſpicere.Ep.22.a.
Ab inſtituto noſtro paucorum dierum conſuetudine longe refugit.At.1.a.
Longe alia conditione ac cæteri imperatores.Ep.66.a.
Longe aliter ſe habere ac ſenſibus uideatur. Ac.15.b.
*A quo mea uoluntas longiſſime abhorret.*I.V.110.b.
Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates,longeq́; ſunt diuerſæ atq; ſeiunctæ.ď Or.103.a.
T.Coruncanus longe plurimum ingenio ualuit.ď Cla.169.a.
Ab Ariſtotelis inuentis tibi uideor non longe aberrare.ď Or.123.a.
Longe falleris opinione.In Sal.272.b.
Nam eſt longe aliter in uerſibus.Or.216.a.
Hortenſius ſuos inter æquales lõge pſtitit.ď Cl.185.b.
Hæc dixi longius q̃ inſtituta ratio poſtulabat, breuius autem q̃ ſi hac de re una diſputarem.Or.212.b.
Et erat huic iudicio longe diſſimilis illa contentio . pro Syl.176.a.
Quorum longe uicit ſapientia cunctos.I.A.204.a.
Longe diuerſus.Top.225.a.& ď.D.84.b.Cæſaris autem longiſſime diuerſa ratio,qui &c.
Vir longe poſt natos hoïes improbiſſimus.ď Cl.185.a
Quorum mentes ſunt perditæ,longeq́; a communi ſalute diſiunctæ.ď Ar.256.a.
Non cognoram tum,q̃ longe hinc ab hoc genere cognatio materna trãſalpini ſanguinis abſtuliſſet.Poſt.207.b
Longo interuallo interiecto uidere.Off.7.a.
De Q.Fratre nihil longe recuſans.Ep.232.b.
Longe gentium.Ep 196.b.
Non longe a tua domo.ď Leg.156.a.
Abeſſe longeq́; diſiunctum eſſe.Top.121.b.& Ac.92 a.Quippe res eſt in manibus tu autem abes lõge gẽtiũ.
Quod longiſſime ſit ab imperitorum intelligentia ſenſuq́; diſiunctum.ď Or.86.a.
Cæſari uenienti obuiã longiſſime proceſſiſti.I.A.175.b.&.194.b.Nihil unq̃ longius Calendis Ianuarijs mihi uiſum eſt.

Longinquitas,tis. diuturnitas.X.propinquitas.
Ci.ď.D.80.a.*Eandem artem etiam Ægyptij longinquitate temporum innumerabilibus penè ſeculis conſecuti putantur.&* Ep.81.b.*Longinquitas temporis.*
Dolores longinquitate producti uehementius torquẽt. Tuſ.251.a.
Nihil eſt quod non longinquitas temporis efficere poſſit.ď.D.82.b.& ď Fin.57.a.&.83.a.
Quo propter lõginquitatem & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur.Ep.22.b
Longinquitas loci.X.propinquitas.ď In.50.b.
Alter nondum ex longinquitate grauiſſimi morbi recreatus eſt.I.A.127.b.

Longinquus,a,um. diuturnus,longus.
Ci.ꝓ Mil.116.a.*Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat.*
Homo longinquus & alienigena.ꝓ Deio.145 b.
Externus hoſtis atq; longinquus.I.C.110.b.
Ex locis tam longinquis & diuerſis.ꝓ Pom.12.b.
Locus longinquus & reconditus.I.V.195.a.
Nos quidem longinqui & a te ipſo miſſi in ultimas regiones.Ep.248.b.
Ex ultimis terris aliquid acerſire.ď Ar.149.b.
Et q̃ diuturna iſta obſeruatio fuit: aut q̃ longinquo tempore potuit obſeruari:ď.D.114.b.
Quarundam herbarum utilitates longinqui temporis uſu & periclitatione percepimus.ď.N.58.a.
Longinqua obſeruatio.ď.D.103.a.
Longinqui temporis ſpes.At.144.b.
Tempus differendi in longinquum.Part.240.a.
Lõginquus dolor.ď Fin.84.b.i.longus.&.100.a.Nec longinquiora breuioribus anteponantur.
Nam non longinquum ſpatium labere diurnũ.In Ara.
Conſilia in longinquum tempus differre.At.154.b.
Nolo enim Lacedæmonem longinquo, qui Lanuuium exiſtimaui.At.241.a.

Longitudo,nis. diuturnitas,longinquitas,proceritas.
Ci.I.V.141.a.*Noctis longitudo ſtupris & flagitijs cõterebatur. Immenſitas latitudinum,longitudinum, altitudinum.ď.N.12.b.*
Tempus uero largitur longitudo diei.ď Leg.190.a.
Non eum longitudo itineris retardauit.I.A.221.a.
Rerum longitudo & obſcuritas orationis.ď In.48.b.
Longitudinum & breuitatum in ſonis iudiciũ.Or.213.b.&.218.b.Longitudo ambitus.X.breuitas.
Longitudo orationis.Part.235.a.
Diffundere aliquid in longitudinem.ď Vn.199.a.
Longitudo uiarum.I.A.221.a.

Longiuſculus,a,um. Ci.ꝓ Arc.190.a.*Epigramma in aliquem alternis uerſibus longiuſculis.*

Longulus,a,um. Ci.At.259.b.*Longulum ſanè iter.*

Longus,a,um. longinquus,diuturnus,procerus,productus,temporibus productus, longinquitate productus, X.præciſus,breuis.
Ci.At.258.b.*Mihi ut Ariſtophani Archilochi iambus ſic epiſtola longiſſima quæq; optima uidetur.*
Quotidie tamen horæ quibus expectabam longæ uidebantur.At.187.b.&.95.a.Cupiebam longiorem epiſtolam facere.&.28.a.Ille dialogus,quẽ ais lõgũ eſſe.
Menſis XLV dies longus.I.V.134.a.
Syllaba producta atq; longa.ď Or.160.a.
Tempus nimium longum.X.exiguum.At.190.b.
De omnibus longum eſt dicere.I.V.108.a.
Iam ut &c.& quibus &c.longum eſt mihi dicere,præſertim ad alia properanti.ꝓ Clu.25.a.
Longum eſt & non neceſſarium commemorare,quę etc. I.V.131.b.& ď Or.119.b.a.
An de Tybulario incenſo longa oratio eſt exprimẽda? an de ciuibus necatis plura dicenda ſunt? ꝓ Rab.91.a.& ibi. Non quid ego ad id longam orationem comparem?&.91.b.Ne plura de pudicitia dicerem.& ibi. Niſi forte de locis religioſis pluribus uerbis tibi reſpondendum putas. Iam de Platonis inconſtantia longũ eſt dicere.ď.N.8.a.&.21.b.Poſſum de alijs dicere, ſed nolo eſſe longus,ita concludam tamen &c.

Cethego nimium id longum uidebatur. Ac ne lõgum ſit Quirites, iuſſimus &c. I.C.112.b.

Longum eſt dicere ſed hoc breue dicam, ſi &c. p Seſt. 5.a. Non faciam longius, huc enim pertinet &c. d Leg.160.a.

Non opus eſt exemplis hoc facere lõgius. d Fi.128.a.

Contractione breuius fieri, aut productione longius. d Ora.161.a.

Verbum in longius ductum. d Cla.190.a.

Nihil ei longius uidebatur, quàm dum illud uideret argenum. I.V.208.b.

Tum ille nihil ſibi fuiſſe longius quàm ut me uideret. Ep.181.a.

Nec mihi longius eſt quicq̃ quàm uidere hominum uultus. p R.P.128.a.

Nec longius quicq̃ nobis, q̃ dextrę gladium dum accommodet alter. Tuſ.119.a.

Ac ne longum fiat uidete. d Leg.174.b.

In longum ſermonem me uocas. d Leg.258.b.

Si ſcriberē ipſe lõgior epiſtola fuiſſe, ſed &c. At.111.a

Tua quoq; longiſſima epiſtola delector, & ipſe in ſcribendo ſępe ſum longior. Q.Fr.299.a.

Illa, quæ quaſi longo interuallo interiecta uidemus. Off.7.a.

Breue tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene honeſteq; uiuendum. d Sen.91.b.

Loquacitas, tis. ἀπεραντολογίας δεῦς. At.188.a.

Ci. d Or.93.a. Qui non gręca alicuius quotidianam loquacitatem ſine uſu neq; ex ſcholis cantilenam requirit.

Loquacitati ignoſces, quę &c. At.110.b.

Facit autem non loquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas. Ep.81.b.

Accij loquacitas habet aliquid argutiarum. de Leg. 157.a.

Loquaciter. Ci. p Mur.129.b. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſpondeares?

Loquax cis. multus in loquendo.

Ci. d Sen.88.b. Senectus eſt natura loquacior.

Repente homo loquaciſſimus obmutuit. p Fla.156.b.

Orator odioſus in dicendo ac loquax. p Mur.131.a.

Dialectica in excogitandis argumentis muta nimiū eſt, in iudicandis nimium loquax. d Or.123.a.

Malo indiſertam prudentiam quàm ſtultitiam loquacē. d Or.156.a.

Seruus nimium loquax. p Clu.55.a.

Loquela, læ. Cic. d Fin.121.b. Ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ (ut ait Accius) malitiæ natæ ſunt. aliter, fallaci loquentiæ.

Loquor ris. ſermonem habeo, commemoro, dico, aio, uerbum facio, uocem mitto, uocis habeo, ſermonem confero, ubi oratio eſt cum aliquo.

Ci. At.68.a. Ex quo uenit ad ea, quæ fueramus ego & tu inter nos de ſorore in Tuſculano locuti.

Sæpiusq; iſta loquemur inter nos agemusq; communiter. d Fin.91.b.

Hoc non ncram tum cum Democrito tuo locutus ſum. At.87.a. & Ep.3.b. Ita ſum cum illo locutus.

Loqui cum aliquo de aliqua re. Ep.9.b. & 57.b.

Multum loqui cum aliquo. At.131. & 132.b. Cū quaſi tecum loquor. i. ad te ſcribens.

Loqui aſperius de aliqua re. At.90.a.

Aſperius inquit locutus eſt aliquid aliquando. p Plan. 265.b. Deſinant dicere male aliquem locutum eſſe, ſi quis uere ac libere locutus ſit. p Seſt.42.a.

Pugnantia te loqui non uides? Tuſ.150.b. & 156.a.

Loqui ex ore alterius.

Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus. Ep.40.b.

Cum omnes in eam rationem pro ſuo quiſq; ſenſu ac dolore loqueretur. I.V.90.a.

Poetas omnino quaſi alia quadam lingua locutos non conor attingere. d Or.114.a.

Poſthumus ad me uenit, nihil niſi claſſes loquens, & exercitus, eripiebat hiſpanias, tenebat Aſiam &c. At. 236.a. & 148.b. Hic quidem mera ſcelera loquuntur. & 150.a. Dolobella ſuis literis merum bellū loquitur.

Res loquitur iudices ipſa quæ &c. p Mil.111.b.

Vt annales populi rom. loquuntur. p Dom.230.a.

Is fatetur ſe non belle dicere, non ad uoluntatem loqui poſſe. p Quint.17.b.

Is perbene latine loqui putabatur, literatiusq; q̃ cæteri. d Cla.174.a.

Loqui primū pure & latine, deinde plane & dilucide, tum ad rerum dignitatem apte & quaſi decore. d Or. 96.b. Si tecum hęc duo uerba feciſſet. p Quint.9.b.

Verbum nemo fecit. p Plan.263.a.

Vocem pro me ac pro rep. nemo miſit. p Seſt.12.a.

Cæſarem loqui quiddam αὐθεντικῶς narrabant. Att. 150.b. Cum Attilio ſum locutus. At.4.b.

De ea re nos inter nos locuti ſumus. At.158.a.

Inquinate loqui. d Cl.177.a. & ibi. Ipſum latine loqui eſt in magna laude ponendum.

Dum latinæ loquentur literę quercus huic loco non deerit. d Leg.156.a.

Oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti ſimus loquuntur. d Leg.161.a.

Lorica, cæ. Ci. I.V.223.a. In hoc fano loricas galeasq; æneas P. Scipio poſuerat.

Deſcendi in campum cum illa lata inſignique lorica, non quę me tegeret, uerum &c. p Mur.136.b.

Mithridates ambulat cum lorica, metuit enim &c. pro Flac.155.a.

Lorum, ri. Ci. d Ar.249.a. Si puer ille tenſam aut lorum omiſit.

Cū eū ſerui publici loris ceciderūt. I.A.118.b. et.252.a

Lubens, tis. Ci. d Or.136.a. Me uero lubente inquam Antonius dixerit.

Lubenter. Ci. d Cla.187.b.

Lubet, bat. libet. Ci. d Sen 89.a. Id ipſum tamen ut lubebit. quoniam &c. & d Cla.168.b. & 184.b.

Lubricus, a, um. præceps, periculoſus.

Ci. I.V.263.b. Ætas puerilis maxīe lubrica atq; īcerta.

Natura oculos fecit lubricos & mobiles. d N.54.b.

Via pręceps et lubrica. X. plana et ſtabilis. p Fl.166.a.

Ipſa conſuetudo aſſentiendi periculoſa eſſe uidetur & lubrica. Acad.17.b.

Qui locus eſt ſane lubricus, quod uix inuenitur, qui etc.

Off.13.b.
Sed mihi in cauſa facili & explicata perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. p Plan.259.b.
Viæ adoleſcentiæ lubricæ, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione uix poteſt. pro Cæl.46.a.
Lubricum genus orationis adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpe præceps. I.P.94.a.
Dominandi cupiditas præceps & lubrica. I.A.204.a.
Verſari in lubrico. Or.205 b. *Is magnus orator eſt, minimeq; in lubrico uerſabitur.* *Quia ſunt in lubrico, incitatæq; ſemel in procliue labuntur.* Tuſ.218.a.
Luca, *cæ.* urbs Hetruriæ. Ci.Ep.11.a.
Lucanica, *cæ.* Cic.Ep.136.b. *Solebam antea delectari oleis & lucanicis tuis.*
Lucellum, *li.* *queſticulus.* Ci.I.V.163.a. *Apromo lucelli aliquid iuſſi ſunt dare.* & d D.115.b.
Luceo, *es.* *luxi, ſplendeo.*
Ci. p Pom.11.b. *Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet.* et d Som.128.a. *Luna quę luce lucet aliena.* & d.N.39 b. *Luna a lucendo nominata eſt.*
Atq; uno mentem radianti ſidere lucet d.N.47.a.
Et ingenij quædam forma lucebat & exercitatione perfecta erat. d Cla.196.a.
Virtus lucet in tenebris ſplendetq; per ſeſe ſemper. pro Seſt.16.b. *Sed illa ornamenta in uirtute et induſtria poſita lucent.* I.A.251.a.
Mea officia, quæ parum antea luxerunt. At.46 a.
Cum res ipſa tot, tam claris argumentis ſignisq; luceat. p Mil.113.a. *Æquitas lucet ipſa per ſe.* Off.7.a.
Qui lumē de ſuo lumine accendit, facit ut nihilominus ipſi luceat cum illi accenderit. Off.11.a.
Lucerna *næ:* *lumen, lychnus.*
Ci. At.106.a [illegible] *iandudum et facerem diutius niſi me lucerna deſereret.*
Cum oculū torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe uiſas. Acad.20 a.
Duo lucernæ lumina pro uno uideri quodam obtutu oculorum. d.D.133.b.
Lumen lucernę offunditur uel obſcuratur luce ſolis. d Fin.99.b. & .112.b. *In ſole lucernam adhibere.*
Cum eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflammaram tuam. At.129.a. & d Sen.94.a. *Nanq; hęc niſi tanquā lumini oleum inſtilles extinguuntur.*
Luceſcit *bat.* *diluceſcit, lucere incipit.*
Ci.Ep.245.a. *Cum aduesperaſceret.* X. *cum luceſceret.*
Lucet *bat.* Ci.Acad.24.a. *Si dicis nunc lucere et uerum dicis, lucet igitur.*
Cepi conſilium ut exirem anteq̄ luceret. At.108.a.
Q. Scęuola quotidie ſimulatq; luceret, faciebat omnibus ſui conueniendi poteſtatem. I.A.219.b.
Nondū lucebat, cū hoc Amerię ſcitum eſt. p.S.R.34.b.
Puer poſtridie anteq̄ luceret, cōbuſtus eſt. p.Clu.23.a.
Vbi lucere cœpit. d.D.90.a
Cupiebam etiam nunc plura garrire, ſed lucet, urget turba. At.92.a.259.b. *Nondum legere poteramus, uā & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat, cum autem luceret &c.*

Lucide. Ci.d.Or.118.b. *Lucide breuiterq; definire aliqd.*
Lucifer, *ri.* Ci.d.N.36.b. *Stella Veneris quę φωσφόρος græce, latine lucifer dicitur.* et d Vn.200.a. *Lucifer deinde & Sancta Mercurij Stella.*
Lucifera, *ræ* *lucina.* Ci d.N.39.b. l. Lucina.
Lucifugus, *a, um.* Ci.d Fin.61.b. *Alij Lucifugi, maledici, monſtroſi.*
Lucina, *næ. lucifera.* Ci.d.N.39.b. *Apud græcos Dianam, eamq; Luciferam apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant.*
Luciſcus *ſci.* *luſcioſus.* Ci.At.64.b. *Iam enim tibi luciſci loquerentur &c.*
Lucretia, *tiæ.* Ci.d Leg.171.a. *Sextus Tarquinius uim Lucretię Tricipitini filiæ attulit.*
Lucretia ſtuprum per uim oblatum uoluntaria morte luit. d Fin.140.a.
Lucretius, *tij.* Cic.Q.Fr.313.b. *Lucretij poemata ita ſunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis.*
Lucrifacio, *cis.* Ci.I.V.187.a. *Iam uero omnem ex ærario pecuniam lucrifactam uidetis.* & p Fla.163.b. *Minus igitur lucri facit.* & Ep.177.a.
Lucror, *aris.* *lucrifacio, lucrum facio, quæſtum facio, compendium facio, quæro, mereo, quæſtum conſequor, in lucro pono.*
Ci.I.V.248.a. *Iſte quod neutę nomine acceperat, lucrabatur.* *Vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum.* Off.51.a.
Dedecora prætereantur, lucretur indicia ueteris infamiæ. I.V.82.b.
Cum lucrari impune poſſet auri pondo decem. Parad. 119.b.
Lucrum, *cri.* *quæſtus, compendium, fœneratio,* [illegible]
Ci.Tuſ.229.b. *Alij emendi aut uendendi quæſtu & lucro ducuntur.*
Totam iſtam cantilenam ex hoc pendunt ut q̄ plurimū lucri faciant. Ep.177.a.
Apromo dene lucrum tritici medimna XXXIIII. I.V. 163.a. ter. & .166.b. *Plus lucri nomine eripitur, quàm quantum exararant.*
Numerant Valētio lucri HS XXX *millia.* I.V.166.b.
Quibus utri ceciderint lucro futurum eſt. I.V.255.b.
Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris eſſet, dat de lucro, nihil detrahit de uiuo. p Fla.163.b.
Reliquas res ad lucrū prædámq; reuocauit. I.A.189.a.
Facere lucrum ex uectigalibus publicis. I.V.167.a.
De lucro uiuere. Ep.137.a.
Quieſcant igitur & me hoc in lucro ponere patiantur. p Flac.154.b.
Id ego in lucris pono. Ep.106.b.
Sibi intus canere. l. Intus.
[illegible], *magnum nullum fieri poteſt,* [illegible] *uel non magnum moleſtum futurum eſt.* At.213.b.
Luctatio, *onis.* Ci.d Fat.142.b. *Cauſa, in qua tibi cum Diodoro magna luctatio eſt.*
Nam cum Academicis incerta luctatio eſt. de Fin. 73.b.
Sine aduerſario nulla luctatio eſt. d Fat.146.a. & de Leg.177.b. *Curſus, pugillatio, luctatio.*

Luctor,aris. contendo,altercor.
Ci.d Or.91.a.Nō luctabor inquit tecū craſſe amplius.
Nondum ſtatuo te uirium ſatis habere,ut ego tecum lu
ctari & congredi debeam.p Syl.176.a.
Alij uelocitate ad curſum,alij uiribus ad luctandum ua
lent.Off.21.b.
Luctabitur olympijs Milo.d Fat.146.a.& ibi.Sine ha
buerit aduerſarium,ſi non habuerit,luctabitur.
Luctuoſus,a,um. luctu præditus,funeſtus, quod habet
luctum. Ci.d Or.122.a.Afflicta & proſtrata uir-
tus,maxime luctuoſa eſt.
O diem illum reip.luctuoſum.p Seſt.8.b.
Hoc ſi luctuoſum eſt parenti,redimat pretio ſepeliendi
poteſtatem.I.V.260.a.
Cuius diſceſſus omnibus honeſtis luctuoſus uiſus eſt.
Poſtq.209.b.
Miſeris his temporibus & luctuoſis.Ep.70.b.
Funus perluctuoſum.Q.Fr.327.b.
Luctuoſum,acerbū,graue.d Or.143.b.& ʒ Rul.75.b.
Luctus,ctus. mœſtitia,mœror,ſqualor,ſordes,lacrymę,
fletus,ſordes lugubres,deſiderium.
Ci.Tuſ.213.a.Luctus eſt ægritudo ex eius,qui charus
fuit interitu acerbo.
Orat ne ſuum luctum patris lacrymis,patris mœrorem
ſuo fletu augeatis.p Flac,166.a.
Quā quidem multitudinem iudices nunc uidetis in ſqua
lore & luctu nobis ſupplicem.p Plan.263.a.
In luctu & ſqualore ſum.Ep.59.a.
Erat in luctu Senatus,ſqualebat ciuitas.p Seſt.9.b. &
d Off.71.a.Eſſe in maximis luctibus.
In ſordibus,lamentis,luctuq; iacuiſti.I.P.98.b.&.83.a
Vt eos,quos luctu affecerat,lugere non fineret.
Ne & meum mœrorem exaggitem, & te in eundem lu
ctum uocem.At.41.b.
Triſtis & acerbus luctus.p Plan.275.a.
Habet enim luctum concurſus hominum.d Leg.183.a.
Mihi Telamon iratus furere luctu filij uidetur. d Ora.
126.a. Mulier in familiæ luctum & in priuignorū
funus nupſit.p Clu.57.b.&.18.a.Spectaculum ſordiū
atq; luctus & tanti ſqualoris aliturus.
Aliquis miſer luctu præditus.p.S.R.12.a.
Illius mortem æquo animo nemo ferre poteſt,luget Se-
natus,mœret equeſter ordo,tota ciuitas confecta ſenio
eſt,ſqualent municipia,afflictantur coloniæ, agri de-
niq; tam beneficum tam ſalutarem tam manſuetum ciuem
deſiderant.p Mil.105.a.
Hinc ſunt illa uaria & deteſtabilia genera lugendi,pe
dores,muliebres lacerationes genarum pectoris,fœmo
rum,capitis percuſſiones.Tuſ.204.a.& ibi.Luctus elo
cutiones complures.
Ne illius ſqualorem,luctumq; aſpicerem.At.43.b.
Incidere in maximos luctus.Off.7.a.
Lucubratio,onis. Ci.d.D.137.b.Nunc quidē propter
intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detra-
xi.& meridiationes addidi,quibus antea uti non ſolebā.
Iſta quæ uos dicitis ſunt tota commentitia,uix digna lu
cubratione anicularum.d.N.20.a.
Lucubro,as. Ci Parad.116.b. Accipies igitur hoc par
uum opuſculum lucubratum his iam contractioribus no
ctibus.
Luculente. Ci.d Cla.117.a.Scripſere alij rem uerſibus
& luculente quidem ſcripſerunt.& At.236.a.
Quanq; ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.
Off.73.a.
Luculenter. Ci.d Fin.67.a.Cum græce(ut uideor)lu-
culenter ſciam.
Hoc quidem ſane luculenter.Off.64.a.
Eodem die Gabinium ad populum luculenter caleſece-
rat Memmius.Q.Fr.322.a.&.325.a.
Sanè texebatur opus luculenter.Q.Fr.325.a.
Luculentus,a,um. ornatus,elegans,pulcher,amplus.
Ci.At.192.b.Cato uerbis luculentioribus & pluribus
rem comprehenderat.&.253.b.Sunt præterea nauigia
luculenta Sexti Buciliani.
Camino luculento utendum cenſeo.Ep.100.a.
Luculentum patrimonium.I.A.243.a.
Pompeius ſcriptor luculentus.At.113.a.
Licinius habitus eſt ſanè(ut ita dicam)luculentus patro
nus.d Cla.176.a.
Nunc credo ut eſt luculentus author. Att.166.a.i.ex-
ploratus certus.&.167.b.
Dicęarchum recte amas luculentus homo eſt.&.64.a.
Etenim eſt luculenta res.
Seruius de duabus legionibus luculentos authores eſſe
dicebat.At.277.b.& d Cla.173.b. Cœlius Antipater
ſcriptor luculentus.
Præclara & luculenta reclamatione neſtra factum mar
tialium comprobauiſtis.I.A.192.a.&.221.a.Luculē-
tam tamen ipſe plagam accepit,ut declarat cicatrix.
Lucullanus,a,um. Ci.At.258.a.Lucullanus fundus.
Lucus,ci. Ci.I.V.215.a.Circa Ennam lacus lucíq; ſunt
plurimi.& d.D.101.a.Lucus Veſtæ.&.216.b.
Lucos in agris habento & larium ſedem.d Leg.173.a.
Domus habet lucum,quem ſi exciderit multum proſpe-
xeris.Ep.105.a.
Vos enim Albani tumuli atq; luci,uos inq; imploro &
obteſtor.p Mil.118.a.
Ludibrium,brij. Ci.At.273.b.Sceleratiſſimo hoſti lu-
dibrio eſſe imperiū populi rom. Senatus authoritas
turpiſſimo cuiq; ludibrio eſt.Sal.In Cic.270.b.
Ludibrio & deſpectui cuipiam eſſe.Ad Her.36.a.
Aliquid ludibrio eſſe.I.V.256.a.
Libertatis ſignum poſuiſti ad ludibrium impudentiæ,
magis q; &c.p Dom.139.b.
Ne ludibrio ſimus inimicis.I.A.255.b.& Parad.117.
a.Ille hęc ludibria fortunæ ne ſua quidem putauit.
Ludibundus,a,um. Ci.I.V.183.a.Si Vulteium habebis,
omnia ludibūdus perficies,&c. Inde auſtro leniſſimo
ad Hydruntem ludibundi peruenimus.Ep.259.b.
Ludicrus.a,um.iocularis. Ci.d.N.21.b.At pueri etiā
cum ceſſant,exercitatione aliqua ludicra delectantur.
Quæ agēda ſunt in foro tanq; in acie exercitatione qua
ſi ludicra prædiſcere & meditari.d Or.97.a.&.118.
a. Ars ludicra armorum & gladiatori & militi pro-
deſt aliquid. Clarorum uirorum ludicros ſermones
eſſe non oportet.Acad.2.b.

Ludifico,as. illudo. Ci.ꝑ Quint.10.a.Si quis latitare
ac diutius ludificare uideatur.
Ludificor,aris.ludifico. Ci.ꝑ.S.R.17.a.Is aperte ludi
ficari ac calumniari ſciens uidetur.
Ludius,dij. Ci.ꝑ.Seſt.25.b.Ludius non ſolum ſpecta
tor ſed actor & achroma.
Ludo,dis ludo utor,delectationis cauſa exerceor.
Ci.đ Or.91.a.Vt qui pila ludunt, non utũtur ĩ ipſa lu
ſione artificio proprio palęſtrę ſed indicat ipſe motus di
dicerint ne palæſtram an neſciant.
Pila bene & duodecim ſcrupis ludere.đ Or.103.b.&
Tuſ.239.b.Pila ludere.
Qui non dubitaret uel in foro alea ludere.I.A.171.b.
Ludendi autem eſt quidam modus retinendus,ut ne ni
mis omnia profundamus &c.ſuppeditant autem & cã
pus noſter & ſtudia uenandi,honeſta exempla ludendi.
Off.21.a.
Si quando pueris ludentes minamur.đ Fin.131.b.
Non illo uetere uerbo quod iure luſiſti.Ep.98.b.
Diſputationem aliquam facetijs ludere.đ Or.129.a.
Domitius in Senatu luſit Appium .Q.Fr.316.a. & de
Or.125.b.Ludere aliquem.
Eumq; luſi iocoſe ſatis. Q.Fr.313.b.
Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt aut omnium irriſione lu
datur.đ Or.89.a.
Hoc ciuili bello q̃ multa luſerunt.đ D.119 b.
Sic multum ac diu ludetur.Ep.111.a.
Verum in me quidem ille luſit ut ſolet.đ Or.158.b.
Ego uero illa ipſa ludens conieci in communes locos.Pa
rad.116.a.
Ludus,di. munus, ſpectaculum, ſcena, iocus.
Ci.ꝑ Mur.133.b.Populus ac uulgus imperitorum lu
dis magnopere delectatur.& ibi.Elegantia ludorum et
ſcenæ magnificentia.& ibi.Ludi magnificentiſſimi . &
ibi.Ego qui trinos ludos feceram.
Hos ludos ſerui fecerũt, ſerui ſpectauerũt.đ Ar.249.a.
Munus ampliſſimum quod petitio præturę deſiderabat,
prætura reſtituit.ꝑ Mur.133.b.i ludos ampliſſimos.
Qui munera contra leges gladiatoria parant. de Ar.
257.a. In maxima illa ludorum celebritate quin
quennali.đ Or.154.b. Commiſſio ludorum & con
fectorum ludorum nuntij.At.254 a.
Quo die ludi committebãtur.Q Fr.325.a.l.VIII Cal.
Nouemb.& đ Fin.91.b.Ludis commiſſis.
Is ludos apparat magnificentiſſimos, ſic inq̃ ut nemo
ſumptuoſiores ſtulte bis terq; , uel quia non poſtulatus,
uel quia munus magnificum dederat, uel quia potuerat
magiſtrum ſe non ædilem putare.Q.Fr.327.b.
Qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimosq; fecit.ꝑ
Seſt.25.a. & .I.P.93 b.Paratiſſimi magnificentiſſimiq;
ludi. Celebrare dies feſtos ludorum.ꝑ Arch.188.a
& Ludorum epulare ſacrificium.l Epularis.
Libationes epulæq;.đ Ar.248.b.
Facere ludos Apollini.đ Cla.171.b.& At.241.a.
Ludi Apollinares.At.34 a. & .253.a.& .I.A.159.a.
Ludi Romani antiquiſſimi.I.V.243.a.Ioui, Iunoni, &
Mineruę. Ludi compitalitij.I.P.81.a.
Ludi notiui.đ.D.91.b.
Ludi oſci,ludi græci.Ep.95.a.& At.254.a.
Epicuri pater ludi magiſter fuit.đ.N.15.a.& .I.V.61
a.Magiſter ludi. Vt Dionyſium tyrannum cum Syracu
ſis expulſus eſſet, corinthi dicunt ludũ aperuiſſe,ſic ego
ſublatis iudicijs,amiſſo regno forenſi ludum quaſi habe
re cœpi.Ep.137.b. Iſocrates magiſter iſtorum oium,
cuius è ludo tanq̃ ex equo Troiano innumeri principes
exierunt.đ Or.117.b. Iſocratis domus cunctæ græ
ciæ quaſi ludus quidam patuit,atq; officina dicendi . de
Cla.167.b. Is è ludo atq; pueritiæ diſciplina in mi
litiæ diſciplinam profectus eſt.ꝑ Pom.9.a.
Hæc iſtem in ludo cauſarũ ferè formula.đ Or.118.a.
Ducebam mecum Ciceronem meũ in ludum dicendi non
luſionis.Q.Fr.325.a. Ludus gladiatorius.At.11.b.
& .I.C.100.a. Ludus talarius.At.11.a.
Datur enim huic aliquis ludus ætatis conceſſu omnium.
ꝑ Cæl.43.a. & .46.b.Dare aliquid temporis ad ludũ
gratis.et.39.a.Vt exercitatiõe ludoq; cãpeſtri uteremur
Ludus pilę,uel teſſerarum uel talorum.đ Or.148.a.
Nec enim ad ludum & iocum facti ſumus.Off.21.a.
Per ludum & iocum euertere aliquem. I.V.107.b. &
273.a.Per ludũ & negligentiã ad honores peruenire.
Nullus ei ludus uidetur eſſe iucundior q̃ cruor,q̃ cędes
&c.I.A.193.b.
Omnium cęterarum rerum oratio,mihi crede,ludus eſt
homini non hebeti.đ Or.125.a.
Illa perdiſcere ludus eſt.đ Fin.14.a.
Adde his ſi placet unguentarios, ſaltatores, totumq; lu
dum talarium.Off.30 b.
Heri quartus in circo dies ludorum romanorũ fuit, An
tonius ad populum tulit,ut quintus præterea dies Cæſa
ri tribueretur.I.A.181.a.
Ludis publicis popularem lætitiam in cantu & fidibus
& tibijs moderatio.đ Leg.174.a.
Lues,is. Ci.đ Ar.249.a. Ve eos ludos hæc lues impu
ra pollueret.
Lugeo,es. in luctu ſum, ſqualeo, mœreo.
Ci.I.A.244.b.Quis bonus non luget mortem Trebo
nij& đ In.72.a.Illa hoſtium mortem lugebat.
Hos pro me lugere,hos gemere uidebam.ꝑ Plã.280.
b.& Ep.51.a. Senatum reip.occaſum atq; interitum
lugere uetuiſti.I.P.83.a.
Lugente Senatu,mœrentibus bonis omnibus . ꝑ Dom.
218.b. Neq; uero nunc conſilium tuum reprehendo
ſed fortunam reip lugeo.At.127.b.et đ Or.127.a.Lu
gere ſuos Quid ego nunc lugeam uitam hominum?
Tuſ.166.a. Statua deformata lugẽsq;.ꝑ Mur.141.a
Omittamus lugere.đ Cla.189.b.
Lugubris,bre.funebris. Ci Poſtq̃.199 b.Fratris mei la
crymę ſordesq; lugubres. Lugubris eiulatio.đ.L.182
a.& Tuſ.154.b.Lugubris lamentatio fletusq; mœrens.
Lumbus,bi. Ci.In Arat.Et Cepheus conditur ante Lũ
borum tenus &c.
Lumen,nis.luminare. Ci.đ.D.97.a.Noctu lumine ap
poſito experrecta nutrix animaduertit puerum &c.
Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prætuli
ſtis.ꝑ Syl.74.b. Vos Dij,qui meæ menti lumina pręe
tuliſtis.Antrq̃.193.b.

Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluit.d.N.61.b.
Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum oratio d Cla.170.b.
Hic tu oſtendas oportet patriæ lumen animi,ingenij,cõſilijq; tui.d Som.127.a.
Propè cunctis ciuibus lumen ingenij & conſilij ſui porrigere atq; tendere.d Or.100.a.
Certis dicendi luminibus ornare orationem. d Ora.219.a. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine.d Cla.188.b.
Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat.Tuſ.250.a.& p Dom.234.b.
M.Buculeius cum ędes L. Fuſio uenderet, in mancipio lumina uti tum erant,ita recepit.d Or.99.b.& ibi.Q d cuicunq; particulę cœli officeretur,quis eſſet procul,mutata lumina putabat.& p Dom.236.b.
Varietas luminum lunæ.d.N.45.a.
Luna ſolis lumine illuſtrari putatur.d.D.127.a.
Cæſaris interdicta, ſi te ſecundo lumine hic offendero reſpuentur.At.117.a.& p.R.P.127.a.
Qui lumen de ſuo lumine accendit, facit ut nihilominus ipſi luceat,cum illi accenderit.Off.11.a.
Luminare,ris. Ci.I.A.170.a.*Id decreuit Senatus, & quidem incolumis nondum tot luminaribus extinctis.*
Octauam partem tuli luminarium,mediam abſtrahere meminerls.At.249.b.
Luminoſus,a um. Ci.Or.208.b.*Tum ſunt maxime luminoſę & quaſi actuoſæ partes duę.*
Luna,nę. Ci.d Som.128.b.*In infimo orbe luna radijs ſolis accenſa conuertitur.*
Docet enim ratio Mathematicorum quanta humilitate luna feratur,terram propè contingens.d.D.127.a. & ibi.Luna ſolis lumine illuſtrari putatur.&.110.a.Luna ſuo lumine an ſolis utatur.
Luna a lucendo nominata eſt eademq; eſt Luana.d.N.39.b.'.Diana.
Stellæ &c.ex quibus erat illa minima,quæ ultima cœlo,citima terris luce lucebat aliena.d Som.128.a.
Luna acceſſu ſuo & receſſu ſolis lumen accipit.d Ora.159.b. Iam ſolis annuos curſus ſpatijs menſtruis luna conſequitur.d.N.36.a.& ibi de luna.
Solis annuam luſtrationem ſolis incenſa radijs menſtruo ſpatio luna complet.d.N.18.b.
Siculi ſuos dies menſesq; congruere uolunt cum ſolis lunęq; ratione.I.V.134.b.
Luna maior q̃ dimidia pars terræ.d.N.46.b.& ibi de luna multa.
Habitari ait Xenophanes in luna.Acad.31.a.
Cum claram ſpeciem concreto lumine luna, Abdidit & ſubito ſtellanti nocte perempta eſt.d.D.84.a.&.100.a.Cum duo uiſi ſoles,& cum lunę tres.
Cum luna laborat.Tuſ.168.a.
Epicurus lunæ dies ſingulas unum quandam habere credidit.d Fin.86.a.
Cum ortus naſcentium luna moderetur.d.D.117.a.
Æſtus maritimos fretorumq; anguſtias ortu aut obitu lunę commoueri.d.N.30.a.

Quid de fretis & maritimis æſtibus dicam quorum accesſus & receſſus lunę motibus gubernãtur.d.D.119.a.
Plus terrarum ſitus q̃ lunæ tactus ad naſcendum ualere.d.D.128.b.aliter,tractus.
Oſtrea & conchylia omnia cum luna creſcunt pariter pariterq; decreſcunt. d.D.115.a. & ibi. Arbores cum luna ſimul ſeneſcentes tempeſtiue cædi.
Intendit Apollo arcum luna innixus.Acad.22.b.
Lunaris,re. Ci.d Som.129.a. *Grauiſſime autem ſono mouetur hic lunaris atq; infimus curſus.*
Luo,is. Ci.p Mil.103.b. *Cum ei qui expectare uelit ante iniuſta pœna luẽda ſit q̃ iuſta repetenda.& p Syl.181.b.Luere pœnas reip.*
Qui morte ſua luit collegæ in cinenſi ignominia temeritatem.d Sen.91.b.
Acerbum eſt parentum ſcelera filiorum pœnis lui.Att.280.b.&.43.a.Itaq; mei peccati pœnas luo.
Innocentiũ ſanguis iſtius ſupplicio luendus eſt.I.V.71.b.&.91.b.Sceleratorum libido innocentium ſanguine luitur. Lucretia ſtuprum per uim oblatum uoluntaria morte luit.d Fin.140.a.
Lupa,pę. Ci.p Mil.112.a.*Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.*
Lupercalia,orum. Ci.Q.Fr.314.b.&.I.A.179.a.*Ad lupercalia C.Cæſari &c.*
Luperci,orum. Ci.p Cæl.42.b.*Fera quædam ſodalitas & planè paſtoritia atq; agreſtis germanorum lupercorum,quorum coitio &c.*
Lupinus,m. Ad Her.5.a.*Folliculus lupinus.* &.I.O.115.a.*Romulus paruus atq; lactens uberibus lupinis inhians.*
Lupus,pi. Ci.I.A.138.b.*O preclarum cuſtodem ouium (ut aiunt)lupum.*
De Varrone loquebamur,lupus in fabula.At.216.a.
Lurco,onis. Ci.At.13.a.*Lurco Tribunus Plebis &c.*
Luſcus,a,um. Cic.d Ora.131.b. *Hic luſcus familiaris meus C.Sextius.& ibi.Id dixit quod conueniret in omnes luſcos.*
Luſio,onis. Ci.Q.Fr.325.a.*Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi non luſiones.*
Pueri luſionibus uel laborioſis delectãtur.d Fi.138.a
Habeant igitur alij ſibi arma, ſibi equos, ſibi haſtas ſibi clauam & pilam, ſibi natationes & curſus, nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras.d Sen.89.a. Qui pila ludunt non utuntur in ipſa luſione proprio artificio palęſtrę.d Or.91 a.
Luſtratio,onis. Ci.I.A.171.b.*Peragratio itinerum,luſtratio municipiorum.*
Nõ montiuagos atq; ſylueſtres curſus luſtrationesq; patiuntur.Tuſ.244.a.& d.N.18.b.
Luſtro,as.peragro. Ci.d.N.36.b.*Mercurij ſtella anno fere uertente ſigniferum luſtrat orbem.*
Totam licet animis tanq̃ oculis luſtrare terram.d.N.52.b.& Ep.25.a.Luſtrare iuriſdictionem.
Pythagoras Ægyptum luſtrauit.d Fin.145.a. & Tuſ.218.b.Luſtrare ultimas terras.
Sol cuncta ſua luce luſtrat & complet.d Som.128.b.
Cum omni ratione animoq; luſtraueris.Off 12.a. &

Part.

Part.233.a.Perluſtrare aliquid animo. & ď Fi.28.b.
Cum alia maiorem luſtrarent orbem ď Vn.200.b.
Ad III Cal.exercitum luſtraui apud Iconium.At.79.a
&.I.A.241.a.& ď.D.101.b.Cum imperator exerci-
tum luſtraret.& ibi.Cum cenſor populum luſtraret.&
ibi.In luſtranda colonia ab eo,qui eam deduceret.

Luſtrum,ſtri. Ci.ď Or.100.a. Quæritur, qui domini
uolūtate cenſus ſit, ſi non ſit conditū luſtrū, ſit ne liber.
Sub luſtrum cenſeri germani negotiatoris eſt.At.17.b.
&.66.b.Luſtrum iam deſperatum eſt.
Luſtrum condere & taurum immolare.ď Or.133.b.
Domus in qua luſtra,libidines,luxuries uerſentur. pro
Cæl.49.b.
Cur in luſtris & belluationibus huius ſaltatoris exima
uirtus tandiu ceſſauit?Poſtq̄.207.a.
Homo emerſus ſubito ex diuturnis tenebris luſtrorum
ac ſtuprorum.ꝑ Seſt.7.a.
Vino luſtriſq; confectus.I.A.161.b.
Publicanus etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorū
ulla querela conſeruaram.Ep.25.b.
Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipſo
luſtro nihil ſoluerant,etiam ſuperioris luſtri reddide-
runt.At.90.b.

Luſus,a,um. Cic.ď Fin.64.a.Sed & illum & cæteros
ſophiſtas luſos uidemus a Socrate.

Luteus,a,um. Ci.I.V.207.a.Luteum negotiū.&.155.
a.Homo luteus etiam callidus eſſe uult.aliter,lynceus.

Lutulentus,a,um. Ci.I.P.79.b.Pauci iſta tua lutulenta
uitia noueramus.&.85.a.Lutulente Cæſoni.
Perſona illa lutulenta.impura,inuiſa.ꝑ.Q.R.48.a.
Nihil aliud ſtudet,niſi ut lutulentus ſus cum quouis uo
lutari.In Sal.272.a.b.

Lutum,ti. Ci.I.P.92.a.Hic homulus ex argilla & lu-
to factus.&.93.a.O lutum o ſordes.
Verres in luto totius corporis ueſtigijs uolutatus. I.V.
212.a.&.147.a. Vides caudam illam Verris tanq̄ in
luto demerſam eſſe in litura.

Lux,cis.lumen. Ci.ď.D.119.a.Si Deus erat,cur ſe con
tra naturā abdidit,ut patefactus aratro lucē aſpiceret?
Propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexeris,eos in
digniſſime luce priuare.ꝑ.S.R.28.b.
Lux communis.I.V.140.a.
Commoda quibus utimur,lucemq; qua fruimur, ſpiri-
tumq; quem ducimus a Deo nobis dari atq; impartiri ui
demus.ꝑ.S.R.40.a.
Communi luce priuari.ꝑ Quint.13.b.
Hanc a natura propriam lucem accipere.ꝑ Clu.24.a.
Tanq̄ ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum.ď Cl.165.
b.& ď Ar.255.b.Lucem non aſpicere.i.latere.
Cur piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? I.V.
251.a. Eodem tempore ſuſcipimur in lucem & hoc
cœleſti ſpiritu augemur ď Ar.257.b.
Poteſt ne tibi huius uitæ hęc lux, aut huius ſpiritus cœ
li eſſe iucundus?cum &c.I.C.100.a.
Qui tam breui tēpore lucem afferre reip.potuit.ꝑ Pō.
10.b. Et illa commentatio incluſa in ueritatis lucem
ꝓferēda eſt.ď Or.97.b.et.111.b.Hiſtoria lux ueritatis
Hęc urbs lux orbis terrarū,arx oīum gētiū.I.C.120.b.
Lux quędam uidebatur oblata.I.A.153.b.
Cum id reliquis ſolis uideatur luce clarius. ď.D.81.a.
& ꝑ Cæl.41.a.Signa omni luce clariora.
Sed in turpiſſimis rebus frequentiſſima celebritate &
clariſſima luce lætatur.ꝑ Cęl.47.b.
Proferre in lucem res occultas.Acad.16.a.
Luce noctem,nocte lucem expectas.Ad Her.31.b.
Si canes luce latrent,opinor yſ crura ſuffringantur.pro
S.R.27.b. Quis audeat luci?quis i militari uia?quis
bene comitatum?quis illuſtrem aggredi?I.A.244.b.
Luce palam occidi.ꝑ Seſt.21 b.
Cum arma in templum Caſtoris luce & palam compor
tabantur.I.P.84.b.
Luce palam in foro ſaltare.Off.70.b.
Cur ante lucem Galli cantant.ď.D.120.a.
Pridie Iduum hæc ſcripſi ante lucem. Q.Fr.309.a. &
Ep.3.b.&.54.a.
Si ad te bene ante lucem ueniſſet.ď Or.133.a.
Metellus cum prima luce in campum currebat.At.16.b
Prima luce conſul ſalutatum uenit.ꝑ Syl.177.a.& Ep.
54.a.Prima luce. Centeſima lux eſt hæc ab interitu
P.Clodij.ꝑ Mil.120 a.
Ille quę fulgent luces ex ore corusco. In Arat.i.ſtellę.
Obſcurā familiam è tenebris in lucem euocare.ꝑ Deio.
149.a. Mithridates,in ueſtris uectigalibus, hoc eſt
in Aſiæ luce uerſatur.ꝑ Pom.5.a. & Off.42.a. Tanq̄
in clariſſima luce uerſetur.
Primum rediui luce non tenebris,deīde etc.I.A.175.a.

Luxuria,riæ.& luxuries,ei. intemperantia,libido.
Ci.ꝑ.S.R.30.b. In urbe luxuries creatur, ex luxuria
auaritia,ex auaritia erumpit audacia.
Auaritiam ſi tollere uultis mater eius eſt tollenda luxu
ries.ď Or.124.a. Luxuries Annibalem capuę corru
pit.ꝑ Rul.64.a. In quo luxuriam reperire non po-
tes in eo te umbram luxuriæ reperturū putas?ꝑ Mur.
127.b.et.142.a.Odit populus rom.priuatam luxuriā,
publicam magnificentiam diligit.
Turpe eſt diffluere luxuria Off.21.a.
Noua quędam & inaudita luxuries.I.P.90.a. & ibi.
Profundę libidines.& ꝑ Cęl.46.b.Profuſa luxuries.
Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis,
ſed communi maledicto notabatur.ꝑ Cor.66.b.
In mulierum corruptelis et in eiuſmodi luxuria atq; ne
quitia.I.V.135.b. Domus in qua luſtra,libidines,lu
xuries &c.uerſentur.ꝑ Cæl.49.b.&.43.a.
De luxuria purgauit Erutius.cum dixit,hunc ne in con
uiuio quidem ullo ferè interfuiſſe.ꝑ.S.R.24.b.&.19.
b.Quod per ſcelus adeptus ſis,id per luxuriam effunde
re atq; conſumere. Quod ſumptuoſus de luxuria. ď
Or.121.a.&.117.b.In ſumma ubertate ineſt luxuries
quædam,quę ſtylo depaſcenda eſt. &.157.a.Luxuriē
eſſe in herbis. Luxuries in flagitijs, crudelitas in ſup
plicijs.I.V.55.b.&.184.a.
Inertia,ignauia,deſidia,luxuria.Ad Her.2.a.et.12.a.
Hæc libidini potius,luxuriæq;,q̄ liberalitati, & benefi
centiæ pareat.Off.19.a.
Luxuria,cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſi-
ma eſt.Off.25.a

Luxurioſe. Ci.p Cæl.40.a.Cum libidinoſis luxurioſe uiuere.& ď Fin.69.a.

Luxurioſus,a,um.aſotus. Ci.ď Fin.69.a. Luxurioſi reprehendendi ſunt ob eam ipſam cauſam quod ita uiuũt ut perſequantur cuiuſq; modi uoluptates.

Aliquis ut in ſuis rebus ita in rep.luxurioſus nepos. ꝯ Rul.75 b.

Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil lidinoſius. I.P. 94.a.

Lætas eſſe ſegetes,luxurioſa frumenta.Or.204.a.

Multa & lauta ſupellex,non illa quidem luxurioſi hominis,ſed tamen abundantis.I.A.173.a.

Lyceum,cei. Ci.ď.D.81.b.Cum ambulãdi cauſa in Lyceum ueniſſemus,nam id ſuperiori gymnaſio nomen eſt. &.110.a.Tum in bibliotheca,quæ in Lyceo eſt aſſedimus.

Et longe Academiæ illi ac Lyceo tuum hoc ſuburbanũ gymnaſium antepono.ď Or.93.a.

Inq; Academia umbrifera nitidoq; Lyceo.ď.D.80.a.

Lychnus,ni. lucerna.

Cic.Q.Fr.336.b. Hæc ſcripſi ad lychnum ligneolum. aliter.lychnuchum.

Lux alia eſt ſolis & lychnorum.p Cæl.51.a.

Lycurgus,gi. Ci ď Cl.170.a.M.Brutus accuſationem factitauit ut Athenis Lycurgus.

Lydia,diæ. Cic.p Flac.160.a. Quid dicam de Lydia:&c.

Lydus,a,um. Ci.p Flac.160.a.Quis unquam Græcus comœdiam ſcripſit,in qua ſeruus primarum partium nõ Lydus eſſet?

Lymphatus,a,um. Ci.ď.D.97.a.Flexanima tanq̃ lymphata ue Bacchi ſacris commota.

Lynceus,a,um. Cic.I.V.155.a.aliter,luteus.l.Luteus. & Ep.126.b. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat:nuſq̃ incurrat?

Lyra,ræ. fides.

Ci.Tuſ.149.a Themiſtocles cum in epulis recuſaſſet lyram habitus eſt indoctior.

Lyricus,a,um. Ci.Or.215.a Poetæ,qui λυρικοὶ a græcis uocantur,quos cum cantu ſpoliaueris,nuda penè remanet oratio.

Lyſias,ſiæ. Ci.ď Or.100.a.D ſertiſſimus ſcriptor Lyſias.& ď Cl.167.b.Lyſias ſubtilis ſcriptor & elegans. Venuſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias. Ora. 199.a.

Lyſidicus,ci. Ci.I.A.233.b.Lyſidicus ipſe in græco uerbo,qui omnia iura diſſoluit.

Lyſander,dri.Ci.Off.22.a.

Lyſippus pi.Ci.Acad.21.b.

MAcedo,onis. Ci.I.A.203.b.Quid Macedo Alexander?

Macellum,li. Cic.ď.D.120.b. Si Epicuri de uoluptate liber corroſus eſſet,putarem annonam in macello cariorem fore. Quę eſt iſta laus, quæ poſſit è macello peti?ď Fin 70.a.

Macer,cra,crũ. Ci.ꝯ Rul.79.b. Solũ exile & macrũ.

Maceria,riæ. Ci.Ep.163.b.Helluo nequiſſimus Seſter. CC dabat nullo aprico horto,nulla maceria,nulla caſa.

Machærophorus,ri. Ci.Q.Fr.312.b.Hominem portaui ad Baias octophoro Machærophoris centum ſequentibus.

Machina,næ.machinatio. Ci.I.V.100.b.Columnę machina appoſita deiectæ eiſdem lapidibus repoſitę ſunt. &.106.a. M. Regulus, quem Carthaginenſes reſectis palpebris illigatum in machina uigilando necauerunt.I.P.88.b.

Apertum tuum ſcelus ante omnium oculos ponere. p S. R.35.b.

Cum manifeſto uenenum deprehendiſſet, & res non coniectura ſed oculis ac manibus teneretur. p Clu.21.b,

Res erat non in opinione dubia ſed in præſentia atq; ante oculos propoſito periculo. p Dom.218.a.

Res clara atq; omniũ ſermone celebrata. p Ciu.24.b.

Nam is ante celauit, nunc manifeſto tenetur. đ In.66.a.

Manifeſtum & in medio poſitum. I.V.60.a. & apertum. đ.N.73.b.

Manipularis, re. At.144.b. Doleo quod non pompeium tanq̃ unus manipularis ſecutus ſum.

Addo etiam iudices manipulares ex legione Alaudarũ. I.A.156.a.

Manlianus, a, um. Ci. đ Fin. Vide ne Manliana ſint iſta ueſtra, aut maiora etiã, ſi imperes qđ facere nõ poſſum.

Manlianæ leges uenalium uendẽdorum. đ Or.106.b.

Mano, as. Fluo, redundo, fundor, diſſeminor, deſpergor, latius diſſipor. ſerpo, percrebeſco.

Ci. đ.N.36.a. Multaq; à luna manant & fluunt, quibus animantes alantur, & augeſcant & pubeſcant.

Æternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus, uerum eſt id quod etc. đ Fat.144.a. & đ N.69.b. Illa ſuperiora unde hæc manant.

A capite quod uelimus arceſſere. & unde omnia manant uidere. đ Or.119.a.

Aliquid ſine capite manare & eius authorem non extare. p Plan.271.a. & ibi. Maledicto nihil latius diſſipatur.

Cum ſerperet in urbe infinitum malum, idq; manaret in dies latius. I.A.153.b.

Manare & fundi per omnes partes. Tuſ.242.b.

Homines qui terrã incolunt interruptos ita eſſe, ut nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit. đ Som.129.b.

Idq; eorum nomen uſq; ad pythagore manauit ætatem. Tuſ.229.b.

Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manauit non ſolum per Italiam ſed etiam tranſcendit alpes, obſcure ſerpens occupauit multas prouincias. I.C.119.a.

Manarat ſermo in conſilio. pecuniæ quandam mentionem inter iudices eſſe uerſatam. p Clu.32.b.

Genera quatuor ex quibus honeſtas officiumq; manaret. Off.12.b. & 31.a. Omnis honeſtas manat à partibus quatuor.

Qui aer per maria manat, is eſt Neptunus. đ N.10.a.

Quæ natura fluunt atq; manant, ut aqua & terra. đ N.10.a.

Fidei bonæ nomen manat latiſſime. Off.66.a.

Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. I.C.106.b.

Herculis ſimulacbrũ multo ſudore manauit. đ D.96.a.

Cum hoc triduo triſtis à mutina fama manaret. I.A. 261.a. Peccata ex uitijs manant. Parad.120.a. & đ L.168.b. Niſi ea fuerint, unde illa manant.

Ab Ariſtippo Cyrenaica philoſophia manauit. đ Or. 148.b. Contagiones malorum quæ à Lacedæmonijs profecta manarunt latius. Off.50.a.

Manſio, onis, Ci. At.133.a. Cautior certe eſt manſio, honeſtior putatur traiectio. & 32.a. Nam ita manſionem illam deplorat, ut quemuis mouere poſſit.

Is mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſione communicat. Ep.49.b.

Manſio in uita. X. exceſſus è uita. đ Fin.102.b.

Manſio formijs. At.137.a.

Quod tibi mea promiſſio manſionis tuæ grata eſt, ex parte gaudio. Q.Fr.319.b.

Manſuefacio, cis. cõdoceſacio, domo. Ci. Tuſ.161.a. A quibus manſuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

Manſuete. Ci. p Mar.132.a. Manſuete facere aliquid. & ad Her.2.a.

Manſuetudo, nis. Lenitas, facilitas. Ci. Off.35.b. Quas re & manſuetudo animi conſecuta & uerecundia eſt.

Manſuetudo morum ac facilitas. Off.39.b.

Facilitas, liberalitas, manſuetudo, pietas. đ Or.125.a.

Genus orationis uehemens, & atrox. X. Lenitatis & manſuetudinis. đ Or.127.a.

Incredibilis uidetur & noſtra manſuetudo & abſtinentia. At.78.a.

Omnia

Omnia plena, clementiæ, manſuetudinis, humanitatis, Q.Fr.294.b.

Manſuetus,a,um.mitis. Ci.I.A.188.a Quæro cur tam ſubito manſuetus in ſenatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus. Manſuetus ciuis. ꝓ Mil.105.a.

In meis moribus erga meos neceſſarios declarandis manſuetiſſimus niſus ſum.đ Or.127.a.

Manſuetus,mitis. X.ferus,immanis.đ In.41.b.

Manſus,a,um. Ci.đ Or.123.b.Omnia minima manſa (ut nutrices) infantibus pueris in os inſerere.

Mantes,tes.Ci. đ D.100.a. Diuini quidam ſacerdotes, quos Mantes uocant.

Manubiæ,arum. Ci. ꝓ Arch.191.a.Fuluius Martis manubias muſis conſecrauit. & de Or.143.b.Roſtra imperatorijs manubijs ornata.

Tu M. Fului domum monumentum tuarum manubiarum eſſe uoluiſti. ꝓ Dom.136.a.

Præda, manubiæ, aurum coronarium. ꝯ, Rul.78.a. &.63.a bis. Quæ ex præda aut manubijs eſt abs te donatio conſtituta?I.V.190.a.

Qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubijs fecit I.V.107.b. Non enim illæ manubiæ meæ, ſed operis locatio mea fuerat.Ep.13.b.

Manubrium,brij. Ci.I.V.114.a.Trulla ex cauata cum manubrio aureo.

Manu factus,a,um.Ci.off.35.b.Portus manu facti.

Nihil eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conſumat uetuſtas.ꝓ Mar.131.b.

Quid autem eſt aut in natura,quæ etc.aut in operibus manu factis etc.đ Fin 105.b.

Manumiſſio,onis. Ci. ꝓ Cæl.52.a. Scire cupio quid habeat argumenti iſta manumiſſio?

Manumitto,tis.libertatem do.Ci. ꝓ Mil.112.a.

Milo ſeruos manumiſit, & Q.Fr.299 b.

Ad ſunt ſerui de cognatorum ſententia manumiſſi. ꝓ Cæl.52.a.& Ep.231.b.

Manu uero cur miſerit,ſi quæris,neſcis etc.ꝓ Mil.112.a

Manus,nus.dextera,chirographum. Ci. đ N.56.a. Natura dedit homini manus multarum artium miniſtras,& ibi.Manus aptæ ad eliciendos ſonos neruorum & tibiarum admotione digitorum.

Manus laua inquit & cœna.đ Or.131.b.

Iſte unumquodq; uas in manus ſumere, & laudare,mirari.I.V.214.a.

Cum licinius Pyxidem teneret in manu.ꝓ Cæl.51.a.

Cuius ab auia mater manibus eēt accepta.đ Ar.148.b.

P.Clodius per manus ſeruulę ſeruatus fuit,& eductus. At.7.a.

Per manus hanc prouinciam tradit ei, cui minime uos uelitis.đ Pro.77.a.

Procul apparet non excutitur, non in manus ſumitur.ꝓ Plan.265.a. Itaq; hoc animo legem ſumpſi in manus,ut etc.ꝯ.Rul.169.a.

Iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus.I.C.100.b.

Quam ſpem nunc habent in manibus breuiter exponam.I.V.69.a. & Ep.147.b.cum ea ſpe,quam in manibus habeo.

Habebamus in manibus Antonij concionem.At.107.a.

Libelli nominum ueſtrorum erant in manibus omniū. I.V.69.b.

Scripta tua,quæ in manibus habebam.At.254.a.

Quoniam Demoſthenem totum cognouiſti nec eum dimittis è manibus.Or.206.a.

Deponere aliquid de manibus. Acad. 39.b. & Q.Fr. 294.a. Ponere aliquid de manibus.

Libros,quos Bruto mittimus, in manibus habent librarij.At.212.a.& Acad.39.a. Sed habeo opus magnum in manibus,quod etc.

Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant ſic fouebant.ſic oſculabantur,ut etc.Ep.12.a.

Puerum infantem in manibus perorantes tenuimus.Or. 109.a.

Quæſtio,quæ nunc in manibus eſt. đ N.63.a.

Libri quos in manibus habeo. At.61.b. Libri oratorij diu multumq; in manibus fuerunt.

Philoſophi quamcunq; rem habent in manibus, in eam quæ conueniunt,congerunt omnia.Tuſ.232.a.

Omiſi ea,quæ in manibus habebam,quod iuſſeras edolaui.At.220.a.

Multos dies epiſtolam hanc in manibus habui.propter commutationem tabellariorum. Q.Fr.321.b.

Sed ecce in manibus uir p̄ſtantiſſimo ingenio C. Gracchus.đ Cla.175 .b.i.eſt,& ibi.Manus extrema non acceſſit operibus eius.

Itaq; hoc animo legem ſumpſi in manus,ut etc.ꝯ.Rul. 69.a.& Tuſ,176.b.ſumere aliquid in manus.

Qui hos libros in manus ſument.đ Or.144.a.

Nunquam enim libelli illi in manus inciderunt.đ Cla. 176 b. & Off. 58 .b. Nihil de ijs,quæ in manus meas uenerunt.

Quicunq; calamus in manus meas uenit, eo ſic utor tanquam bono.Ci.

Libellus,qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. đ Or,92.b.

Cauſa illa mihi tū eſt elapſa de manibus. đ Or.127.a.

Fugit aliquis è manibus,emittere aliquem de manibus. ꝓ.Cæl.51.b. & 51.a.Amittere aliquem de manibus. & I.V.154.b.Amittere rem de manibus.

Res eſt in manibus,tu autem longe abes.At.92.a.

Hæc ciuitas tam procul à manibus tuis atq; à conſpectu tuo remota.I.V.160.b.

Demoſthenes negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ, in hoc,in eum,huc an illuc manū porrexerit.Or.199.a. & đ Fin.102.a. porrigere digitum.

Qui ſe fatentur uirtutis cauſa, niſi ea uoluptatem faceret,ne manū quidem uerſuros fuiſſe. đ Fin.146.b.

Itaq; erant exitus eiuſmodi,ut alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur.I.V.241.b.

In quē ſcyphū de manu iacere conatus eſt.I.V. 204.b.

Nonnunq̄ etiam res ad manus atq; ad pugnam ueniebat.I.V.241.b.

Cum tribunus plebis populo concitato,rem penè ad manus reuocauiſſet.ꝓ Clu.46.a.

Si multi barbati in piſcinis ſint,qui ad manum accedant. At.22.b.

Marinus,a,um.maritimus. Ci.đ N.34.a.*Aſtra,quę marinis terreniſq; humoribus aluntur.*

*Marinæ æſtus.*đ D.115.a. & *Maritimi ęſtus.l.Maritimus.*

Maritimus,a,um. *Marinus.*✕.*Mediterraneus.*

Ci.đ N.52.b.*Æſtus maritimi multum accedentes & recedentes.* *Inſula, quæ undiq; exitus maritimos habet.*I.V.146.a.

*Maritimus curſus.*ꝑ Plan.280.a.

Loci maritimi.✕.*a mari remoti.*Part.233.a.

*Quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet.*Tuſ.236.a.

Maritus,ti.uir. Ci.ꝑ Rab.91.b.*Chariorem huic ſororis maritum q̃ filium fuiſſe.*

Vigilare ad inſidiandum ſomno maritorũ. I.C.102.b.

*Et tu ut maritus ſis q̃ optimæ mulieris,& hæc q̃ optimo uiro nupta ſit.*đ In.53.a.

*Maritum appellas &c.*ꝑ Plan.265.a.

Marmor,oris. Ci.ꝑ Dom.235.b. *Eius ſimulachrum è marmore in ſepulchro poſitum fuit.*

*In omni marmore neceſſe eſt ineſſe uel Praxitelia capita.*đ D.118.b.

Marmoratus,a,um. Ci.ꝑ Arch.190.a.*Et marmoratis laudibus &c.*✱.

Marmoreus,a,um. Ci.I.V.200.a.*Signum marmoreũ, eburneum,æneum.*

*Columnæ marmoreæ &c.*ꝑ Dom.225.b.

*Tecta marmorea.*pad.218.a.et.225.b.*Sola marmorea.*

Mars,tis. Ci.I.A.192.a.*Legio Martia,quę mihi uidetur diuinitus ab eo deo traxiſſe nomen a quo populum rom.generatum accepimus.*

Ioui proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις *quæ Martis ſtella dicitur, eaq; IIII & XX menſibus ſex ut opinor diebus minus eundem luſtrat orbem.*đ N.36.b.

*Tum rutilus horribiliſq; terris ille fulgor,quẽ Martem dicitis.*đ Som.128.b.

*Summa Saturni ſtella refrigerat, media Martis incendit.*đ.N.49.b. *Fuluius Martis manubias muſis conſecrauit.*ꝑ Arch.191.a.

*Martem bellieſſe communem.*đ Or.158.a.

*Cum omnis belli Mars communis,& incerti ſemper exitus preliorum ſint.*Ep.81.a.

*Nimium communem Martem belliq; caſum metuens.*ꝑ Seſt.5.a.

*Qui ueterem illam ſpeciem fœderis Martiani,ſemper omni ſanctiorem Marte duxerunt.*ꝑ Cor.63.a.*aliter, Maieſtate.* *Quos amiſimus ciues eos Martis uis perculit,non ira uictoriæ.*ꝑ Mar.133.b.

*Adde caſus,adde incertos exitus pugnarum,Marteq; communem.*ꝑ Mil.112.a.

*Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, ſed(ut dicitur)Marte noſtro.*Off.58.b. &.I.A.178.b.*Rex ipſe ſua ſponte nullis commentarijs Cæſaris ſuo Marte res ſuas recuperauit.* &.228.b *Incertos exitus eſſe belli Marteq; communem.*

Marſi,orum. Ci.ꝑ Dom.236.b.*Is in Marſis natus eſt.*

Marſicus a.um. Ci.ꝯ Rul.84.a.*Marſicum bellum.*

Martialis,le. Ci.đ Ar.246.a.L.*Lentulus flamen Martialis.*&.I.A.192.a.

*Martiales quidam Larini appellantur miniſtri publici Martis atq; ei Deo ueteribus inſtitutis religionibus larinatum conſecrati.*ꝑ Clu.26.a.*Vt Venerei in Sicilia.*

Martianus,a,um. *ut martianum fœdus.*ꝑ Cor.63.a.

Martius,a,um. Ci.ꝑ Rab.92.b.*Cãpus Martius.* &.I.A.192.a.*Legio Martia.*

Cal.Martij prouinciæ decernebantur.l.Gallia.

Mas,maris. Ci.đ.N.20.a.*Et Deos mares & fœminas eſſe dicitis.*& Part.233.a.

*In mari & in fœmina commiſcendorum corporum mirę libidines.*đ N.51.b. &.20.a. *Beſtię alię mares aliæ fœminæ ſunt.* *Sacra maribus non inuiſa ſolũ ſed etiã inaudita.*đ Ar.257.a.

*Anguis mas & anguis fœmina.*đ.D.88.a.&.111.a.

*Hoſtia mas & hoſtia fœmina.*đ Leg.175.b.

*Porcus fœmina.*đ Leg.181.b.

Maſſicum,ci. Ci.ꝯ Rul.79.b.*In Maſſici radices deducimini.*

Maſſilia,liæ. Ci.ꝑ Flac.159.b. *Neq; uero te Maſſilia pretereo,quæ &c.*& ꝑ Font.276.b.*Vrbs Maſſilia.*

Maſtruca,cæ. Ci.ꝑ Scau. *Quem purpura regalis non commouit,eum Sardorum Maſtruca mutauit?*

Maſtrucatus,a,um. Ci.đ Pro.72.a.*Rei in Sardinia cũ maſtrucatis latrunculis geſta.*

Matellio,onis. *uaſis genus.*

Ci.Parad.123.a.*Matellio corinthius.*

Mater tris. *parens,educatrix.*

Ci.đ N.68.b.*Hecate,quæ matre Aſteria eſt ſorore Latonę.*

*Iupiter puer,qui lactens cum Iunone in gremio fortunę ſedens mammam appetens caſtiſſime colitur a matribus.*đ.D.126.a.

*Sapientia mater omnium bonarum artium.*đ.L.168.b.

*Luxuries auaritię mater.*đ Or.124.a.

Matercula,læ. Cic.ꝑ Flac.163.b. *Materculæ ſuę feſtiuus filius.*

Materfamilias. *matrisfamilias.*

Ci.ꝑ Cæl.44.a.*Si matremfamilias ſecus q̃ matronarũ ſanctitas poſtulat nominamus.*

Vxoris duæ formæ ſunt, una matrumfamilias, altera earum quæ tantummodo uxores habẽtur. Top.222.a.

Materia,riæ,& Materies,ei. *ſylua,* ὑπόϑεσις,*argumentum, facultas,campus,ſeges.*

Ci.đ In.83.b.*Vti poſſe ligneam materiam neceſſe eſt.* & Top.225.b.*Vt materiæ, ferramenta &c.*

*Nulla materia niſi admoto igni ignem concipere poteſt.*đ Or.125.b.

*Materiam rerum ex qua & in qua omnia ſunt, totam eſſe flexibilem & commutabilem.*đ N.78.b. & *ibi de materia.*

*Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet.*Acad.29.b.30.a.

Perpetuis curſibus,conuerſionibuſq; cœleſtibus extitiſſe materiam quandam ſerendi generis humani. de Leg.160.b.

Sed ſubiectam putant omnibus ſine ulla ſpecie atq; carentem omni illa qualitate &c.materiã quandã ex qua

omnia expreſſa atq; effecta, quæ tota omnia accipere poſſit, omnibus modis mutare atq; etiam ex omni parte, eâq; etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes. Acad.44.a & iterum.43.b.

Materia deinde quid iuuaret, ſi confectionis eius fabricam non haberemus? đ D.104.b.

Mamertini materies non habent. I.V.245.a.&.106.a.

Nam illò non ſaxum non materies aduecta eſt.

Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atq; arma conuexit. ꝓ Mil.115.b.

Facilius ſicut in uitibus reuocantur ea, quæ ſe nimiũ profuderunt, ſi nihil ualet materies, noua ſarmenta cultura excitantur. đ Or.116.b.

Veruntamen non incommodum uidetur quandam ſyluam atq; materiam uniuerſam ante permiſtam & confuſam exponere omnium argumentationum. đ In.50.a.

Materia artis eſt in qua omnis ars & ea facultas, quæ conficitur ex arte, uerſatur, ut ſi medicinæ materiam dicamus morbos & uulnera, quod in his omnis medicina uerſetur. đ In.43.b.

Hæc tanq̃ aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debent. đ Or.101.b.& Or.216.b. *Eſt enim in utroq; & materia & tractatio, materia in uerbis, tractatio in collocatione uerborum.*

Materia omnis ridiculorum eſt in iſtis uitijs, quæ &c. đ Or.130.b.&.131.a. *Eſt enim deformitatis & corporis uitiorum ſatis bella materies ad iocandum.*

Materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. đ Or.133.a

Quocirca huic quaſi materia quam tractet & in qua uerſetur ſubiecta eſt ueritas. Off.4.a.

Si ornate locutus eſt Phyſicus ille Democritus, materies illa fuit Phyſici, ornatus uero uerborum oratoris putandus eſt. đ Or.89.a.

Eſt etiam quaſi quædam materies ſubiecta honeſtati. Part.237.a. *Eſtq; illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ.* đ Fin.103.a.

In uerbis ineſt materia quædam, in numeris expolitio. Or.215.a.

Materies orationis cuiuſq; generis. đ Or.121.b.

Materia ad argumentum ſubiecta. Part.235.a.

Penè inſinita uis & materia artium illarum. đ Or.85.b. & ꝓ Cecin.500.a. *Materia æquitatis.*

Quid enim odiſſet Clodium Milo ſegetem ac materiã ſuæ gloriæ? ꝓ Mil.108.b.

Aut ſuſpicionis crimen, aut inuidiæ materiam dediſſe uidebimur. I.A.235.a.

Hoc ſic habeto materiam omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere uelint, Statium dediſſe. Q.Fr.299.b.

Illa mors uulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum. đ Cla.168.a.

Opes ſuperbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare. đ Or.140.a.

Sed tamen probabilem materiam nacti ſermonis, conabantur &c. Ep.34.b.

Lupus egit cauſam agri campani ſatis accurate, materiã rei non ignoras. Q.Fr.506.a.

Etenim in ſingulis eiuſmodi materies eſt, ut ſingulos dies poſſis conſumere. ꝓ S.R.33.a.

Nonne id agendum nobis fuit, ut materiam ſubtraheremus furori tuo? ꝓ Dom.215.a.

Prouidendum fuit ne in hanc tantam materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. ꝓ Dom.215.b.

Quod ſi te adducemus, ut hoc ſuſcipias, erit materies digna facultate & copia tua. Ep.67.b.

Quod me ut ſcribam aliquid, hortaris, creſcit mihi quidem materies, ut dicis, ſed &c. At.29.b.

Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. I.A.268.b. *Vnus enim ſatis es materiæ habens, nec quicq̃ domi tuæ turpius eſt q̃ tu.* In Sal.273.a.b.

Fac enim fuiſſe in iſto C.Lælij, M.Catonis materiẽ atq; indolem, quid ex eo boni ſperari poteſt? I.V.184.a.

Materiatus, a, um. Ci. ꝓ Clu.20.a. *Ædes male materiatæ & ruinoſæ.*

Maternus, a, um. Ci. ꝓ Clu.20.a. *Nomen maternũ etc.*

Matertera, ræ. *Matris ſoror.* Ci. đ Or.108.b. *C. Aculeo, quo cum erat noſtra matertera.* & đ D.101.b.

Mathematicus, a, um. Ci. đ Or.25.b. *Ii, qui Mathematici uocantur, magna in obſcuritate rerum & recõdita in arte & multiplici ſubtiliq; uerſantur.*

Quæ in Geometria deſcribuntur &c. Mathematicorum ſunt, non Ariolorum. đ D.110.b.

In ſummo apud illos honore Geometria fuit, itaq; nihil Mathematicis illuſtrius. đ Fin.149.a.& ibi. *At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminauimus modum.* &.63.b. *Mathematica a falſis initijs profecta uera eſſe non poſſunt.* &.67.a. *Nec de re artificioſa loquitur, ut Mathematici.* &.126.a. *Mathematici, Poetæ, Muſici, Medici deniq; &c.*

Mathematicorum iſte mos eſt, non Philoſophorum, nam Geometræ cum aliquid docere uolunt, ſi quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id ſumunt pro conceſſo & probato, illud modo explicant, de quo ante nihil ſcriptum eſt. Tuſ.231.a.

De Geometricis & Mathematicis probationibus. Acad.29.a.

Docet enim ratio Mathematicorum quanta humilitate luna feratur. đ D.127.a.

Eruditus puluis Mathematicorum. đ N.35.b.

Matricida, dæ. Ci. Q.Fr.300.a. *Zeuxis, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari.*

Somnium matricidarum. đ Ar.212.b.

Matrimus, a, um. Ci. đ Ar.249.a. *Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenuit.*

Matrimonium, nij. Ci. ꝓ Clu.54.b. *Ius matrimonij caſtum & legitimum damnatione uiri ſublatum putabat.*

Collocare aliquam in matrimonium. đ D.101.b.

Habere aliquam in matrimonio. I.V.126.b.&.185.b. & At.276.b.& đ Leg.191.b.

Is habuit in matrimonio Cæſenniam. ꝓ Cecin.287.b.

Is Saſſiam in matrimonium ducere concupiuit. ꝓ Clu.21.a.&.43.a.

Te modo Q. Metelli matrimonium tenuiſſe ſcis. ꝓ Cæl.44.a. *Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt, erant enĩ non matrimonij dignitate ſed ſceleris ſocietate coniunctæ.* ꝓ Clu.24.b.

Curio te a meretricio quæſtu abduxit, & tanq̃ ſtolam

dediſſet

dediſſet in matrimonio ſtabile & certo collocauit. I.
A.169.a.

Ma rona,næ. Ci.p Cæl.44.a. *Si matrem familias ſe-
cus ꝗ matronarum dignitas poſtulat nominamus.*
Natio Dea quæ partus matronarũ tuetur a naſcẽtibus.
d.N.69.a. *Quo matrona nulla adijt*.d Ar.249.a.
Matronæ opulentæ optimates.Ep.99.a.

Maturatio,onis. Ad Her.16.b.*Maturationes &c.*

Mature. *cito, ſuo tempore,celeriter.l.Maturus.*
Ci.I.C.103.a. *Tam mature*. & p Mur.128.b.*Vt eo,
quo intendit,mature cum exercitu perueniat*.& Ep.31
b.&.218.a. *Balbum ais mature Romam bene comi-
tatum eſſe uenturum*.Q.Fr.320.a.
Quę ſine mora,matureq́ decreta ſcalius etc.I.A.205.a
Cuſtodes mature ſentiunt.I.V.122.b.
*Eò celerius de iſto tranſigamus,quo maturius ad Apro
mum ueniamus*.I.V.160.a.
Qui omnium maturrime ad publicas cauſas acceſſerim.
d Ora.149.b.
Hęc res maturiſſime iudicanda eſt. p Cecin.286.a.

Matureſco,ſcis. Ci.d.N.39.b *Partus matureſcunt aut
ſeptem aut nouem lunæ menſibus.*

Maturitas,tis. *tempeſtiuitas,tempus maturum.*
Ci.d Or.116.b.*Non poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus,
quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum*.& Tuſ.
162.a.*Maturitas frugum.*
*Sed eius rei maturitas nondum uenit, & tamen iam ap-
propinquat*.Q.Fr.32.a.
*Luna a ſole illuminata graviditates et partus affert ma
turitatesq́ gignendi*.d.N.49.b.
*Commutationes temporum quadripartitæ ad maturita
tem frugum aptæ*.Ci.
*Temporum mutationes,maturitates, uiciſſitudinesq́ co-
gnouiſſent*.d.N.21.a. *Inducendi Senatuſconſ. matu-
ritas nondum eſt*.At.20.b.
*Hoc ſtudium quotidie ingraueſcit,credo maturitate ęta
tis ad prudentiam*.Ep.49.a.&.92.a.*Et ſi abeſt maturi-
tas ætatis*. *Sic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſeni-
bus maturitas*.d Sen.92.a.&.83.b. *Maturitas ſenectu-
tis*.&.78.a.*Maturitas tempeſtiua.*
*Hæc arbor arandi maturitatem ad ſignum floris accõ-
modat*.d.D.83.b.
*Sed uidebatur illud in me iam eſſe perfectum,& habere
maturitatem quandam ſuam*.d Cla.191.a.
*Quæ ſtudia in adoleſcentia tanꝗ in herbis ſignificant,
quæ uirtutis maturitas & quantæ fruges induſtrię ſint
futuræ*.p Cæl.53 b.
*Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum ac ueteris furo-
ris & audaciæ maturitas in noſtri conſulatus tempus
erupit*.I.C.103.b.
*Cum oratio noſtra caneſceret & haberet ſuam quãdam
maturitatem & quaſi ſenectutem*.d Cla.161.b.&.179
a.*Vt dicendi latine prima maturitas,in qua ætate exti-
tiſſet,poſſet notari.*
*Vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium
conceſſu daret*.Ep.134.a.
*Adoleſcens non tam re & maturitate ꝗ ſpe & expecta
tione laudatus*.Or.206.b.

Maturo,as. *maturitatem affero,accelero,propero.*
Ci.d Sen.88.a.*Vua primo eſt peracerba guſtatu,dein-
de maturata dulceſcit*. *Omnia quę terra gignat ma-
turata pubeſcunt*.d.N.2.a. *Quod ut faceres,idq́ ma
turares,magnopere deſiderabat,reſp*.At.278.b.
Maturare mortem alicui.p Clu.54.a.
*Succeſſor tuus non poteſt ita maturare ullo modo ut tu
me in Aſia poſſis conuenire*.Ep.28.a.
Te expecto & oro ut matures uenire.At.54.a.

Maturus,a,um. *coctus,tempeſtiuus, ſuo tẽpore extingui.*
Ci.d Cla.191.b.*Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet,
multo maturior fuiſſet ac mitior.*
Vides ꝗ maturũ ſit.At.207.a. *Edidit hęc Calchas,
quæ iam matura uidetis*.d D.222.a.
Mihi uero bene maturum uidetur fore. Ep.128.a. &
149.b.*Sed ne maturum quidem etiamnum fuit.i.tẽpus.*
Maturam mortem oppetere.d D.88.a.
Otiũ ac facultas diſcẽdi maior ac maturior.d Or.93.a.
Vt uirtutes in ætate maturiſſima uelint comparare.Ad
Her.29.b.
Satietas uitæ tempus maturum mortis affert.d Se.93.a.
*Venit tempus Quir. ſerius omnino ꝗ dignum populo
rom fuit ſed tamen ita maturum,ut differri iam hora nõ
poſſit*.I.A.209.a.& Q.Fr.290.a.*Ego tibi ſpem matu
ræ deceſſionis afferebam.*
*Componendum argumentum eſt & ſcribendi expectan
dum tempus maturius*.At.240.a.
*Poma ex arboribus ſi cruda ſunt,ui auelluntur, ſi matu
ra & cocta decidunt*.d Sen 92.a.

Matutinus,a,um. Ci At.16.a.*Cum bene completa do-
mus eſt tempore matutino.*
Matutina tempora lectiunculis conſumo.Ep.94.b.
*Hodie expectabam tuas literas matutinas aut poſtmeri
dianas*.At.203.b.&.36.b.*Veſpertinis temporibus*.X.
matutinis temporibus.&.186.a.
Matutina ſalutatio.Ad Bru 90.b.
Et matutinis acredula uocibus inſtat.d D.83.a.

Mauors,tis. *Mars,qui magna uertit*.d.N.39.b.et.72.a.
Mars quia magna uertit.

Mauritania,niæ. Ci.p Syl.177.b.*Rex Mauritanię*.et
In Vat.31.b.*Veniſti ad fretum per Mauritaniam.*

Maxilla,læ. Ci.Or.211 a. *Literam x è maxillis & ta
xillis conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.*

Maxime. *ſumme,nec minime,præſertim,in primis,potiſſi
mum,pręcipue,immortaliter.*
Ci.Off.10.b.*Vt quiſq́ maxime opis indigeat,ita ei po
tiſſimum opitulari.*
*Maxime equidem uellem, ut &c. ſecundo autem loco
&c*.I.A.220.a.
Tam ſum amicus reip ꝗ qui maxime.Ep.60.b.
*Et eos maxime qui te maxime debuerunt & plurimum
potuerunt iuuare*.Ep.6.a.
*Intuemini pauliſper animis iuuentutem,et maxime eos,
qui &c*.p Dom.222.b.
*Ego conſilijs tuis uſus ſum,maxime quod & grauitatem
in congreſſu noſtro tenui,& ad urbem &c*. At.154.a.
&.158.a.*Maxime quod &c*.&.127.b.*Quod cum ita
ſit,maxime uellem,primum &c.*

Quod ego cum audiſſem ex alÿs, maxime ex meo fratre cognoui. Ep. 21. b.

Dicere q̃ maxime ad ueritatem accõmodate. đ Or. 97. a.

Cognoſcat etiam res geſtas, maxime ſcilicet noſtrę ciuitatis. Ora. 207. b. & . 206. b. An ego poetis & maxime tragicis concederem, ut &c.

Scribe aliquid, & maxime ſi &c. At. 109. b. & . 177. b. Eo maxime quod &c.

Quæ ratio poetas, maximeq; Homerum impulit &c. đ N. 59. b. Maximeq; in eo eſt reprehenſus, quod dixerat &c. At. 38. b.

Et id maxime hyeme. đ. N. 32. a. & Att. 109. a. Maximeq; quod ſit &c. Maxime quod is locus id temporis uacuus eſſet. đ Fin. 114. a.

Quæ uel maxime proſunt. Part. 240. a.

Hoc mihi uidetur uel maxime cõfirmare etc. đ. N. 58. b

Domus celebratur ut cum maxime. Q. Fr. 322. b.

Cauſarum illuſtrium, quaſcũq; defendi, nunc q̃ maxime conficio orationes. đ Sen. 84. b.

Hoc maxime admodum mihi accommodatum eſt. Ad Her. 27. b.

Maximopere. Cic. Ep. 31. a. A te maximopere peto & quæſo &c.

Maximus, a, um. ampliſſimus, ſummus, immanis, incredibilis, ingens, ſingularis, unicus, diuinus, immortalis, maxime rarus, magnas opes habens. đ. N. 39. a.

Ci. Q. Fr. 320. Reſpondi epiſtolæ maximæ nunc audi de minuſcula.

Maximum malum, maximus dolor. đ Fin. 63. a.

Multa illius in me officia, multa in illum mea quoq;, & quod maximum eſt, ſummus inter nos amor & mutuus. Ep. 222. b. & đ Am. 202. b. Summi puerorum amores.

Cui pro diuinis & immortalibus meritis diuini immortalesq; honores debentur. I. A. 192. a. & ibi. Iis Senatus ſingulares exquirit honores.

Singularis, diuina, & incredibilis fides. p Mil. 119. b.

Omnia minima maxima ad Cæſarem mitti ſciebam. Q. Fr. 320. a. Admirabilis quædam & incredibilis ac penè diuina alicuius ſciẽtia. I. A. 223. a. & p Mar. 131 a. Tanta tam inuſitata, inauditaq; elementia.

Mecum, tecum, ſecum.

Ci. Or. 212. a. b. Ex eo eſt mecum & tecum, non cũ me & cum te, ut eſſet ſimile illis nobiſcum & uobiſcum.

Multa mecum ipſe reputaui. Poſtq̃. 221. a.

Sæpe mecum ipſe cogito &c. đ. L. 269. a. & đ In. 42. a.

Si tecum hæc, duo uerba fecaſſes &c. p Quint 9. b.

Vos mei uobiſcum recordamini. p Cæl. 46. b.

Quamobrem omnes cum ſecundæ res ſunt maxime, meditari ſecum oportere, quo pacto aduerſam ærumnam ferant. Tuſ. 197. a.

Si quis cum cauſam ſit acturus in itinere ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attente cogitet, non reprehendatur. Off. 29. a.

Legi tuas literas, quibus mecũ agebas, ut etc. At. 147. b.

Nunc tanq̃ emeritis ſtipendÿs ambitionis, mecum ſum, mecumq;(ut dicitur) uiuo. đ Sen. 87. a.

Medea, deæ. Ci. đ. N. 69. a. Medea duabus auis ſole & Oceano, Æeta patre, matre Idya procreata eſt.

Ex Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quã prædicant in fuga fratris ſui membra in ÿs locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe, ut eorum collectio diſperſa mœrorq; patris celeritatem perſequendi retardaret. p Pom. 8. a.

Medeor, ris. ſano, curo, medicinã affero, medicinam adhibeo, curationem adhibeo, remedium adhibeo, remediũ facio, medicinam facio, occurro.

Ci. p. S. R. 39. b. Intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam, reduuiam curem.

Medici, qui morbis, qui uulneribus, qui oculis mederentur. đ Or. 155. a. & . 98. b. Laborãtibus ſuccurrere, ęgris mederi, afflictos excitare.

Cum morbo alicui mederi uis, conſuetudo ualentis et natura corporis cognoſcenda eſt. I. V. 225. b.

Mederi incommodis hominum. Q. Fr. 296. a.

Huic malo pro ſe quiſq; noſtrum mederi, atq; hæc omnes ſanare uelle debemus. đ Rul. 65. b.

Hi medentur reip. qui execant peſtem aliquam tanquã ſtrumam ciuitatis. p. S. R. 26 a.

Vt afflictę reip. quantum poſſet mederetur. p Seſt. 9. b.

Medemini religiami ſociorum iudices, conſeruate ueſtrã authoritatem. I. V. 229. a.

Si quid eſt enim offenſionis hæc res mederi poteſt. At. 206. b. Sunt enim permulta, quibus eſt medendum. Ep. 287. b. Nec ille liber meditur uulneribus ſed cicatricibus. Tuſ. 202. a.

Dies etiam ſtultis mederi ſolet. Ep. 208. b.

Conſolatio mihi aliquantum medetur. đ. D. 109. a.

Facere medicinam alicui. Ep. 236. b.

Velim facilius q̃ tunc mihi, nunc tibi facilius tute medeare. At. 278. a.

Medicamen, nis. medicamentum.

Ci. I. P. 82. a. Cum diceres te uinolentis quibuſdam medicaminibus ſolere curari.

Medicamentum, ti. medicamen, medicina, remedium.

Ci. Off. 70. b. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. & ibi. Si eo medicamento ſanus factus fuerit. Cn. Octauius multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. đ Cla. 184. a.

Terræ plenæ medicamentorum ſalutarium. đ. N. 52. b. & At. 237. b. Medicamenta, quæ parantur.

Vt uulneri præſto medicamentum ſit. đ In. 49. a.

Mulier partũ ſibi ipſa medicamentis abegit. p Cl. 24. a.

Fucata medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. Or. 204. a. Medicamenta illa Epicurea tanq̃ di Narthecio promam. đ Fin. 69. a.

Pancbreſtum medicamentum. I. V. 182. b.

Id huic ærumnoſiſſimo non uenenum ſed multorum medicamentum laborum fuiſſe. p Clu. 60. a. & . 38. a.

Medicina, næ. medicamentum, remedium, ualetudinis curatio, ars medendi.

Ci. At. 161. b. Deſperatis uetat Iſocrates adhibere medicinam. & . 293. a. Fortis ęgroti eſt accipe medicinam.

Vt ualetudinis medicina ſic uiuendi ars eſt prudentia. đ Fin. 228. a. Medicus diligens ægro adhibet medicinam. đ Or. 125. a b.

Ægro a Medico petere medicinam. đ. D. 85. a.

Exercere medicinam. p Clu. 55. b.
Hi quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur. de Or. 139 b. An medicina ars non putanda eſt quam tamen multi fallunt. ď D. 85. a.
Facere medicinam alicui. Ep. 136 b.
Si aduerſarij falſum crimē quaſi uenenatum aliquod telū iecerint, medicinæ faciēdę locus nō erit. p Quit. 2. a.
Ita ſum leuatus, ut Deus mihi aliquis medicinam feciſſe uideatur. Ep. 236. b.
Quanq̃ animus eſt præſens, tamen uoluntas ipſa medicinam efficit. At. 16. b. Nulla unq̃ medicina his tot incommodis reperietur. I. V. 66. a.
Deinde ſingulis medicinam conſilij atq; orationis meę, ſi quam potero, afferam. I. C. 108. a.
Medicina quę ſanaret cupiditatem. Tuſ. 214. a.
Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor. ď Am. 97. a. & Ep. 71. b. Petere medicinam a literis.
Quibus autem artibus, aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quęritur, ut medicina, architectura &c. Off 30 b.

Medicus, ci. Ci. p Cl. 29. a. In morbis corporis ut quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atq; optimus quęritur. Ad ęgros non Vates ſed Medicos ſolemus adducere. ď D. 110. a.
Mirari licet quę ſint a Medicis animaduerſa herbarum genera, quę radicum &c. ď. D. 82. b.
Ad quam cum adduxiſſet medicum illum ſuum, mulier exclamat ſe ab eo nullo modo uelle curari, quo curante ſuos omnes perdidiſſet. p Clu. 25. b. & ibi. Simul atq; introductus eſt prima potione mulierem ſuſtulit.
Siue medicum adhibueris ſiue non, conualeſces. ď Fat. 146. a. Medicus diligens ægro adhibet medicinam. ď Or. 125. a. b. Qui Medicis ſuis non ad ſalutem ſed ad necem utitur. ď Ar. 251. b.
Si medicus de morbis diſerte dixerit. ď Or. 112 a. et. 90 a. Aſclepiades quo nos medico & amico uſi ſumus, eloquentia uincebat cęteros medicos.
Hippocrates ille Cous. ď Or. 154. b.
Æſculapius & Serapis. ď D. 134. a.
De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio, ſed planè curationes eius non probo, ita enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος eſſes. Ep. 158. a. & 159. b. Curio miſi, ut medico honos haberetur.

Medietas, tis. media pars, medium.
Ci ď Vu. 199. a. Partes rurſus interuallis ita locabat, ut ſingulis eſſent bina media, uix enim audeo dicere medietates, quas gręci μεσότητας appellant, ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur.
Octauam partem tuli luminarium, mediam abſtrahere memineris. At. 249. b.

Medimnum, ni. Ci. I. V. 159. a. Tritici ſeptem millia medimnum. & ibi. b. Medimna DCC. & 171. b. Medimna XXXVI, ideſt mody CCXVI.

Mediocris, cre. nonnullus, modicus.
Ci. Tuſ. 195. a. Omne malum etiā mediocre magnū eſt. Hęc ſunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis autem uel maximę. ď Or. 119. b. & ibi. Hoc tamen prudētię eſt penè mediocris.
Per multos excellentes in quoq; genere uidebis non mediocrium artium, ſed penè maximarum. ď Or. 31. b.
L. Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi nō ita multum laude proceſſit. ď Cla. 176. b. & 175. a. Is fuit mediocris in dicendo.
Paruę aut mediocres res. ď Or. 116. a.
Quidam è philoſophis & hi quidem non mediocres. Acad 5. b. Non enim fuit aut mediocre aut obſcurū. Ep. 64. a. & 65. a. Maxima, minima, mediocria.
Modica temperate dicere. Or. 206. a.
Incitatus, temperatus, tardus. Or. 215. b.
Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt. ď Cla. 173. b.

Mediocritas, tis. modus, nec nimium nec parum.
Ci. ď Cla. 177. b. Omnis uirtus eſt, ut uetus Academia dixit, mediocritas. Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. p Mur. 139. a.
Nunq̃ enim iratus qui accedit ad pœnam mediocritatē illam tenebit. quæ eſt inter nimium & parum, quæ placet peripateticis. & Tuſ. 191. a. Peripateticis mediocritatem perturbationū mihi nō ſanè probant. & Aca. 34. a. Eſt ſcilicet utriuſq; rei modus & quędā in utroq; genere mediocritas. At. 231. a. Mediocritatem in dicendo C. Cęlio honori fuiſſe. ď Or. 94. b.
Villarum magnificentia, quarum quidem certus eſt adhibendus modus, ad mediocritatemq; reuocandus. Ci. Modum quēdam eſſe religionis, nimium eſſe ſuperſtitioſum non oportere. p Dom. 234. a. In his autem ipſis mediocritas regula optima eſt. Off. 45. b.
Non uideo quid in hac mea mediocritate ingenij deſpicere poſſit Antonius. I. A. 160. b. (21. a.
Mediocritas uultus. X. hilaritas. X. triſtitia. Ad Her.

Mediocriter. Ci. Tuſ. 195. a. Corpus etiam ſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt.
Neminem ſcriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuiſſe. ď Or. 90. b. Quiuis mediocriter literatus. Ad Her. 25. a.

Mediolanenſis ſe. Cice. I. P. 93. a.

Meditatio, onis. cōmentatio, exercitatio. Ci. ď Cl. 177. a. Nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum uidebatur.
Quos locos multa cōmētatione ac meditatione paratos atq; expeditos habere debetis. ď Or. 119. a.
Multi naturæ uitium meditatione atq; exercitatione ſuſtulerunt, ut Demoſthenes. ď. D. 118. b.
Anni ſunt octo cum iſta cauſa in iſta meditatione uerſatur. p Clu. 35. a.
Stulta eſt meditatio futuri mali. Tuſ. 197. b.
Seruius in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris obijt. I. A. 221. a.
Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo ualet. Tuſ. 183. b. & 184. a.
De exercitatione & conſuetudine & cōmentatione dixi, Apagęſis nunc &c. Tuſ.

Meditatus, a, um. cogitatus, præparatus, commentatus. X. ex tempore. Ci. Off. 6. a. Leuiora ſunt ea, quę repentino aliquo motu accidunt, q̃ ea quæ meditata et pręparata inferuntur.

Nihil feci non diu conſideratum & multo ante meditatum đ Ar. 244.a.
Cum paratus meditatuſq; ueniſſet. p Quin. 7.a.
Attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus. I.A. 176.b. Hoc meditatum nobis in perpetuum eſſe debet, ad omnem uſum &c. đ Or. 119.a.
Sint ſemper omnia hoi humana meditata. Tuſ. 197.a.
Ea quia meditata ſunt, minus ridentur đ Or. 131.b. & 107.b. Accuratæ & meditatę commentationes.
Quod uerbum non tibi excidit ut ſæpe fit caſu, ſed ſcriptum meditatum, cogitatum attuliſti. I.A. 215.a.

Mediterraneus, a um. X. maritimus.
Ci. đ. N. 18.b. Ita fit ut mediterranei mare eē nō credāt
Enna mediterranea eſt maxime. I.V. 191.b.
Ab hac inſula hæc lucra tanq̃ mediterraneis exigebantur. I.V. 166.b. & 249.b. Homines maxime mediterranei. X. homines maritimi.

Meditor, aris. attente cogito, commentor, exerceo.
Ci. Ep. 10.a. Tu tamen ea para, meditare, cogita, quæ &c. & 8.a. Hæc multo ante meditere, huc te pares etc.
Sed ego hanc ἀσκηſιν in unum annum meditatus ſum. At. 73.b. & 83.b. Meditare aduerſus Brutum cauſam meam. & 125.b. Vides quam cauſam mediter.
Meditari accuſationem. p Mur 134.b.
Ego tum te diſputante quid contradicerem mecum ipſe meditabar. đ. N. 60.a.
Meditare quibus uerbis incenſam illius cupiditatem cōprimas. I.P. 92.a.
Græcus teſtis non iuſiurandi ſed lædendi uerba meditatur. p Flac. 148.a.
Ex eius nuntio meditabar quomodo cum illo loquar. At. 151.b. Is deſignatus alio uultu &c. eſſe meditabatur. 𝔠 Rul. 68.b. Nos qui meditati ad dicendum paratiq; uenimus. I.V. 77.a. & 112.a.
Nullum patior eſſe diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum. đ Cla. 193.a.
Non in agendo ſolum ſed in meditando etiam fuit uehemens. đ Cla. 171.a.
Demoſthenes perfecit meditando ut nemo planius eo loqueretur. đ Or. 108.a.
Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra p̄diſcere & meditari. đ Or. 97.a. & 96.a. Quid Craſſus ageret meditandi aut dicendi cauſa.
Veruntamen nocturnis uigilijs inſtitutum illud concepitū ac meditatum eſt. đ Ar. 257.a.
Ad huius uitæ ſtudium meditati illi ſunt, qui ferūtur labores tui, iacere humi &c. I.C. 102.b.
Aut ne ad eam meditere imparatus te offendam. Ep. 18 b. & 9.a. Hęc ad te ob eam cauſa maxime ſcribo, ut iam de tua quoq; ratione meditere. & I.V. 78.a. Meditatur de ducibus hoſtium &c.
Cæſar non multos annos regnare eſt meditatus. I.A. 182.b. & 190.b. Iam accedunt conſules multos iā menſes de populi rom. libertate commentati atq; meditati.
Age uero ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra curiāq; meditetis. đ Or. 87.b.
Vt ſi quis cum cauſam ſit acturus ſecum ipſe meditetur aut ſi quid aliud attente cogitet, non reprehendatur. Off. 29.a.

Medius, a, um. intermedius, interiectus, inter aliquos interiectus, interiectus medius, dimidiatus.
Ci. đ Or. 166.b. Nam uerſus æque prima & media & extrema pars attenditur.
Quod & inter media argumenta faciendū eſt. Or. 208 b. & 218.b. Oratio uel oriens uel media uel cadens.
Tempus proximum, medium, ultimum. đ Pro. 78.a.
Ne in extrema quidem aut media aut aliqua demq; parte quæſtionis uerbum fecit ullum. p Clu. 57.a.
Cum tu fureus per medium forum popularis uolitares. p Dom. 223.a.
Dixi pro Beſtia in foro medio. Q. Fr. 309.a.
Qui in uinea media dicatur conſtitiſſe. đ. D. 87.a.
In teſtamentorum formulis, hoc eſt in medio iure ciuili uerſari. đ Or. 99.b.
Mulier in media potione exclamauit &c. p Clu. 23.a. & Tuſ. 156.b. Terra in medio mundo ſita.
Medius mundi locus. đ Som. 129.a. & Tuſ. 156.b. Vt illæ ſuperiores in mediū locū mundi grauitate ferātur.
Mare medium terræ locum expetens. đ. N. 49.a. & ibi. Id medium infimum in ſphæra eſt.
Eſt tertius ac medius inter illos. Or. 216.a.
Alij eis interiecti & tanq̃ medij. đ Opt. 143.a.
Iis ipſis alia interiecta & media numerabat. Acad. 45 b. & ibi. Neutra autem in medijs relinquebat. & 33.a. In medijs ea momenta nulla eſſe cenſuit.
Nam qui ſe medium eſſe uult, in patria manet, qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte iudicare uidetur. At. 164.a. & 154.b. Lex Solonis, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet.
Itaq; tum graues ſumus, tum ſubtiles, tum medium quiddam tenemus. đ Or. 159.a.
Ex quibus partim tecum ſentiebant, partim mediū quendam curſum tenebant. In Vat. 32.a.
Quidam ad medium ianuæ ſedentes. Off. 52.a.
Primum ueniat in medium Epicuri ratio. đ Fin. 51.b.
Venire in medium & procedere in medium. I.V. 254. b. & 144.a. & đ In 67.b.
Proferre aliquid in medium. I.V. 72.b. & đ Fin. 80.b. & Ep. 142.b.
Vt quæ quis cogitarit in mediū proferat. đ Or. 118.a.
Itaq; iudices incenſi ſuſpicione rem in mediū uocare cœperunt. p Clu. 34.a. & 38.b. Quæſtus forenſis in medium proferebatur.
De medio tollere. p. S.R. 21.b. i. īterficere. & Ad Her. 11. Tollere aliquem de medio.
Recede de medio, per alium tranſigam. p. S.R. 37.a. et 22.a. Remouere aliquid de medio. & I.V. 144.a.
Tabulæ ſunt in medio. I.V. 229.b. & 60.a. Quę in medio poſita ſunt. X. obſcura.
Dicendi ratio in medio poſita. đ Or. 86.a.
Obſcœnas uoluptates faciles, communes in medio ſitas eſſe dicunt. Tuſ. 246.b.
Proponere aliquid in medio. I.V. 82.a.
Neminem nominabo, tantum in medio relinquā, ſi quis &c. p Cæl. 47.b.
Rem in medio ponam. I.V. 268.b.

Ponam

Ponam in medio ſententias philoſophorum.đ.N.4.b.
*Verba ſumpta de medio.*Or 222.a.
*Hæc non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere litera-rũ ſed ſumpta de medio,ex rebus palàm per magiſtra-tus actis.*ꝓ Dom.241.a.
*At hic quidem ipſe & ſeſe ipſum nobis & eos,qui ante ſe fuerant,in medio poſuit,ut cæteros & ſe ipſum per ſe cognoſceremus.*đ In.63.a.
Vnum quaſi comperendinatum medium diem fuiſſe. de Cla.172.a.
*Cum uerba iacentia ſuſtulimus è medio.*đ Or.259.a.et Off.5 b.*Communes utilitates in medium afferre.*
Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio. Off.59.a.
Alteri uicti ſunt,alteri ſunt è medijs C.*Cæſaris parti-bus.*I.A.200.b.&.225.a.*Inter bellum & pacem me-dium nihil eſt,quare neceſſe eſt,tumultum, ſi belli non ſit pacis eſſe.*& ibi.b.*Quæ eſt igitur in media belli cau ſa poſitas*
*Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, uie tijs cum utroq; certabat.*I.A.226.b.
*Vnum interiectum medium, & ſe ipſum & ea, quibus eſſet interpoſitum colligaret.*đ Vn.197.a.

Medius fidius. Ci.At.133.b. *Quod Lentulum uoluiſti hic remanere,mihi grauiſſimum mediusfidius feciſti.*
Si mediusfidius iudices &c.ꝓ Syl.183.a.
Vnum mediusfidius tecum diem libentius poſuerim etc. Ep.77.a.
*Mediusfidius nẽ tu emiſti locum præclarum.*At.57.b.

Medulla,læ. Ci.Tuſ.233.b.*Metrodorus omne bonum in uiſceribus medullisq; condidit.*
*Neq; ſolum te,qui mihi hæres in medullis.*Ep.253.a.
*Suadæ medulla.*đ Cla.169.b.l.Suada.
Prætereo illa,quæ mihi ſunt incluſa in medullis. Att. 240.a. *Cum hic feruor,tanq̃ in uenas medullasq; inſe derit.*Tuſ.214.a.& ibi.*Permanat in uenas & hæret in uiſceribus illud malum.* *Qui in medullis pop.rom.ac uiſceribus hærebant.*I.A.259.b.

Megalenſia,orum. Ci đ Ar.248 b.*Ludi,quos in pala tio noſtri maiores Megalenſibus fieri celebrariq; uolue runt.*& Ep.24.a.*Scripſi hæc ipſis Megalenſibus.*

Megaleſia,orum. Ci.đ Ar.249.b.*Tota hoc ædile ſer uorum Megaleſia fuerunt.aliter,Megalenſia.*

Megareus,a,um.Ci.Acad.32.b.

Megaricus,a,um. Ci.đ Fat.242.b.*Stilpo Megaricus philoſophus.*

Mei,tui,ſui. Ci Poſtq̃.199.b.*Qui fletu ſuo deſideriũ mei memoriamq; renouaret.*&.198.a.*Vt aliquando nos memoria mei deſideriumq; teneret.*
Clodius nihil fecit odio mei, ſed &c.đ Ar.244.b.
*Ipſæ enim leges te a cognitione ſua iudicio publico re-pulerunt.*ꝓ Cor.62.b.i.a cognitione ſui.

Mel,lis. Ci.đ Sen.89.a.*Villa abundat lacte,caſeo,mel le.*& đ Fin.55.a.*Niuem eſſe albam,dulce mel.*
Mel et ſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere nõ comparatione cum alijs dulce eſſe ſentitur. đ Fin.97.b.
*Eo loco mel ex olea fluxiſſe dicunt.*đ D.126.b.
*Quæro nũ CCCC amphoras mellis habueris.*I.V.145.b.

*Ex Neſtoris lingua melle dulcior fluebat oratio.*đ Sen. 83.a.
*Xenophon cuius ſermo eſt melle dulcior.*Or.299.b.

Melancholia,liæ.atra bilis. Ci.Tuſ.192.b.*Quem nos furorem μελαγχολίαν Græci uocant, quaſi uero atra bi li ſolum mens moueatur* &c.

Melancholicus,a,um. Cic.Tuſ.165.a.*Ariſtoteles ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe,ut ego me tardio-rem eſſe non moleſte feram.*
*Qui ualetudinis uitio furunt,& melancholici dicuntur, habent aliquid in aĩs præſagiens atq; diuinũ.*đ D.97.b.

Melicus,a,um. Ci.đ Opt.243.a.*Melici ac Dithyram-bici poetæ.*

Melior,us. potior, commodior,præſtabilior,lectior.X. deterior.
Ci.At.235.a.*Hircium per me meliorẽ fieri uolunt.*& ad Bru.91.b.*Tibi reſp.melior eſt facienda.* & ꝓ Fla. 159.b.*Phrygem plagis fieri meliorẽ.*& Ep.254.a.*Fa-cere aliquem meliorem.*&.I.A.217.b.
Vt neq; uir melior,neq; fœmina lectior in terris ſit. de In.53.a. *Nemo unq̃ neq; orator neq; poeta,qui quẽ q̃ meliorem q̃ ſe arbitraretur.*At.235.b.
*Meliore loco eſſe.*X.*deteriore ſtatu eſſe.* đ Ar.218.a.
*Puto rem meliore loco eſſe debere.*At.132.a.
Incipit res melius ire quàm putaram. At.231.a. et ibi. *Spero meliora.*
*Is melior q̃ Pyrrho,deterior q̃ cæteri.*đ Fin.115.b.
Vtrum redire mihi conducit,an commorari melius eſt. Ad Bru.278 b.
*Melius eſſe.*At.224.a.et.174.b.*Ii tamen ipſi ſe hoc me lius habent q̃ nos,quod & multi* &c.
Quo melius noſtri illi ſenes,qui &c.đ Or.163.b.
*Melius æquius.*Off 64.a.
*Melius,ſatius,potius.*Ad Her.5.b.
*Literæ quibus intellexi Lentulo eſſe melius.*At.58.b.
*Nihil bonum eſt quod non eum qui poſſidet,meliorem facit.*Parad.118.a.& ibi. *Efficere aliquem meliorem.*

Melita,tæ. Ci.I.V.224.a. *Inſula eſt Melita ſatis lato ab Sicilia mari disiuncta.*

Melitenſis,ſe. ut melitenſis ueſtis.I.V.144.b.&.241.a. *Melitenſis roſa.*

Melius. commodius.X.peius.
Ci.đ Fin.62.a.*In dialecticis autem nullam uim exiſti mauit eſſe nec ad melius uiuendum nec ad commodius diſſerendum.*&.128.a.X.peius.

Meliuſcule. Cic.Ep.256.b. *Volebam ad te Marionem remittere,quem cum meliuſcule tibi eſſet,ad me mitteres.*

Mellitus,a,um. Ci.At.16.a.*Mellitus puer.*

Membrana,næ. Ci.đ.N.54.b. *Natura oculos mẽbra-nis tenuiſſimis ueſtiuit ac ſepſit.*

Membranula,læ. Ci.At.57.b.*Librarijs imperes,ut ſu-mant membranulam,ex qua indices fiant.*

Membratim. Ci.Or.227.b. *Inciſe membratim ue dice-re.*& Part.241.a.

Membrum,bri. pars,pars corporis.
Ci.At.117.b.*Nec ſum miratus eum,qui caput ipſum re liquiſſet,reliquis membris non parcere.*
Iam membrorum ideſt partium corporis alia uidentur

Nullam memoriam antiquitatis collegerat.đ Cl.184.b.
Iſte omnes uerborum acerbitates nõ ex memoris ueſtra patrumq; ueſtrorum, ſed ex annalium monumentis ac regum commentarijs conquiſiuit.ꝓ Rab.93.a.
Quod ſæpe & noſtra & patrum memoria uſuuenit. ꝓ Fonte.279.a. C. Marius noſtra patrumq; memoria ſubijt &c.Poſtq̃.199.a.
Cauſam ſuſcepi antiquiorem memoria tua.ꝓ Rab.91.b
Hoc poſt hominum memoriã contigit nemini.I.C.100.b & I.V.215.b.Poſt hominum memoriam. &.116.b.
Quod nemo unq̃ poſt hominum memoriam fecit.
Res poſt hominum memoriã maxima.Ep.170.a.
Quis non iure miretur ex omni memoria ætatum temporum,ciuitatum,tam exiguum numerum oratorum inueniri.đ Or.86.a. Rhodiorum uſq; ad noſtram memoriam gloria remanſit.ꝓ Pom.14.a.
Omnia bella,quę memoria noſtra fuerunt . At.283.b. & ꝓ Fonte.276.b.& Tuſ.176.b.Noſtra autem memoria Philo. Perlongo interuallo propè memoriæ temporumq; noſtrorum.Ꝯ Rul.66.a.
Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.đ N.69.b.
Sed tamen habet ædilitas eius memoriam non ingratã. At.66.a. Cn.Pompeius omnium ſeculorum omnis memoriæ facile princeps.Poſtq̃. 201.a.
Quæ res unq̃ erit commendatior hominũ memoriæ ſempiternæ.I.A.166 a.
Quod ſacrificium nemo niſi P.Clodius omni memoria uiolauit,nemo unq̃ adyt.đ Ar.212.b.
Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis & memorię noſtræ relinquemus. ꝓ Do.243.a.
Cratippus noſter princeps huius memoriæ philoſophorum.Off 13.a.
Multi etiam ſuperiori memoria.ꝓ Cor.60.b.
Conſules non modo ex memoria ſed etiam ex faſtis euellẽdi ꝓ Seſt.10.a.& ibi.b.Tanta multitudo quãta mea memoria nunq̃ ullo in iudicio fuit.
Quod in hac rep.non modo factum ante nunq̃ eſt, ſed in omni memoria eſt omnino inauditum . In Vat.31.b.
Res ab noſtra memoria propter uetuſtatem remotæ.đ In.42.a.
Ea fine euulſa ex oĩ memoria uitaq; noſtra.Ep.64.b.
Quomodo hæc infinita aut memoria complecti aut obſeruando notare poſſumus.đ D.238.b.
Iſtũ doctum uirum fuiſſe memoriæ traditum eſt.Parad. 110.a.& ꝓ Mur.138.a.Nã hoc memorię traditũ eſt.
Prodere memoriæ ſermonem alicuius.đ Or.144.a.
Quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater &c. de Or.100.a.& ibi.Quid qđ uſu patrũ memoria uenit
Ex memoria deponere inſidias factas.ꝓ Syl.170.a.
In memoriã redijt Quintius,quo die &c.ꝓ Qui.10.b.
P.Syllę nomen ĩ memoria Caſſio nõ fuit. ꝓ Syl.174.a.
Vt aliquando nos memoria mei deſideriumq; teneret. poſtq̃.198.a.&.199.b.
Hoc eſt maxime inſigne ad memoriã crudelitatis etc. ꝓ Dom.221.a.
Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile q̃ id in quo aliquid offenderis.đ Or.95.b.
Monumentum,qđ poſitum eſt ut eſſet indicium oppreſſi Senatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis. ꝓ Dom.131.b. Motus animi celeres & ad memoriam firmi atq; diuturni.đ Or.94.a.
Aliquid ex ſermone alicuius memoria dignum excipere.đ Or.93.a. & đ in 62.b. Viri nomine & memoria digni. Aliquid animo percipere & memoria cuſtodire.đ Or.91.a.
Perinde quaſi id hominum memoria non comprehendatur.ꝓ Clu 47.a.& Epi 94.a.
Legere aliquam orationem ad eum finem quem memoria poſſis comprehendere.đ Or 97.b.
Memoria retinere.ꝓ.S.R.23.b.i.recordari.
Memoria complecti aliqua.I.V.61.a.
Vt mea memoria eſt.At 215.a.
Nuperrime dictũ facile memoriæ mandatur. Ad Her. 29.b.& 23.b.Tradere aliquid memoriæ.
Queſo eum diem memoriæ mandetis.ꝓ Quin.4.a.& đ Fen.98.b.Mãdare aliquid memoriæ.aliter cõmẽdare.
Quare mihi crede & memoriæ manda.Ep.90.a.
Quid ſibi is de me recepiſſet in memoriam redegit Ep. 11.b. Ita in memoriam redibit auditor.đ In. 60.a.
Quæſo redite in memoriã,quæ libido iſtius fuerit c. I.V.100.b. Credo Te tenere memoria,me &c.Ep. 103.a. Multa carmina ex ijs memoria teneo đ.N. 46.b. Tenebam memoria nobis conſulibus ea fundamenta iacta confirmandi Senatus,ut &c.Epi.12.b.
Quin etiam ipſum diem memoria teneo.Ep.96.b.
Retinere memoria aliquid.ꝓ Pom.7.a.
Retinere memoriam alicuius.đ Fen.91.b.ut amici.
Memoria ſepire res inuentas.đ Or.96.b.
Tenere memoriam alicuius.Epi.79.b.
Vt memoriã cõcimitatis ſuæ relinqueret de Cla.168.a.
Quæ uerisſimæ memoriæ propagata ſunt Off.330.b.
Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt.de In.62.uel prodiderunt.
Prodere memoriam alicuius rei poſteris.Epi.113.b.
Prodere aliquid memorię aut literis.Ep.72.a.et 89.b.
Conſeruare memoriam beneficiorum acceptorum.Epi. 57.b.Habere memoriam alicuius rei.Ad Her.21.b.
Reducere in memoriam, quibus rationibus &c.đ In. 60.a.& Renouare memoriam.b.
Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur.đ In.60.a. Habere memoriam alicuius rei pręſentem uel auditam.Ad Her.17.a.21.b.
Quantum memoria repetere præterita poſſum. Epi. 181.a. Repetere memoria euentus aliorũ.Epi.72.a.
Repetere memoria res antiquas.đ Or.81.a.
Dare operam memoriæ alicuius.Epi.111.b.
Magna memoria conſulatus tui.Epi.8.a.
Meam tuorum erga me meritorum memoriã nulla unq̃ delebit obliuio.Epi.18.b.
Quare grata mihi eſt & memoria tua noſtræ coniunctionis & eius augendæ uoluntas.Epi.91.b.
Hortenſius tanta memoria fuit,ut quæ ſecum cõmentatus eſſet,ea ſine ſcripto uerbis eiſdem redderet. đ Cla. 293.a. De ijs qui memoria excellenti fuerunt.Tuſ. 160.b.

Memoria eſt germana literaturæ. Part. 231.a. & de Or. 86.b. Theſaurus omnium rerum memoria. quæ niſi cuſtos inuentis ex cogitatisq́; rebus & uerbis adhibeatur, intelligimus omnia etiam ſi præclariſſima fuerint in oratore peritura.

Tenes ne memoria prætextatum &c. I.A. 169.a. & 110. b. Hirtius memoria mea præſtantiſſimus atq; optimus conſul. Vſq; ad noſtram memoriam. I.A. 221.b. & 159.a. Tenete ueſtra memoria, quod ſæpe oſtenditis, diſcrimen &c.

Nec ſepulchra legens uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. 61. Sen. 81.a. & ibi. Sepulchris legendis redeo in memoriam mortuorum.

Pythagoreorũ more exercendæ memoriæ gratia quid quoq; die dixerim audierim egerim commemoro ueſperi. de Sen. 84.b.

Memoria præteritorũ, futurorũ prudentia. Sen. 93.a.b.

Miratio,*onis.*Ci.ď D.118.b.*Cauſarũ ignoratio in re noua mirationem facit.*

Mire.*mirabiliter.* Ci.At.259.a.*Puero municipia mire fauent.*

Mirifice,*mire,mirabiliter.* Ci.ď N.13.b.*Te ab eo mirifice diligi intelligebam.*

*Hi de omnibus rebus mirifice congruunt.*ď.l.169.a.& Acad.2.a.*Mirifice delectari aliqua re.*

Tantum doleo,ac mirifice quidem. At.33.b. &.77.a.

Nam omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσιν *gloriæ meæ.*

Mirificus,*a,um.mirus,mirabilis.* Ci.ď D.117.b.*Sed te mirificam in latebram conieciſti.*

*Cato conuitium Piſoni mirificũ fecit.*At.9.a. &.12.b. *Spectator pugnarum mirificarum.*

Mirificamq; cepi uoluptatem. Ep.43,b. *Agere mirificas gratias alicui.*At.128.a.

*Lepta noſter mirificus.*At.77.a.

Miror,*aris.admiror, demiror, mihi mirum uel mirabile uel admirandũ uidetur,ſtupeſco,obſtupeſco.* Ci.ď In. 61.b.*cum pictorũ formas magno hic opere miraretur.* *Mirari ſatis hominis negligentiam non queo.*At.158. b.& Ep.129.b. *Atq; ego hunc non miror quid enim faciat at illos homines ſapientiſſimos miror* &c.ď Ar.154.b. *In is infinitis ſumptibus nihil homines magnopere mirantur.*Off.45.a.

*Id me hercule inquit Catulus admirans illud iam mirari deſino,qđ multo magis ante mirabar,hunc cum hæc neſciret,in dicendo poſſe tantum.*ď Or.113.b.

Soleo mirari ď *neſcio queis* HS.xx.At.165.a.et.169.b *Cato mirari ſe dicebat qđ non rideret Aruſpex Aruſpicem cum uidiſſet.*ď D.119.a.

*Qđ mirari non poſſum in eis qui nihil ſcripſerunt.*ď Cla.172.a. *Miror quid cauſæ fuerit,quare conſilium mutaris.*At.130.a.& *ibi,miror te ad me nihil ſcribere.* *Miror quid ſit,qđ* &c.P.S.R.18.b.

Miror quid in mentem uenerit Theophraſto, in eo libro &c.Off.44.b.

*Mirari licet quæ ſint animaduerſa a Medicis herbarum genera.*ď D.82.b.

*Quamq̃ miror in illa ſuperbia ſi quenq̃ amicũ habere potuit.*ď Am.106.b.

Equidem ſatis mirari non poſſum,unde &c.ď.N.30.b.

*Miror quid hæc ad te pertineant.*Or.197 b.

Sed ne miremini qua ratione &c.I.V.135.a.*Enim uero inquid Craſſus mirari ſatis non queo etiam te* &c.ď Or.98 b. *Si quis forte miratur,me* &c.*is ſi cognoſcet* &c.*putabit* &c.I.V.55.A.

Illud admirari ſatis non potui qđ ſcripſiſti his uerbis, bene igitur &c.At.256.a.

Illud ne quis admiretur quo nam modo hæc uulgus imperitorum &c.ď Or.161.a.

Atq; in hoc genere mihi admirandum uidetur, quid ſit qđ &c.ď Or.157.b.

Mihi mirũ uidetur,unde tu inueneris &c.ꝑ Rab.95.b. *In quo admirandum eſt,congreſſu ne* &c.i.*admiror.* *Ac ne forte hoc magnum & mirabile uideatur* &c.ď Or.126.a.

*Quamobrem mirari deſinamus,quæ cauſa ſit eloquentium paucitatis.*ď Or.86.b.& At.144.b.*Sed tamen ne miraretur,cur idem iterum facerem , hoc cauſæ ſumpſi quod ex te ipſo coram antea nihil potuiſſem cognoſcere.* & 264.b. *Non dubito quin mirere,atq; etiam ſtomachere.* *Familiaritates fidę amantium nos amicorum,& noſtra mirantium.*Off.39.a.

Mirtilus,*li.* Ci.ď N.78.a.

Mirus,*a,um.*

Ci.Epi.14 a.Me mirum deſideratam tenet urbis, incredibile meorum, & ibi. De pantheris agitur &c. Sed mira paucitas eſt. Hoc igitur mirum quiddam ualet.đ Or.125 a. Sales qui in dicendo mirum quantum ualent. Or.204.a.aliter nimium.
Minime mirum tibi debet uideri me &c.Ep.162.a.
Per mihi mirum uiſum eſt te &c.đ Or.103.a.
Mihi mirum uidetur, unde &c.ꝑ Rab.91.b.
Nec mirum ſi hoc uobis ridiculum uidetur &c.đ Ar. 145.a. Nec mirum, qui &c.quippe qui &c.ꝑ S.R.26.b.
Neq; enim mirũ ſi aliquid nõ aïaduertat.ꝑ S.R.22.a.
Nec mirum omnibus &c.I.V.135.a.
Miſceo,ſces.ꝑmiſceo, turbo ꝑturbo, confundo, tempero, pocula miniſtro. Ci.đ.l.188.a.omnia infima ſummis paria fecit turbauit miſcuit.
Qui iniquis imperijs remp.miſcerent.ꝙ Rul.84.b.
Nam quædam miſceri & concitari mala.I.C.119.a.
Maximeq; mouet ea quæ animi motum aliquem mouet oratio.pt.131.b.
In tenebris ruebant omniaq; miſcebant.ꝑ S.R.33.b.
Miſcere & turbare omnia.đ Ar.154.b.
Maius mihi miſcendum malum.Tuſ.226.a.
Quos autem numeros cum quibus tanq̃ purpuram miſceri oporteat, dicendum eſt.Or.216.a.& ibi. In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes.Or.216.a.
Aliquid ex diſſimilibus rebus miſceri & temperari. Off.76 b. Parentalia cum ſupplicationibus miſceri. I.A.151.a.
Vt cum matre corpus miſcere uideamur.đ D.93.b.
Sortes quæ pueri manu miſcentur atq; ducuntur.đ D. 126.a. Rubor mixtus candore.đ.N.16.a.
Aer multo calore admiſtus eſt.đ N.31.a.& ibi.
Aquæ admiſtum eſſe calorem.
Qui alteri miſceat mulſum ipſe nõ ſitiens.đ Fin.67.b.
Miſer,a,um calamitoſus, erumnoſus, infelix, afflictus, proſtratus, iacens, qui in miſeria eſt.
Ci pt.234.b.Nihil eſt tã miſerabile, q̃ ex beato miſer.
Ego miſeris & laborantibus nihil negare poſſum.ꝑ Plan.277.a. Miſerorum fortunam inſectari.At.171.
Erumnoſus, infelix, miſer.pad.118.b.& ꝑ Quin.17.b.
Miſer atq; infelix.
Res miſera & calamitoſa.ꝑ S.R.31.a.
Hæc mihi uidentur miſera atq; miſeranda.I.C.120.b.
Spero locum hunc eius fortunæ miſeræ multumq; iactatæ portum futurum.ꝑ Clu.19.a.
Cur unus tu Apollonienſes miſeriores habes q̃ aut Mithridates aut etiã pater tuus habuerit unq̃?ꝑ Fla.161.a.
Qui magnos dolores perferunt, hos non miſeros ſed laborioſos ſolemus dicere.I.A.232.a.
Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius At.725.a.
Miſerabilis,le.miſerandus. Ci pt.234.b.Nihil tam miſerabile q̃ ex beato miſer.
Non ſolum miſerabilis ſed etiam irridenda fuiſſet oratio mea.đ Or.126.b.
Auctionis miſerabilis aſpectus.I.A.174.a.
Cum eius ſqualor inauditus omnibus mortalibus miſerabilis uidebatur.ꝑ Dom.225.a.
Vox ad miſerabilẽ ſonum inflexa.đ Or.126.a.& Or. 202.a. Caſus miſerabilis.đ Fin.78.b.
Miſerabiliter.miſerandum in modum.
Ci.Tuſ.169.a.Non miſerabiliter uir clarus emoritur.
At Cæſar in foro combuſtus laudatuſq; miſerabiliter. At.226.a.
Miſerandus,a,um.miſerabilis.
Ci.đ Or.98.b. Aliquem ita labi ut alijs miſerãdus, alijs irridendus eſſe uideatur.
Oratio tua omnibus miſeranda uiſa eſt.đ Or.134.b.
Hæc mihi uidentur miſera atq; miſerãda.I.C.110.b.
Miſerandum in modum necari.đ Pro 70.a.
Miſeratio,onis. commiſeratio, miſericordia.
Ci.Or.209 a.Miſeratione mens iudicũ permouẽda eſt.
Tua illa pulchra laudatio, tua miſeratio, tua cohortatio.I.A.177.b.
Odia incitantur & miſeratio naſcitur.pt.234.b.
Non fuit hæc ſine meis lacrimis non ſine dolore magno miſeratio.đ Or.126.b.
Miſerationibus, & communibus locis uti.đ Cla.171.b.
Quem enim noſtrum moriens Epaminundas non cum quadam miſeratione delectat? Ep.68.a.
Miſere. Ci đ Fin.100.b.Ab beate miſere ne uiuẽdũ.
Miſereor,eris.me miſeret, miſericordiã alicui tribuo uel impartior.miſericordia alicuius me tenet, alicuius ſupplicio miſericordia commoueor.Tuſ.213.a.
Ci I.V.90.b.Audite queſo iudices & aliquando miſeremini ſociorum
Qui miſereri mei debẽt, nõ deſinunt inuidere At.17.b. & ad Her.40.b.Miſerere noſtri. Et tamen poſtulat ut ſui miſereantur.Ad Her.5.a.
Vt maioribus aſſurgatur, ut ſupplicum miſereatur.đ Iu.52.a. Vſq; eo ut ego miſererer eius iſtius.
Ep.112.a.& Ep.85.a.& miſerere temporis.& At. 286.b. Miſerebor.ueſtri.
Nec eam minus diligere debes ſed miſerari potius. Ep.54.b.
Miſeret,bat. Ci.đ D.94.b.Mea mater tui me miſeret, mei piget &.I.A.177.b.
Caue te fratrum pro fratris ſalute obſecrantium miſereat.ꝑ Lig.138.b.
Eorum nos magis miſeret qui noſtram miſericordiam non requirunt q̃ qui illam efflagitant.ꝑ Mil.119.b.
Miſeria,riæ.calamitas, erumna.
Ci.đ Fin.147 a.Vbi eſt uirtus ibi eſſe miſeria, & erũna non poteſt.
Te miſeriæ, te erumnæ premunt omnes.pad.119.a.& Tuſ.196.b. In meis miſerijs & calamitatibus aliquam ferte opem.Anteq̃.196.b.
Stoici omnia cũ ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt.đ D.126.b.
Quorum ſi utrumuis ꝑſuaſiſſem in has miſerias nunq̃ incidiſſemus.I.A.161.a.
Item qui proceſſit aliquantum ad uirtutis aditum nihilominus in miſeria eſt.đ Fin.100.a.
Miſericordia,diæ.miſeratio, clementia. X.Inuidia, inulndentia

dentia. Ci.Tuſ.212.b.213.a.Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborãtis.ee.194.b Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis.
Nam in eum cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quæſita eſt.ꝓ E.P.130.a.
Peto a uobis ut ei ueſtram miſericordiam me deprecante tribuatis.ꝓ Plan.259.b.
Oro uos ut miſericordiam tribuatis fortiſſimo uiro.ꝓ Mil.119.b. Quintus Sex Næuium obſecrauit,ut aliquando miſericordiam caperet aliquam ſi non propinquitatis at ætatis ſuæ.ꝓ Quin.18.a.
Vt aliquando uos memoria mei miſericordia deſideriumq́ teneret.Poſt 198.a.
At etiam miſericordiam captabas.ſupplex te ad pedes abyciebas.I.A.176.b.
Obſecro adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam in reip.ſalute ſapientiam.ꝓ Rab.91.b.
Impartiri miſericordiam alicui.At.280.a.
Implorare,& expoſcere miſericordiam.ꝓ Mil.119.b.
Afflictę regum fortunæ ſuale multorum opes alliciunt ad miſericordiam.ꝓ Pom.8.b.
Non prius ſum conatus miſericordiam alijs commouere ꝙ miſericordia ſum ipſe captus.đ Or.126.b. οἶκτος δ' εἷλε λαὸν ἅπαντα.
Omnes odio oppianici & Illius Adoleſcentis miſericordia commouẽtur.ꝓ Clu.22.b.& Ep.28.b. Miſericordia commoueri.
Nihil eſt filio meo tractabilius,cuius miſericordia languidiora adhuc conſilia cepi.At.165.a.
Et ſic frangor ſæpe miſericordia puerorũ. At.109.b.
Vir clementia & miſericordia ſingulari.Poſt.108.a. & ꝓ Lig. Mentes ad lenitatem miſericordiamq́ reuocare.đ Or.89.b.
Miſericordiam ſpoliatio conſulatus magnam habere debet.ꝓ Mur.145 a.
Qui hominis ſeditioſi imagine deſideria imperitorum miſericordia commoueret.ꝓ Rab.95.b.
Vt miſericordia permotus eſſe uidear.I.C.100.b.
Nemo proditoris ſupplicia miſericordia commouetur. Tuſ.213.a.
Miſericordia commotus ne ſis ſed tamen eſt laus aliqua humanitatis.ꝓ Mur.139 b. Miſericordia moueo. Q. Fr.301.b.
Concitare miſericordiam populo.đ Or.104.a.
Oratores in epilogo miſericordiam mouent.đ Or. 234.b. Prædia mea tu poſſides ego aliena miſericordia uiuo.ꝓ.S.R.42,b.
Eorum nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt ꝙ qui illam efflagitant.ꝓ Mil.119.b.
Non debeo tentare quonãmodo dicendo miſericordiam tuam commouere poſſim,ipſa enim occurrere ſolet ſupplicibus nulla oratione euocata.ꝓ Deio.151.a.

Miſericors,dis.clemens. Ci.ꝓ Seſt.41.b.Vir bonus fortis & miſericors. Teſtis qui in re miſericordem ſe præbuit,& in teſtimonio religioſum.ꝓ Ceci.290.a.
Cum etiam hi quibus ipſe ignouiſti nolint te i alias eſſe miſericordem.ꝓ Lig.139.b. Animus auditoris mitis & miſericors.đ In.61.b.
Supplex,manſuetus,miſericors.Ad Her.80.b.
Aliquem ſemꝑ miſericordem fuiſſe.Poſt.207.b.

Miſeror,aris.commiſeror.✕.inuideo.
Ci.ꝓ Mur.137.a.Nan queo ſatis huius euentum fortunamq́ miſerari. Quare quid inuidendum Murenæ ſit in hoc præclaro conſulatu,non uideo,quæ miſerãda ſunt,uos ꝑſpicere poteſtis.ꝓ Mur.145.a.

Miſſio,onis.dimiſſio. Ci.At.3.b.De literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor.
Non ſine cauſa legatorum iſtam miſſionem ſemper timui.I.A.209.b.
Silenus a Mida captus hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe dicitur.Tuſ.173.b.
Miſſio remigum.I.V.256.a.
Miſſio ludorum.Ep.69.a.

Miſſus,a,um. Ci.At.141.a.Duo præfecti fabrum Põpey,qui in meam poteſtatem uenerunt, & a me miſſi ſunt,& ibi & eum ſtatim miſſum feci.
Equum eſt me a te impetrare,ut cohortes,quæ ex piceno uenerunt,miſſum facias.At.130.b.
Iurauitq́ ſe illum interfecturum,niſi ſibi iuſiurandũ de diſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturũ.off.74.b.
Easq́ legiones bello confecto miſſas fieri placet. I.A. 205.a. Qui cum iudicatũ non faceret.addictus Hermippo & ab hoc ductus eſt,poſtea miſſus &c.ꝓ Fla. 256.b. Quibus de cauſis miſſi fieri debeãt.Ep.118. a.& Ad Her.2.a.ſi eum miſſum fecerimus.
Dicebat quiſq́,quos miſſos ſciret eſſe.I.V.156,a.
Remotis ſiue omnino miſſis lictoribus.At.134.b.
Qui uoluptatibus ducuntur miſſos faciant honores.ꝓ Seſt.26.a.
Hos agros miſſos facio.I.V.170.a.
Sed hęc miſſa faciam,quæ iam facta ſunt.ꝓ.S.R.40.a.
Miſſos faciant patronos,ipſi prodeant.Or.219.a.

Mitigatio,onis.Ad Her.35.b. Licentia ſi nimium uidebitur acrimoniæ habere multis mitigationibus lenietur.

Mitigatus,a,um. Ci.Ep.78.a.Is magna ſigna dedit animi erga te mitigati.

Mitigo,as.mitiorem facio,lenio placo.ſedo.flecto.
Ci.Ep.17.b Eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges,&.81.b.Me ipſum lõginquitas tẽporis mitigauit.
Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigãtur.đ Or.144.a. Qui ex agreſti uita exculti ad humanitatem mitigati ſumus.đ.l.177.a.
Dolores mitigantur uetuſtate.At.45.b.
Riſus triſtitiam mitigat & relaxat.đ Or.130.b.
Populum excitatum in bonos mitigare.đ Or.102.a.
Inuidiam extenuando mitigare.đ Or.137.a.
Quamq́ iſtorum animos,qui ipſi cornelio inuident,non eſt difficillimum mitigare.ꝓ Cor.67.a.& Ep.78.a.animus erga aliquem mitigatus.& đ In.47.b.
Iraſci.✕.Mitigari.Or.209.a.
Ac te iam uſus flectet,dies leniet,ætas mitigabit.ꝓ Mur.139.b.
Iam ætas omnia,iã res,iam dies mitigabit.ꝓ Cel.53.b.
Materia autem &c.ad mitigandum cibum utimur.đ

N.56.b. *Seueritatem acerbam multis, codimentis hu manitatis mitigare.* Q.Fr.294.a.

Mitis,te.lenis,manſuetus. X. Immanis ferus aſper.
Ci. At.68.a. *Nihil tam uidi mite,nihil tam,placatum q̃ tum erat frater meus in ſororem tuam.*
Acceſſit his tot doctrina non moderata nec mitis, ſed paulo aſperior ac durior. ꝑ Mur.138.b.& đ Sen.82. b. *compta oratio ac mitis.*
Ipſe Thucidides ſi poſterius fuiſſet multo maturior fuiſſet ac mitior. đ Cla.191.b. *Animus auditoris mitis & miſericors.* đ In.61.b.
Patientia dolorem mitiorem facit. Tuſ.186.b.
Mitis & manſuetus. X. *ferus & immanis.* đ In.42b.
Homo mitiſſimus atq; leniſſimus. I.C.120.a.
Auſter leniſſimus & mitis. At.100.a.

Mitra,træ. Ci.đ Ar.254.a. *P.Clodius a coma,a mitra &c factus eſt popularis.*

Mitrella,læ. Ci.ꝑ.R.P.126.b. *Deliciarum cauſa quoſdam cum mitrella sæpe uidemus.*

Mitto,tis.allego,iacio,miſſum facio.
Ci.At.71.a. *Quotidie uel potius in ſingulos dies breuiores literas ad te mitto.*
Velim obuias mihi literas q̃ argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas. At.94.b.
Cæſaris literarum exemplum tibi miſi,rogaras enim. At.116.b. *Sic ergo habeto ſalutares te mihi literas miſiſſe.* At.139.b.
Mittere literas ad aliquem de ſuis rebus. đ Pro.74.a. & At.199.b. *Itaq; miſi librum ad Muſcam.*
Hũc uero librũ de ſenectute ad te miſimus. đ Sen.77.b.
Paulo poſt idem mihi Munatius eas literas legẽdas dedit quas ipſi miſeras & quas publice Ep.151.a.
Ex litteris quas mihi miſiſti &c Ep.152.a.
Quod rogas ut mea tibi ſcripta mittam &c. Ep.16.b.
Luna eam lucem quam a ſole accipit,mittit in terras. đ N.46.a. *Fabritius,qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis miſſus orator.* đ Cla.169.a.
Cumq; languerem de uia,miſi pro amicitia qui hoc diceret &c. I.A.155 a.
Iacere ac mittere ridicula. Or.205.a.
Mittere in conſilium. ꝑ Clu.35.a.
Mittere ſanguinem. At.84.a.
Vocem pro rep.nemo miſit. ꝑ Seſt.12.a.
Vox de quæſtura nulla miſſa eſt. ꝑ Fla.147.a.
Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. I.P.89.b.
At quem uirum Dij boni?mitto ciuem aut ſenatorẽ &c. quis illo grauior? đ Cla.170.a.
Mitto illã fugã &c.cætera ꝑ *occupationẽ.* At.115.a.b.
Mitto prælia,prætereo &c. ꝑ Mur.131.a.
Vota enim fecerant,ut in eos ſe potius mitteret,q̃ in ueſtras poſſeſſiones. ꝑ Mil.116 a.
Feciſti mihi ꝑgratum,quod Serapionis librum ad me miſiſti. At.24.b.& .101.a. *Mitto alia,quæ audio multa,mitto furta &c.* & .125.b. *Memini librum afferri à Demetrio Magnete,ad te miſſum ſcio περὶ ὁμονοίας eũ uelim mihi mittas.* & .229.a. *Demetrij Magnetis librũ, quem ad te miſit de concordia uelim mihi mittas.* & 220.b. *Laudationem Portiæ tibi miſi correctum,ut &c.*

Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas,ut mihi Gladiatorum compoſitiones,ut uadimonia dilata et Chreſti cõpilationem mitteres? Ep.22.a.
Curio miſi,ut medico honos haberetur,& tibi daret qđ opus eſſet,me cui iuſſiſſet curaturum. Ep.259.b.
Mittere ꝑ *ſcribere.l compilatio.*
Particulam literarum tuarum,quas miſiſti Octauio,legi miſſam ab Attico mihi. At.284 b.

Muyleuæ,nes. Ci.ꝯ Rul.74.a.

Mixtus,a,um.uel Miſtus,a,um. Fuſus,confuſus.
Ci.đ Vu.202.a. *Voluptate & moleſtia mixtus amor,* & đ N.16.a. *Ille fuſus & candore mixtus rubor.*
Sic eſt in oratione miſta modeſtiæ grauitas. off.43.a.
Quartum genus ſane uarium & mixtum & turbulentũ I.C.108.b.109.a. *Si ea mixta ex diſſimilibus erunt* Tuſ.237.a.

Mnemonica,orum. Præcepta de memoria. Ad Her.21.b. & .23.b.

Mnemoſyne,es. đ.N.70.a. *Secundæ Muſæ Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem.*

Mobilis,le.uolaticus uolubilis, argutus, quod modo huc modo illuc transfertur. X. conſtans.ſtabilis.
Ci.đ.N.54.b. *Natura oculos fecit lubricos & mobiles.*
Mundi feruor ille purior ꝑlucidior, mobiliorq;. đ. N. 32.a.& *ibi ardor mobiliſſimus.*
Conſtans. X. *Mobilis.* ꝑ.Q.R.53.a.
Caduca ſemper & mobilia hæc eſſe duxi. ꝑ Do.243.a
Te tamen mobili in me meoſq; animo eſſe nõ ſperabã. Ep.59.a.& .61.a. *Nec ĩ te animo fui mobili ſed ita ſtabili ut &c.*

Mobilitas,tis. Ci.đ.N.34.a. *Sidera animalia ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe.*
Mobilitas linguæ,celeritas uerborum. đ Or.95.a.
Quid eſt inconſtantia,mobilitate,leuitate,turpius?

Mobiliter. Ci.đ.N.30.a. *Cum cor animantis euulſum ita mobiliter palpitaret.* & đ.D.35.a. *Animus mobiliter agitatus.*

Moderate,modeſte,modice.
Ci.ꝯ Rul.64.a. *Qui copiam rerum moderate ferre nõ poſſunt.* *Si am ſerit,moderatius tuliſſe.* đ Or.112.b. & Ep.78. *oĩa humana placate & moderate feramus.*
Authoritas &c.qua moderate ego utar &c. pro Syl. 168 b. *Hoc genus Iſocrates moderatius temperauit.* Or.214.a.
Iis quibus cum congregamur,uti moderate & ſcienter. Off 36 b. *Qui moderatius id uolunt fieri difficilẽ quandam temperantiam poſtulant.* đ Fin.49.a.

Moderatio,onis.temperantia,temperatio,mediocritas,modus. Ci.đ N.44.b. *Conflagrare terras neceſſe ſit a tantis ardoribus moderatione & temperatione ſublata.* & .77.a. *Mundi diuina in homines moderatio.*
Hoc temperatio lunæ cœliq; moderatio efficit. đ. D. 128.a. *Dummodo illa in hoc genere præſcriptio moderatioq; teneatur,parcat iuuẽtus pudicitiæ ſuæ etc.* ꝑ Cel.46.b. *Altera in conformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ cernitur.* Off.71.b.
Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. de Ora.111.b.

Quæ

Quæ etiam collegæ eius moderatio de me? ꝓ Seſt.19.b

Adhibēda, eſt etiā in iocando moderatio. đ Or.130.b.

Tempeſtatum moderatio atq; conuerſio. ꝓ Fla.151.b.

Tum oculorum eſt quedam magna moderatio. Ora.202.b.

Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioq; dicendi. ꝓ Rul.66.a.

Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. đ Or.107.b.&.131.b.

Temporis igitur ratio & ipſius dicacitatis & temperātia, & raritas dictorum diſtinguet oratorem a ſcurra.

Etenim ad noſtrum uſum prope modum iam eſt definita moderatio rei familiaris. ꝓ Dom.143.a.

Bonitas & moderatio. X. *ſuperbia ac libido.* đ Ora.140.a. *Ordo & conſtantia & moderatio dictorum omnium atq; factorum.* Off 20.a.

Ordo autem & conſtantia & moderatio &c. Off.4.b.

Noui enim moderationem & grauitatem animi tui. đ Sen.77.a.& Ep.132.a. *Tua moderatio & grauitas.*

Moderatione paulo minus temperatus. At.183.a.

Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali Off.19.b.

Si meam in dicendo moderationem, modeſtiamq; cognoſcitis. I.A.161.b.

Moderator, oris. Ci. đ Or.44.a. *Rector & moderator & tanq̄ architectus tanti operis.*

Moderator ille & quaſi temperator huius uarietatis. Or.203.a. *Diſceptator id eſt, rei ſententiæq; moderator.* pt.230.b.

Eloquens ſit perſonarum temporumq; moderator. Or.207.a. *Sol moderator & dux tēporū.* Tuſ.162.a.

Sol dux & princeps & moderator luminum reliquorum. đ Som.128.b.

Dominos eſſe omnium rerum & moderatores deos. đ L.172.b.

Ventorum moderator quidam & quaſi gubernator. Ep.10.b. *Tu eris omnium moderator conſiliorum meorum.* Ep.16.b.

Moderatrix, cis. Ci. đ N.70.b. *Diuina prouidentia ſictrix & moderatrix materiæ.*

Curia moderatrix officij. ꝓ Fla.158.a.& đ In.43.a.et Tuſ.136.b. *Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum.*

Cæſar remp. ſibi iudicem conſtituit, & moderatricem omnium factorum. I.A.204.a.

Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. Or.199.a.

Moderatus, a, um. temperatus, æquabilis, conſtans.

Ci. đ Or.123.a. *Ego iſta ſtudia non improbo moderata modo ſint.*

Id magno argumento ſit, me in utroq; fuiſſe moderatū I.A.168.a. *Doctrina non moderata nec mitis ſed paulo aſperior ac durior q̄ &c.* ꝓ Mur.132.b.

Qui moderato cultu atq; uictu quieti ſe tradiderit. đ D.83.b. *Noſtri illi moderati & temperati homines &c.* ꝓ Mur.139.a.& ibi. *Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas.*

Vita quæ omni geſtu moderatior, omni uerſu aptior eſſe debet. pad.120.b.

Conuiuium moderatum atq; honeſtum. ꝓ Mur.127.a.

Otium moderatum & honeſtum. đ Cla.165.b.

Excurſio moderata eaq; rara. Or.202.a.& *moderata ingreſſio.* ſ. *temperatus.*

Temperati moderatiq; mores. Ep.199.b.

Vir caſtus moderatus, ſanctus. ꝓ Cor.56.b.& Acad.45.a. *Cupidus.* X. *moderatus.* ꝓ Font.280.b.

Vnguentum moderatum. đ Or.152.a.

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. I.A.189.a.

Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri poteſt? đ Or.111.b.&. Q.Fr.294.a.

Vir natura ipſa moderatus.

Modero, as. Ci. đ Lig.147.a. *Popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto.*

Moderor, aris. modero, modum adhibeo, tempero guberno, certa ratione guberno, metior, moderationē adhibeo Ci. đ Or.26.b. *Actio uocis cōformatione moderāda eſt*

Tibicines, iiq; qui fidibus utuntur ſuo non multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderantur. Tuſ.148.b.

Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. đ Or.131.b.

Te hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. Ep.11.a.

Deus cœlum uerſans, terram tuens, maria moderans. đ N.79.a.

Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. Acad.30.b.

Cum ortus naſcentium luna moderetur. đ D.117.a.

Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatē tradidit. đ Or.104.b.

Venti & tempeſtates res ruſticas moderantur. I.V 199 a.

Queſtio ad moderandā religionē neceſſaria. đ N.1.a.

Moderari nauim ex ſcapha. đ In.51.b.

Regere gubernare, moderari. pt.236.b.

Sententiam aliquam tanq̄ nauigium aliquod ex reip. tēpeſtate moderari. ꝓ Cor.67.b.

Noſter teſtis ſe ipſe ſuſtentat, omnia uerba moderatur ꝓ Fla.148.b.

Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiuſq;. ꝓ Syl.182.a.

Atq; hoc ſic moderetur & cogitet, ſi contentus ſit &c. đ Ar.245.a.

Iudex eſt omni ratione ad tempus ad cauſam oratione moderandus. đ Or.115.a.

Trunco magis toto ſe ipſe moderans. Or.202.a.

Tecum agam lenius q̄d pudor tuus moderatur orationi meæ. ꝓ Cel.38.b.

Lurco moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ. ꝓ Fla.162.b.

Cauſæ, quibus totis moderatur oratio. Or.201.b.

Quinto togam puram iubebo dari, cui Deiotarus moderatur. At.80.b.

Oratio ſine uinculis ſibi ipſa moderatur. đ Or.

Auditorum aures moderantur oratori prudenti. Part.231.a.

Sentio iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meę fugiendamq; ueſtram ſanctitatem. I.V.169.b.
Ca ,quibus ratio moderatur. Tuſ.242.a.
Moderari conſilia ſua officio.d Fin.81.b.
Nam ſi hoc more moderari poſſemus ut &c. Ep.114.b
Cicero ita moderatur in hoc ordine, quaſi unus &c. Sal.In.Ci.270.b.
Quanq̃ moderabor ipſe,ne &c.d Or.94.a.
Moderari uero animo,& orationi cum ſis iratus,non mediocris ingenij eſt.Q.Fr.297.b.
Quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem moderanda ſunt.Off.22.b.& I.A.262.b.Sẽtentiam ſuam non ſemper utilitate Reip ſed cum ſpe tum metu moderari.

Modeſte,moderate.
Ci.In.Sal.275.a.At in prætura modeſte ſe geſſit & abſtinenter.& d.l.184.b.Modeſte parere.
In ea ueſtris iſti ſatellites modeſte inſolentiam ſuam continebunt.ꝫ Rul 94.a.

Modeſtia,ſtiæ.moderatio,pudor,frugalitas.
Ci.Off.4.a.Omnium,quæ fiunt,quæq; dicuntur, ordo & modus,in quo ineſt modeſtia & temperantia.
Modeſtia eſt in animo cotinens moderatio cupiditatum. Ad Her.26.b.
Modeſtia,quo in uerbo modus ineſt.Off 28.b.
Modeſtia eſt per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat authoritatem.d In.82.b.
Tironem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum q̃ propter uſum meum.At.104.b.
Vitæ modeſtia non parum ualet contra falſos rumores Ep.280.b.
Seueritas cenſoria magiſtra pudoris,& modeſtiæ. I.P.82.a.
Virginalis modeſtia.d D.94.b.
Modeſtia .X. inertia & diſſoluta negligentia. Ad Her.27.a.
Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus modeſtia,tẽperantia,iuſtitia.Off.10.a.
Modeſtia ſic definitur a Stoicis ut ſit ſcientia earum rerum quę agentur,aut dicentur loco ſuo collocandarum. Off.28.b.
Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis,idoneorum ad agẽdum temporum.Off 29.a.
Si ineſt in oratione mixta modeſtiæ grauitas,nil admirabilius fieri poteſt.Off 43.a.
Si meam in dicendo moderationem,modeſtiãq; cognoſcitis.I.A.162.b.

Modeſtus.a,um.commodus.ſui cognoſcens.X.immodeſtus.
Ci.Ep.229.a.Homo frugi & modeſtus,& At.214.a.
Modeſtus & frugi uir.&.277.a.
Nam & modeſtum hominem cognoſces & prudentem Ep.268.a.
Pulſus eſt modeſtior Rex & probior & integrior, At.259.a.
Adoleſcentia modeſtiſſima.p Mur.136.b.
Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor.p Plan.264.a.
Plebs optima & modeſtiſſima.ꝫ Rul.82.b.
Modeſtiſſimi mores.p Plan.259.b.

Modice.moderate,mediocriter.
Ci.At.33.a Minæ,quę mihi proponuntur modice me tangunt.
Quanq̃ a me de ea timide modiceq; dicetur. pro Syl. 282.a.
Modice & ſcienter uti aliqua re.d Or.96 a.
Modice ferre aliquod malũ.d Cla.165.a et.I.A.232. a.& d Fin.58.b.
Genere breuiter modiceq; laudato.pt.236.a.
Sed quoniam is fortaſſe arbitraretur,me hanc remp. non putare,ſi perpetuo facerem,modice hoc faciam aut etiam intra modum.Ep.49.a.

Modicus,a,um.paucus,paruus,moderatus,mediocris.
Ci.pad.125.a.Pecunia mea eſt ad uulgi opinionem mediocris,ad meam modica,ad tuam nulla.
Argumenta ſi ex reis numeres innumerabilia ſunt,ſi ex rebus ualde modica.d Or.121.a.& ibi.Generum quæſtiones modicæ & paucæ ſunt.
Quæ in patribus aguntur modica ſunto id eſt modeſta atq; ſedata.d.l.192.a.
Si modo temperatus eſcis modicisq; potationibus eſt affectus.d D.104.a.
Sed tamen modici fuimus in apotheoſi.At.57.b.
Hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuerunt niſi quędam eſſent modica natura.d Fin.231.b.
Vtendum eſt exercitationibus modicis.d Son.84.a.
Genus dicendi ſubtile,modicum,uehemens. Or.203.a.
Actio modica iactatione corporis.Or.204.b.
Modica interualla.

Modificatus,a um. Ci.pt.281.a.Verba ab oratore modificata & inflexa quodammodo.
Verba illa modificata eſſe debebunt.d Or.260.a.
Depulſo de pectore et in omne corpus diuiſo et modificato cibo.d D.220 a.

Modius,dij.ſexta pars medimni.
Ci.I.V.171.b.I.V.59.b.Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit.&.165.a. Coguntur Æſchrio dare tritici modios.M.MMDC.i. Medimna. DC.ut ſupra dixerat.164.b.
Marcus Seius in caritate annonæ aſſe modium populo dedit.Off.45.b.
Verum eſt id quod dicitur multos modios ſalis ſimul edendos eſſe ut amicitiæ munus expletũ ſit.Am.109.a.

Modo.pauloante,memoria noſtra,tum.
Ci.d. D.80.b.&.100.a. Ci. I.V.208.a. Nuper, quid dico nuper immo uero modo & planè paulo ante.
Quorum ſatis arguta multa.ſed ut modo primumq; naſcentia,minuta nimiſq; depicta.Or.200.b.
Modo uno tempore tot uiri clariſſimi interierunt.Ep. 50.b.
Modo planè annis CXL.ante me conſulem. d Cla. 269.b.& Off.49.a.
Contudi animum & fortaſſe uici,ſi modo permanſero. At.201.b.
Demq; uideantur ſane,ne affirmentur modo. Acad. 22.b. Quãq̃ quis ignorat,qui modo unq̃ mediocriter hæc ſcire curauit.p Fla.159.b.
Hæc omnibus qui ea mediocriter modo conſiderant,

pertractata

pertractata eſſe poſſunt. ď Or.122.a.
Si nos mediocris modo fortuna reip. adiuuerit. Epi. 152.b. *Si Pompeius paulum modo ſibi placere oſtẽderit*. Ep.5.b.
Quæ ſecundis rebus delectationem modo habere uidebantur nunc uero etiam ſalutem. Ep.89.b.
Studia noſtra, a quibus antea delectationem modo & ſolatium nunc uero etiam ſalutem deeſſe non arbitramur. Ep.127.a.
Hi unum modo quale ſit ſuſpicantur. Or.199.a.
Si in his paulum modo offenſum eſt. ď Or.161.a.
In hac arte ſi modo eſt hæc ars. ď Or.123.a.
Nemo unquã aliter Philoſophus ſenſit in quo modo eſſet authoritas. ď D.98.b.
Lentulus ſatis erat fortis orator, ſi modo orator. Ora. 189.b. *Si modo recte ſatis eſt*. Ep.92.b.
Cicero ſeruitutem honorificam modo non aſpernatur. Brut.288.a.
Iſti modo uideant, qua ratione &c. Anteq̃.195.b.
Vide modo etiam atq; conſidera. I.V.62.a. et Ep.112.b. *Vide modo inquis &c.*
Vt uel omnem impetum belli in me conuertere nõ recuſem, ſi modo meo caſu patriæ periculum morari poſſim. Ep.149.a. *A tergo uidetur ſi inſamet poſſe opprimi, modo ut urbe ſalua*. Ep.261.a. & .94.b.
Modo ut tibi conſtiterit fructus otij tui.
Putant enim qui inculte dicat modo id eleganter faciat, eum ſolum Attice dicere. Or.199.a.
O Academiam uolaticam, modo huc modo illuc. At. 212.b. *Modo hoc modo illud audire*. At.30.b.
Carneades modo ait hoc, modo illud. ď D.93.b.
Modo hoc modo, modo illo modo affici. ď D.127.b.
Modo unum tum autem plures. ď. N.8.a.b. & .9.a. *Modo mundum, tum mentem putat &c.*
Modo egens, repente diues. I.A.173.a.
Prouincia Galliæ conſtat ex ijs generibus hominũ, qui partim noſtra memoria bella cũ Rom. acerba geſſerunt partim modo ab noſtris imperatoribus ſubacti, modo bello domiti modo triũphis notati modo ab ſenatu agris multati ſunt partim &c. p Font.276.b.
Nitor orationis noſtræ ſi modo is eſt aliquis in nobis. At.209.b.
Modo enim hoc malum in hanc rẽp. inuaſit. Off.49.a.
Nemo ciuis eſt qui modo ſe ciuem eſſe meminerit quin uos non fugiat. I.P.89.a.
Modo pro tantummodo. Ep.89.b.

Modulate. Ci.ď.N.30.b. *Tibiæ modulate canentes et fidiculæ numeroſe ſonantes.*

Modulor, aris. Ci.ď Or.160.a. *Aures hominum uocẽ natura modulantur ipſa*. & Or.202.a. *Ipſa natura quaſi modulatur hominum orationem.*

Modus, di. ratio, uia. Ci. Off.17.b. *Vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit definendi modus.*
Modus autẽ eſt optimus, decus ipſum tenere. Off.28.b.
Diligenter tenendus eſt modus uoluptatis fruendæ. Off.11.b. *Solis acceſſus & receſſus frigoris & caloris modum temperant*. ď N.35.b.
Oculorum & hilaritatis & uiciſſim triſtitiæ modũ res ipſæ, de quibus agetur temperabunt. Or.202.b.
In ipſo tactu eſt modus mollitudinis & leuitatis. ď Or. e51.a. *In omnibus rebus uidendum eſt quatenus, & ſi enim ſuus cuiq; modus eſt, tamen magis offendit nimium q̃ parum*. Or.203.b.
Nullus modus eſt hominis occidendi, quo ille non aliquos occiderit. p.
Iuditium in quo non modus eſt habitus non mos, conſuetudoq; ſeruata. p Clu.37.b.
Hoc ab eo more & modo factum eſt. p Mur.141.a.
Ludendi eſt modus quidam retinendus ut ne nimis omnia profundamus. Off.21.a.
Αφελῶς quã tu ſoles dicere bono modo deſidero. Q.Fr.311.a. *De die tantũ uideto & id ipſum bono modo*. At.212.a. *tantum quantum uidebitur.*
Omnium quæ fiunt quæq; dicuntur ordo & modus. Off.4.a.
Pictoris cuiuſdam ſummi ratione & modo formarũ uarietate locos diſtinguentis. ď Or.141.b.
Hæc tibi tum ſunt defendenda q̃ mœnia, mihi autem bono modo. Acad.35.a.
Modice faciam aut etiam intra modum. Ep.49.a.
Sed habet iſta res medium quendam modũ. Ep.52.b.
Sed eſt earum non ſatietas ſed modus. Ep.232.b.
Ergo & auarus erit ſed finite, & adulter, ſed habebit modum. ď Fin.70.b.
Nec magnitudinis nec diuturnitatis modum terminat. Tuſ.184.b.
Terminare modum artis utilitate. Tuſ.e49.a.
Statuere modum alienæ induſtriæ. ď Fin.49.b. & Ad Her.17.a. *Statuere modum unicuiq; rei.*
Statuere modum inimicitiarum. p Syl.e76.a.
Statuere modum imperio. p Pom.9.a.
Conſtituere modum rebus infinitis. ď Fin.49.b.
Niſi tibi aliquem uitæ modum conſtitueris, coges me &c. p Syl.175.b.
Definire modum alicui rei. p Mar.135.a.
Apponere & adhibere modum. Tuſ.244.a.
Modus eſt in quo quemadmodum & quo animo factũ ſit, queritur. ď In.51.a.
Eſt igitur adhuc modum ſermo inſtitutus. Tuſ.176.b. e77.a. *Atq; ea quidem argumenta ad hunc modũ tentari oportebit*. ď In.57.b.
In qua utrum conceſſeris reprehenditur ad hunc modũ. ď In.51.b. *Sine certarum perſonarum interpoſitione ad hunc modum*. ď In.43.b. *ut ſi quis &c.*
Quod ſine ullo teſte firmatur hoc modo, nemo eſt &c. ď In.52.a. *Vna reliqua neceſſario confirmatur, hoc pacto*. ď In.52.a.
Siue ſic eſt ſiue illo modo. ď D.133.b.
Iſta ratione. ď Or.103.b.
Modo & ratione omnia facere. p Quin.4.b. & *recte & ordine aliquid fieri.*
Cauendum eſt etiam ſi ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. Off.28.b.
Vox quaſi extra modum abſona. ď Or.146.b.
Cum lacus Albanus p̃ter modũ creuiſſet ď D.100.b.
Tamen antiquum modum ſationis nulla ex parte exe-

qui potuit.I.V.137.a.
Voluiſti magnum agri modum cenſere.p Fla.
De modo agri.At.216 a.
Quibus finem fecit non mulieris modus ſed amicorũ au-
thoritas.p Clu.58.a.
Vt in muſicis numeri & uoces & modi đ Or.100.b.
Surdus uarietates uocum aut modos noſcere non poteſt.
đ.D.110.a. Antiquus uocum modus, & uarij canen-
di ſoni.đ Leg.177.b. & ibi. Oculos ceruiceſq; pariter
cum modorum flexionibus torquent.
Roſcius dicebat ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tar-
dioris tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturũ.
đ Or.107.b. Illi octo curſus in quibus eadem uis eſt
duorum modorum, ſeptem efficiunt diſtinctos interual
lis ſonos.đ Som.129.a.
Non ſunt in oratione tanq̃ tibiani percuſſionum modi,
ſed uniuerſa comprehenſio.Or.216.b.& ibi.a.In eis ſin
gulis pedibus modus ineſt, aut ſeſquiplex aut duplex
aut par. Non poetico ſed quodam oratorio numero
& modo.đ Or.97.a.&.160.a. Poetæ quos neceſſitas
cogit & ipſi numeri & modi.& Or.215.a.Modus pro
uerſu. Carmen & rebus & uerbis & modis lugu-
bre.Tuſ.200.a.&.171.a.Preſſi & flebiles modi.
Nos modum aliquem & finem orationi noſtræ facia-
mus.I.V.132.b.&.137.b.Quid uero modum ſtatuariũ
haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt.
Quinam internecioni hominum modus paretur? đ.N.
78.a. Itaq; mihi non tam copia q̃ modus in dicendo
quærendus eſt.p Pom.4.b.
Facere modum lugendi.Ep.73.a.&.145.a.Quare fa-
ciam modum.&.103.a.Peto a te maiorem in modum,ut
&c.&.178 a.& At.264.a.In maiorem modum.& Q.
Fr 315.a.
Mirum in modum gaudeo &c.Ep.149.a.&.257.a.
Mirandum in modum iratus eſt.At.2.b.&.27.b.&.I.
V.231 a. Mirabilem in modum.At.74.a. &.76.b.
Incredibilem in modum.
Miſerandum in modum necari.đ Pro.70.a.
Seruilem in modum cruciari.I.V.68.b.&.250 b.Hoſti
lem in modum.
Hilarem in modum.At.72 a.
In mirandam altitudinem.I.V.249.b.
Iam uero animus non eſſe ſolum ſed etiam cuiuſdam mo
di debet eſſe.đ Fin.133.a.
Num etiam ſi fiſſum cuiuſdam modi fuerit, in iecore lu-
crum oſtenditur? đ.D.115.b.
Homines cuiuſq; modi I.V.201.b.
Cuiuſq; modi uoluptates.đ Fin.60.a. &.64.b. Multa
cuiuſq; modi rapit.
Cuiuſq; modi ridicula. đ Or.135.b. & p Flac.154.b.
Cum tabulæ ipſæ cuiuſq; modi ſunt proferuntur.
In toe hominum cuiuſq; modi uitijs.Q.đ Pet.213.a.
Lex cuiuſce modi ſit.đ In.79.a.i.qualiſcunq; ſit.
Vereor cuiuſq; modi es Roſci,ne &c.p S.R. 34.b.
Cuiuſmodi ſunt, qui &c.đ Fin.96.b.& Tuſ.251.b.&
đ Or.112.b. Eiuſdem modi totum ius prætorium.I.
V.114.b.&.200.b.
Quia poſſit eiuſdem modi exiſtere falſum aliquod, cu-
iuſmodi hoc uerum.Acad.25 b.
An eiuſdem modi? đ Fin.86.a.&.I.V.108.a.
Id autem eiuſmodi eſt, ut &c.đ Fin.73.a.
Vniuſmodi.At.140.a & Acn 44.a.Vniuſmodi & ſim
plex. Iſtiuſmodi res.đ Fin.94.a.&.I.V.107.a.
Iſtiuſmodi prætor.& At.108.b.Oĩa iſtiuſmodi regna.
Illiuſmodi quadruplatores.I.V.65.b.
Illiuſmodi quicq̃ cogitare.At.108.b.
Cum res aliuſmodi eſt ac putatur.đ In.64.b.
Accepi eiuſmodi litteras, ut neuter &c.Ci.
Vno modo.Or.208.a.Nec enim ſemper tractantur uno
modo.
Omni modo egi cum Rege & ago quotidie.At.91.a.
Humano modo, uſitato more.I.V.110.a.
Tibicinis latum modo.p Mur.229.b.
Cæteros umbrarum uagari modo đ.D.98.b.
Ipſiſq; authores fuit ut aliquando controuerſiarum aliquẽ
facerent modum.đ Leg.166.b.
Non æſtimatione cenſus, ſed uictu atq; cultu terminatur
diuitiarum modus.Parad.125.b.
Eſt ſcilicet utriuſq; rei modus ſicut reliquarũ.Ae.281.a
His enim rebus, quæ tractantur in uita modum quendã
adhibentes & ordinem, honeſtatem & decus conſerua-
bimus.Off 4.b.
In omnibus quæ aguntur ex eo modo quem quiſq; na-
ctus eſt quid deceat exquirimus.Off.24.a.
Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certiſſimo modo
erat etiam illius exercitus.I.A.226.b.
Nam habet natura ut aliarum rerum omnium ſic uiuen-
di modum.đ Sen.95.a.& Parad.120.b.Etiam ne in mi
nimis rebus: ſi quidem rerum modum fingere non poſſu
mus, animorum modum tenere poſſumus.&.124.b. Ex
eo; quantum cuiq; ſat eſt metiuntur homines diuitiarum
modum.& ibi.Quantum cuiq; ſat eſt ad id accommoda
tur diuitiarum modus.
Demetrius ſepulchris nouis finiuit modum. đ.L.183.b.
Conſtituere modum faciendi aliquid.p Mil.123.b.
Mœchus,chi.adulter. Ci.Ep.116 b. Ocella nemini per
ſuaſiſſet ſe mœchum eſſe, niſi &c.& Ter.8.a.Vt arbitre
tur te ſibi paratum mœchum, ſi illam duxeris.
Mœnia,orum. muri urbis. Cic.đ.N.79.a.Muri urbis,
quos uos pontifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiuſq; urbẽ
religione q̃ ipſis mœnibus cingitis.& p Plã.280.a.Brũ
duſium ueni uel potius ad mœnia acceſſi.
Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, mœnibus
ſepſerunt.p Seſt.22.b.
Hæc tibi tam ſunt defendenda q̃ mœnia.Acad.34.b.
Armatum ad patriæ mœnia accedere.At.120.b.& đ.L.
168.b.Cum ſeſe non unius circundatum mœnibus popu-
larem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi agnouerit.
Mœrens,tis. Ci.Tuſ.154.b.Illa lugubris lamentatio fle
tuſq; mœrens.& p Syl.181.a.P.Sylla mœrens, demiſ-
ſus, afflictus.
Mœreo,es. doleo, lugeo, gemo, in mœſtitia ſum, uoce &
querelis dolorẽ indico. Ci.Ep.233 b.Nec miror ſed
mœreo caſum eiuſmodi. Illud mœreo, quod &c. Q.
Fr.305.a. At illa ſicut acerbiſſimam rem mœret.Tuſ.
271.a. Non uerebar ne quis perditorum ciuiũ more

tem mœreret. ꝑ Seſt. 11. b. & 10. a. Etiam ne edicere audeas, ne homines ſuam, meam, reip. mœrerẽt calamitatẽ.

Cum grauiter filij mortem mœreret. Tuſ. 173. b.

Amici, qui tuo dolore mœrent. Ep. 52. a.

Homines alienis bonis mœrentes. ꝑ Cor. 46. b.

Nemo enim mœret ſuo incommodo. Tuſ. 154. b. dolent fortaſſe & anguntur. *Cum triſtis eſſet Calchas, mœſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus. Or. 203. b.*

Vt nemo unq̃ unici filij mortẽ magis doluerit q̃ ille mœret patris. I. A. 223. a.

Cum omnes boni abditi incluſiq; mœrerent, templa gemerent &c. I. P. 33. b.

Lugente Senatu mœrentibus bonis oĩbus. ꝑ Do. 218. b.

Quid enim poſſum aliud niſi dolere: niſi fleret, ꝑ Plan. 281. a. *Qui remp. nimis tarde concidere mœrent. ꝑ Seſt. 8. a.* *Nec domo mœrens ad remp. confugere poſſum. Ep. 61. b. & đ Or. 126. a.*

Mœror, ris. *ægritudo flebilis. Tuſ 213. a.*

Ci. At. 196. b. Mœrorem minui, dolorem non potui.

Cum C. Marius mœrorem orationis meæ lacrymis ſuis adiuuaret. đ Or. 126. b.

Cum a me exponeretur, quanto in mœrore uerſatus eſſem. Ep. 69. b. & 72. b.

Iacet in mœrore meus frater. At. 157. a. & 189. b.

Diſceſſerat ab Aſia frater meus magno ſqualore, ſed multo maiore mœrore. ꝑ Seſt. 18. b.

Nihil enim de mœrore minuendo ſcriptum ab ullo eſt, quod &c. At. 189. b.

Mœſte. *Ad Her. 20. b. Tũ clemẽter, mœſte, hilariter &c.*

Mœſtitia, tiæ. *mœror, triſtitia luctus. ſqualor.* ✕ *hilaritas.*

Ci. Tuſ. 171. a. Preſſi & flebiles modi, qui totis theatris mœſtitiam inferant.

Tanta in mœſtitia fui, quanta &c. I. A. 167. b.

Superciliorum remiſſio aut contractio, mœſtitia, hilaritas &c. I. Off. 29. b.

Reſiſtere mœſtitiæ. Or. 210. b. & 201. b. Seueritas & quaſi mœſtitia orationis.

Mœſtus, a, um. *triſtis, mœrens, ſordidatus, incultus, horridus, capillatus.* *Ci. đ Or. 120. b. Cum excitaui mœſtũ ac ſordidatum ſenem.* *Cum eum incultum horridum, mœſtumq; uidiſſes. Poſtq̃. 207. a.*

Vt tum me a rep. mœſtum domus excipiebat. Ep. 61. b.

Mœſto & conturbato uultu. Ad Her. 21. a.

Mola, læ. *Ci. đ. D. 116. a. Cor eſt in extis, iam abſcedet ſimul ac molam & uinum inſperſeris.*

Fauonius Rhodi uidetur molis potius q̃ Moloni operã dediſſe. At. 23. a.

Moles, lis. *Ci. I. V. 228. a. Fons munitione ac mole lapidum a mari diſiunctus.*

Aditus inſulę muniti ſunt mirificis molibus. At. 66. b. & 260. b. Ab utroq; portus cornu moles iacimus.

Albanorum aræ, quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. ꝑ Mil. 118. a.

Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæ literę diuinæ uirtutis teſtes ſempiternæ. I. A. 264. a.

Hi Capuam ſedem nouæ reip. conſtituunt, molem contra ueterem remp. comparant. ꝯ Rul. 84. a.

Vix molem iſtius iniuriæ ſuſtinebo. I. C. 102. a.

Non ſcale tantam molem mali a ceruicibus depuliſſem. I. C. 114. b.

Agrorũ irrigationes, moles oppoſitę fluctibus. Of. 35. b

Moleſte. *grauiter.* *Ci. Ep. 11. a. Sanè moleſte Pompeiũ id ferre conſtabat.*

Te de prędio Auiæ exerceri moleſte fero. At. 221. b. et 26. a. Iam illud moleſte rogo, ut &c.

Moleſtia, ſtiæ. *cura, ſolicitudo, angor, negotium, ægritudo permanens. Tuſ. 213. a.*

Ci. đ Or. 142. b. Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamq; renouauit.

Omnes moleſtias & ſolicitudines quibus te miſerrimam habui, depoſui. Ep. 236. b.

Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam capio. ꝑ Syl. 167. a.

Nunq̃ hac te cura & moleſtia liberabo. ꝑ Q. R. 50. b.

Niſi iam ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias. Ep. 26. b. & 10. a. In moleſtia gaudeo.

Habeo etiam illam moleſtiam, quod &c. Ep. 261. b. & 67. a. Eſſe in maximis moleſtijs.

Trahere moleſtiam ex pernicie reip. Ep. 47. a. & 201. a. Exhibere moleſtiam alicui. & At. 21. a.

Sed in hoc ipſo habent tamen ijdem faſces moleſtiã. Att. 120 b. *Nunc mihi iocunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtię, quod &c. Q. Fr. 312. b. & 327. a. Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola.*

Qui monentur, eam moleſtiam quam debent capere nõ capiunt &c. đ Am. 113. a.

Moleſtus, a, um. *grauis, intempeſtiuus, odioſus, negotioſus, laborioſus.*

Ci. đ Am. 100. a. Amicitia nunq̃ intempeſtiua nunq̃ moleſta eſt. *Minus alijs grauis aut moleſta uita eſt otioſorum. Off. 14. b.*

Prouincia negotioſa & moleſta. ꝑ Mur. 128. a.

Nihil laborioſius moleſtiusq; prouincia. đ Leg. 287. b.

Labor operoſus & moleſtus. đ. N. 37. b.

Academiam renouari a te niſi moleſtum eſt uelim. Acad. 41. b.

Nos quidem, niſi forte moleſti nobis interuenimus, ueniſſe delectat. đ Or. 110. a.

Si tibi graue non erit. Ep. 230. a.

Cupidis talium rerum odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. đ Sen. 87. a.

Sunt enim quidam, qui moleſtas amicitias faciunt, cũ ipſi ſe contemni putant. đ Am. 109. b.

Molior, iris. *ago, ſtruo, conor & quodammodo machinor, paro.*

Ci. đ N. 1. a. b. Vtrum Dij nihil agant, nihil moliantur, atq; ab omni curatione & adminiſtratione rerum uacẽt, an contra ab ijs cuncta regantur. & 12. a. Deus nulla opera molitur.

Agam ipſe per me & moliar Ep. 87. b. et Acad. 7. a. Vt moliatur aliquid & faciat.

Agens aliquid & moliens Deus. đ. N. 16. b. & 37. b.

Non ceſſans Deus, nec quę agit moliens cum labore operoſo & moleſto.

Qui aliquod munus efficere molitur. đ Leg. 195 b.

Nunc id ſperamus atq; molimur, ut &c. Ep. 5. a.

Amplius hora iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. I.V.222.b. & 253.b. Non me pœnitet pro ratione temporũ ita eſſe molitum. Epi.89.a & đ Fin.59.b. Si molita quippiam eſt.
Moliri periculum alicui. ꝓ Seſt.3.a.
Moliri inſidias alicui. ꝓ Clu.54.b. & 55.b. Struere & moliri aliquid calamitatis alicui.
Moliri aliquid mali. ꝓ S.R.22.a. & ꝯ Rul.68.a. Moliri aliquid occulte. & Tuſ.151.b. Moliri maiora.
Peſtem patriæ nefarie moliri. I.C.104.b.
M. Druſus multa in rep. moliens. ꝓ Plan.266.a.
Quis igitur hanc optimatum diſcordiam molitur. de Ar.253.a.
Niſi quid occulte Cæſar per Tribunos molitus erit. At.105.b.
Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur. ꝓ S.R.33.b.
Equidem illud molior, ut mihi Cæſar concedat ut abſim. At.138.b.
De quo molimur aliquid exquiſitius dicere. Or.200.a.
Minime obſcurum eſt, quod iſti moliuntur.
At.236.b. & 257.a. Octauius magna molitur.
Senectus eſt operoſa & ſemper agens aliquid & moliens, tale ſcilicet &c. Sen.82.a.
Reus corruptelam iudicij moliens. Parad.125.a.
Hæc ferè ſunt in iudicum animis oratione molienda, amor, odium &c. đ Or.127.b.
Mundum efficere moliens Deus terram primum ignẽꝗ iungebat &c. đ Vn.197.a.
Si Milonem de tua uita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas. ꝓ Mil.114.a.

Molitio, onis.
Ci. đ N.5.b. Quæ molitio? quæ ferramenta? qui uectes? & 6.b. Tanta rerum molitio.
Originem rerum & molitionem nouam quærens. de Vn.196.a.

Molitor, oris. Effector mundi & molitor Deus. đ Vn.197.b.

Mollio lis.
Ci. đ N.20.a. Sed uſu mollienda nobis dura uerba ſunt. & Or.201.b. Mollire dura.
Dentibus manditur, extenuatur & mollitur cibus. de N.53.a.
Frigoribus dureſcit humor, & idem uiciſſim mollitur tepefactus & tabeſcit calore. đ N.31.a.
Nilus recedens agros mollitos oblimatosꝗ ad ſerendum relinquit. đ N.52.a.
Ætas iam deflexa ad otium domeſticarum me rerum delectatione molliuit. đ Or.145.a.
Fabius Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. đ Sen.79.b.
Poetæ molliunt animos noſtros. Tuſ.180.b.
Sed nos animum opinionibus maloꝗ more delinitum mollitimus. Tuſ.243.b.
Ipſa illa martia legio hoc nuntio langueſcet & mollietur, I.A.240.b.

Mollipes dis.
Ci. đ D.83.a. Mollipedesꝗ ſpectantes lumina cœli.

Mollis, lis. tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus. ✕. Durus & quaſi ferreus. Ci. đ Cla.168.a. Hic inflexit orationem & eam mollem teneramꝗ reddidit. & Or.201.b. Oratio mollis & tenera & ita flexibilis ut ſequatur quocunꝗ torqueas.
Genus dicendi molle & remiſſum. đ Or.127.b.
Ne quid effœminatum aut molle, aut ne quid durum aut ruſticum ſit. Off.26.a.
Infima auricula mollior. Q.Fr.316.a.
Philoſophus mollis, languidus, eneruatus, omnia ad uoluptatem corporis doloremꝗ referens. đ Or.104.a. & de Fin.56.b. Voluptarius, delicatus et mollis. et 127.a.
Solutus & mollis in geſtu. đ Cla.285.a.
Quodammodo molli bracchio obiurgare aliquem. At.22.a. Molle, tenerũ, fragile, flexibile. ꝓ Mil.109.a.

Molliter, leniter.
Ci. đ Or.148. Recubare alicubi molliter ac delicate. & Off.21.b. Delicate & molliter uiuere.
Id enim feci parce & molliter. Epi.16.b.
Aues nidos conſtruunt, eoſꝗ quã poſſunt molliſſime ſubſternunt. đ N.52.a.
Quod ferendum eſt molliter ſapienti. đ Sen.78.a.

Mollitia tiæ. et Mollities, ei. mollitudo, teneritas, lenitudo.
Ci. Part.237.a. Lenitatem mollitia animi imitatur.
Qui officia deſerunt mollitia animi id eſt laborũ & dolorum fuga. đ Fin.55.b. & Tuſ.386.b.
In primo ortu ineſt mollities & teneritas quædam. de Fin.139.a.
Agilitas, ut ita dicam mollitiesꝗ naturæ. At.14.b.
Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem & conſuetudinem uictus. At.194.b.
Qua mollitia ſum animi & lenitate. ꝓ Syl.170.a.
Ciuitatum mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus. đ L.177.b.
Mollitia ceruicum. Or.202.a.

Mollitudo, nis.
Ci. đ N.53.b. In pulmonibus ineſt raritas quædã et aſſimilis ſpongiæ mollitudo.
In ipſo tactu eſt & mollitudinis & leuitatis modus. đ Or.252.a. & 157.b.
Mollitudo corporis, lenitudo orationis. Tuſ.237.b.
Mollitudo uocis, cum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus. Ad Her.19.b.

Momentum, ti. punctum temporis, pondus, uis, motus, eodem & loci ueſtigio & temporis.
Ci. Epi.88.a. Omnia momenta obſeruabimus. neꝗ ullũ prætermittemus tempus tui iuuandi.
Nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo, quã Stoici. đ Fin.145.b. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. I.A.199.b. Paruis enim momẽtis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. de D.105.a. Omnia ex altera parte collocata uix minimi momenti inſtar obtinent. Off.54.a.
An ignoratis cætera uectigalia perleui ſæpe momento fortunæ inclinatione temporis pendere? ꝯ Rul.82.a. & de Fin.126.b. Momenta temporũ. M. Cato diligẽtiſſime perpẽdens momẽta officiorũ oĩum. ꝓ Mur.124.b.
Quæſtura utriuſꝗ propemodum pari momento ſortis fuit.

fuit. ꝓ Mur. 128. a.
Nihil aliud alij momento ullo antepones. đ Fin. 96. b. & 145. b. Nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo quàm Stoici.
Paria in contrarijs partibus rationum momenta. Acad. 47. b. Non ſemper ex eiſdem argumentorum momenta ſunt. Or. 101. a.
Hoc nihil habet momenti. đ Fin. 72. b.
Ita ſunt in pleriſq; contrariarum rationum paria momenta. Acad. 31. b.
Petunt aliquid publicani, caue quicquã habeat momenti gratia. ꝓ Mur. 139. a.
Hęc res nullum habet momentum ad beatam uitam. de Fin. 117. a. & ibi. Qui ad appetitionem rerum eſſe in his momenta diceret. & ibi. Ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum.
In his momenta ſunt maxima ad beate uiuendum. de Fin. 133. a.
Hoc plus aut ad beatam aut ad miſeram uitam affert momenti quàm eorum utrumuis. đ Fin. 60. b.
In rep. permagni momenti eſt ratio atq; inclinatio temporum. I. V. 272. b.
Non enim ignoras quanta momenta ſint in rep. temporum Bru 90. b.
Vt ſua authoritas aliquid apud ueſtros animos momenti habuiſſe uideatur. ꝓ Font. 276. b.
Si quid habet aut momenti commendatio, aut authoritatis confirmatio mea. ꝓ Mur. 145. b.
Teſtimonium tuum nullius momenti putatur. In Vat. 29. a. Id eſt maximi momenti & ponderis. In. Vat. 30. b. Magno momento eſſe ad perſuadendum. de In. 72. a.
Magna cõm͂ ad proficiſcendum tuis literis. At. 254. b.
Ad unamquamq; rem exiſtimandam momentoq; ſuo põderandam. ꝓ Fon. 278. b.
Inuenta non ſolum ordine ſed etiam momento quodam atq; iudicio diſponere. đ Or. 96. b.
Aſtra forma ipſa figuraq; ſua momenta ſuſtinent. de Na. 49. b.
Elementa habent inter ſe diuiſa momenta. Tuſ. 156. b.
Sed propera per Deos. ſcis enim quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate. At. 284. a.

Momus, mi. Ci. At. 80. a. Vt ẽt Ligurino μώμῳ ſatiſfaciã.

Moneo, es. admoneo, ſuadeo, hortor, præcipio, prædico.
Ci. đ In. 70. b. Pietas officium erga parentes conſeruare monet. Mea cauſa me mones, quod nõ intelligam, quid igitur me mones? đ D. 135. b. & 135. b. Quæ noſtra cauſa nos mones.
Tu me de retinẽda Seſtij gratia literis monuiſti. Q. Fr. 309. a. Te oro ut Terentiam moneas de teſtamento. At. 181. a. Monere aliquem de aliqua re. At. 275. a. & đ D. 123. a & Epi. 176. b.
Monere aliquem ut fugiat infamiam. Epi. 2. a. & ut caueat ab aliquo. đ Ar. 249. b.
Monere aliquem ne aliquid faciat. Off. 8. b.
De quo ipſo nunc monemur. đ Ar. 254. a. & 256. a. b.
Cum dij monent de optimatum diſcordijs.
De ijs te, ſi quis me forte locus admonuerit, commonebo. đ Or. 147. a.
Sed eos hoc moneo, deſinant furere. I. C. 108. b.
Vt recte præcipere uideantur, qui monent &c. Offi. 18. b. Id ipſum, quod me mones qua tridno ante cogitaram. At. 234. a.
Hic ſulpitius, me quidem inquit recte mones, ſed &c. đ Or. 117. a.
Eaq; me ex tuis mandatis monuit, quæ &c. Epi. 31. b.
Quæ tu me mones, ut caueam. Epi. 17. b.
Si te unum illud monuerimus. Ad Her. 1. a.
Monere atq; hortari aliquem. Epi. 143. b. & 145. b.
Monente & denuntiante te. Epi. 47. a.
Memoria noſtræ amicitiæ & uirtute filij tui monitus Epi. 74 b.
Moneo, prædico, ante denuntio. I. V. 73. a.
Authoritate monere. Epi. 145. b.
Equidem non deero, monebo, prædicabo, denuntiabo, & teſtabor ſemper Deos & homines quid ſentiam. In A. 212. b.
Sed cum tot Signis natura declaret quid uelit, obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea, quæ ab ea monemur, audimus &c. Am. 112. b. & ibi. Nam & monendi ſæpe amici ſunt & obiurgandi, & hæc accipienda amicæ cum beneuole ſiunt.

Moneta tæ. Ci. đ N. 69. a. & đ D. 101. a. Iuno Monetæ. & ibi de ea &c.

Monile, lis. Ci. I. V. 208. b. Monile ex auro & gẽmis.

Monimentum, ti. & monumentum, ti. memoria, literæ, commentarij, extructio, ornamentum, publicum opus, tropæum, moles, ſepulchrum.
Ci. đ In. 51. a. Res, quarum monimenta certa in literis extant. Cupio ꝙ celerrime res noſtras monimentis commendari tuis. Epi. 67. a.
Nec nos quidem noſtra diuinatio fallet, quam ſapientiſſimorum uirorum monimentis atq; præceptis conſecuti ſumus. Epi. 83. a.
Athenis primum monimentis & literis oratio eſt cœpta mandari. đ Cla. 167. a. & Acad. 1. b. & 39. b.
Vt ex Attici monumentis poteſt perſpici. đ Cla. 167. a. & de Fin. Monimenta rerum geſtarum & uetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent. đ Or. 101. b.
Qui ſine ullis ornamentis monimenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumq; rerum reliquerunt. de Or. 114 a. Niſi iſta pecunia grauiſſimis eſſet certiſſimisq; monimentis teſtata, cui data, quo ſenatuſconſulto &c. Epi. 75. b.
Nos ex annalium monumẽtis teſtes excitamus eos, quorum &c. đ Fin. 78. b.
Iſte omnes & ſuppliciorum et uerborum acerbitates nõ ex memoria noſtra ac patrum noſtrorum ſed ex annalium monimentis atq; ex regum commentarijs conquiſiuit. ꝓ R ab 93. a. Ipſæ enim familię ſua quaſi ornamẽta & monimẽta ſeruabant, & ad uſum ſi quis eiuſdẽ generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum & ad illuſtrandam nobilitatem ſuã đ Cla. 170. a.
Extare enim uolebã in crudeliſſimos hoſtes monumẽta odij publica ſempiterna. At. 283. b. Cum ad tẽplũ monimentumq; noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent. Ci.

prædas ac manubias ſuas Imperatores in monumenta deorum immortalium atq; in urbis ornamenta conferre. ꝓ Rul.78.b.

Tot præclaris teſtimonijs monumentisq; uirtutis comparatis. Anteq.193.a.

Hæc tu ſceleris ueſtigia q̃ monimenta maiorum ſapientiæ ſequi maluiſti ꝓ Rul.86.a.

Quibus pro tantis rebus nullum inſigne honoris nullum monumentum laudis poſtulo. I.C.116.b.

In animis ego ueſtris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis inſignia condi & collocari uolo. I.C.116.b.

Aditus templorum ac monumentorum ſuorum carminibus exornauit. ꝑ Arch.191.a.

Monumentum quod poſitũ eſt ut eſſet indiciũ oppreſſi Senatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis. pro Dom.235.b.

Quid quod nunc apud pontifices agis te meam domũ conſecraſſe, te monumentum feciſſe, te in meis ædibus ſignum dedicaſſe. ꝑ Dom.221.b.

Si mea domus non modo mihi non redditur ſed etiã monumentum præbet inimico doloris mei ſceleris ſui, publicæ calamitatis, quis erit &c. ꝑ Dom.231.a.

Apud te, cuius nullum in rep. unquã monumentum fuit. I.V.267.a.

Non meum monimentum, non enim illæ manubiæ meæ ſed operis locatio mea fuerat. Epi 13.b.

Monumentum ei marmoreum faciendum locauerunt. Epi.16.a.

Monumenta ſepulchrorum. Tuſ.154.b. & ď Fin.89.a.

Elogia monumentorum.

Indicia & monumenta furtorum. I.V.144.b. & 205.a.

Statuere æterna inſignia poſteris, & ſtatuere æternum monumentum ď In 71.a.

Is in Macedonia trophæa poſuit, quę bellicę laudis uictoriæq; inſignia & monumenta ſunt. I. P.99.a. *Ætas tropheis monumentisq; finem affert.*

Noſtra ſunt trophæa, noſtra monumenta, noſtri triumphi. ꝑ Arch.190.a.

Nec ſibi quicquàm patrium ne monumenti quidem cauſa reliquit. ꝑ S.R.43.a.

Huius uos animi monumenta tenebitis. ꝑ Mil.122.a. *ideſt, memoriam.*

Cuius conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria reuulſus. I.A.212.a.

Nota res eſt & a te ipſo mãdata monumẽtis. ď D.87.a.

Hęc monumentis annalium mandantur poſteritati propagantur. ꝑ Seſt.24.a.

Hę res annaliũ monumentis celebratur. ꝑ R.P.129.b.

Vt annales populi Romani & monumenta antiquitatis loquuntur. ꝑ Dom.230.a. & .241.a. *Nullum ex ea de dicatione literarum extat monumentum.*

Hęc de ſapientiſſimis uiris monumenta nobis literæ pro diderunt, non ſemper &c. ꝑ Plan.279.a.

Nihil eſt quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisq; monumentis efficere poſſit. ď D. 82.b. *Hoc perſcriptum in monumentis ueteribus reperietis.* ꝓ Rul.83.b.

Publica monumenta. ꝑ Syl.174.b.

Studia & artes quę ſunt nobis gręcię monimentis diſciplinisq; traditæ. Q.Fra.295.b. & .298.b. *Ampliſſimis monimentis conſecrare memoriam nominis ſui.*

Magnum eſt enim eadem habere monimenta maiorum eiſdẽ uti ſacris ſepulchra habere communia. Off.11.b.

Nulla eius ingenij monimenta mandata literis nullum opus otij nullum ſolitudinis munus extat. Off.53.a.

Monitio onis.

Ci.ď Am.113.b *Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia uacare debet.*

Monitor, oris.

Ci ď Or 117.b. *Hoc præceptum eſt magis monitoris non fatui quàm acuti magiſtri.*

Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. In.Sal.274.a.

Cæſar monitor & author huius ſententię. I.C.120.a.

Appellare ciues per monitorem. ꝑ Mur.142.b.

Monitum, ti. pręceptum, monitio.

Ci.I.A.262.a. *Meæ aures dies & noctes omnium pręceptis & monitis patuerunt.*

Meis conſilijs monitisq; nituntur. Ep.64 b. & .70.a. *Mo nitis pręceptisq;.* & .145.a. *Monitis et pręceptis, ad quẽ metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi no ſtro ſenſu coniecturaq; raperemur.*

Monogrammus, mi.

Ci.ď N.37.b. *Edicurus monogrammos deos & nihil agentes commentus eſt.*

Mons, tis. alpes.

Ci.ď pro.76.a. *Nihil eſt iam ultra illam montium altitudinem quod ſit pertimeſcendum.* & ď N.45.b.

Impendentium montium altitudines. & .52.b. *Montes ueſtiti ac ſylueſtres.* & 56.b. *Veſtitus denſiſſimi mõtiũ.*

Mons qui ſacer appellatus eſt. ď Cla.169.a.

Cum tumulos albano in monte niuales luſtraſti. ď D. 84.a.

Genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum. de Or.88.a.

Monſtro, as. demonſtro, commonſtro, oſtendo, patefacio, digitum ad rem intendo, ſpeciem pręme fero.

Ci Off.11.a *Homo qui erranti comiter monſtrat uiã.* ex Ennio.

Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant uiam. de D.108.a.

Tu ſi quid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. Epi.265 b. *At quam Vlyſſes Deli ſe palmam uidiſſe dixit, hodie monſtrant eandem.* ď L.156.a.

Scio ubi ſit, uerum hodie nunq̃ monſtrabo. Ter.

Monſtroſus, a, um monſtruoſus. Ci.ď Fin.6.b. *Alij luciſugi, monſtroſi.*

Monſtruoſe. Ci ď D.238.b. *Nihil tam prępoſtere, tam incondite, tam monſtruoſe cogitari poteſt, quod nõ poſſimus ſomniare.*

Monſtruoſus, a um. monſtroſus, portentoſus.

Ci.ď D.122 a. *Monſtruoſiſſima beſtia.*

Monſtrũ ſtri. oſtẽtũ portentũ prodigiũ. Ci.ď D.99.b. *Quia enim oſtendunt, portendũt, monſtrant, prędicũt, oſtẽta portẽta, mõſtra, prodigia dicũtur.* & ď.N.27.a.

Nulla

Nulla iam pernicies a monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis comparabitur. I.C.104.b.
Non mihi iam furtum ſed monſtrum ac prodigium uidebatur. I.V.186.b.
Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cauere. de Ar.249.b.
Dicere monſtra. Tuſ.220.b.
Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum. I.P.86.a.

Montanus.a.um. Ci. ꝯ Rul.85.a. Ligures montani, duri & agreſtes.

Montiuagus,a,um. Ci.Tuſ.244.a. Non montiuagos et ſylueſtres curſus patiuntur.

Montoſus,a,um. montuoſus. ꝑ Plan.263.a. Aſpera & montoſa regio.

Montuoſus a,um. montoſus. Ci.Part.233.a. Loci plani. X. loci montuoſi.
Locis mõtuoſis delectamur & ſylueſtribus. Am.109.a.

Monumentum,ti. uide Monimentum.
Placet mihi militibus qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quã ampliſſimum. I.A.263.b.
An illa non grauiſſimis ignominijs monumentisq; huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda? quod M.Antonius &c. I.A.197.a. & 102.a. Clariſſimum monumentum clementiæ ſuæ.

Mora,ræ. cunctatio, dilatio, prolatio, tarditas, retardatio, procraſtinatio, tergiuerſatio, ſuſtentatio.
Ci.đ In.80.b. Deinde utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, an habeat aliquam moram & ſuſtentationem.
Multa mihi moram afferunt. At.183.b.
Iſta legatio moram & tarditatem afferet bello. I.A.199.b. & I.V.270.a. Vt ſupplicij aliquam paruam moram poſſet afferre.
Is ſibi quærendum remedium exiſtimauit ad eam morã, quæ nuptijs afferabatur. ꝑ Clu.23.a.
De publio autem quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe faciendam At.251.b.
Propter tarditatem ſentẽtiarũ moramq; rerũ. Ep.156.b.
Venire omnes ſuas poſſeſſiones maluit, q̃ ullam moram fieri, cuiquã creditorum ſuorum. ꝑ Syl.178.a.
Non modo effugium ſed ne moram quidem mortis aſſequi potuit. I.V.270.a.
Omnino Panſa uiuo celeriora omnia putabamus, nunc per auſpicia longam moram uideo. At.276.b.
Qui igitur conuenit, quæ cauſa &c. eandem eſſe morã ad iudicandum? ꝑ Cec.286.a.
Moram ad condimnandum acquiſiſſe. ꝑ Cec.286.a.
Non enim puto tam expeditum iudicium, ut non habeat aliquid moræ. At.215.a.
Cum ad iudicij moram familiaris funeris excuſatio quæreretur. ꝑ Rab.91.b. & I.V.269.b. Moram ſupplicio quærere.
Iudicandi iuſtam moram ac religionem iudicibus iniicere. ꝑ Cec.281.a.
In quo ut aliquid eſſet moræ, multa interpellant. I.V.233.a. Dixiſti paululum tibi eſſe etiam nunc moræ, quod ego uiuerem. I.C.99.a.
Quid ergo erat moræ & tergiuerſationis? pro Mil.111.b.
Habeo paululum moræ dum promiſſa militibus perſoluo. Epi.188.b.
Quod cum audiuiſſemus, nullam moram interponendam putauimus, quin uideremus &c. Acad.39.a.
Inferre moram & impedimentum alicui. đ In.44.b.
Eſſe in mora. Aſin. Ep.163.a. i. morari & detinere aliquem, uel inferre moram & impedimentum alicui.
Quod ego ut debui, ſine mora feci Bru.288.b.
Illi ſine recuſatione ac ſine ulla mora negotium ſuſceperunt. I.C.111.a. & Epi.17.b.
Sine mora facere aliquid. At.177.a. abiecta omni cunctatione. Diſtincta alios & interpuncta, interualla, moræ, reſpirationesq; delectant. Or.201.b.
Tu nullã moram interpoſuiſti, quin quã primũ maximo gaudio frueremur. I.A.224.b.
Quæ cum uiderem, nullam moram interponendam inſequendi M.Antonium putaui. I.A.201.b. & 206.b.
Vtinam hæc legatio nihil haberet moræ. & 217.b. Tu omnes moras interponis quibus infirmetur Brutus.
Tibi ut uideo, & ſpero, nulla ad decedẽdum mora. At.81.a. & 81.b. In his γλυκύτερον illud confirmas, moram mihi nullam fore.
Comitia ſine mora futura uidentur. a.F.307.a.

Moralis,le.
Nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus ſed decet augentem linguam latinam nominare moralem. đ D.140.a.

Moratus.a,um.
Ci đ Or.92.a. Ea ſine quibus ciuitates nec eſſe nec bene moratæ eſſe poſſunt.
Bene morata & bene conſtituta ciuitas. đ Cla.161.b. & de Sen.90.a. Optime morata ciuitas. & pro Mil.110.a. Genus hominum optime moratum. ꝯ Rul.85.a. Modeſtiſſimi mores.
Quemadmodum quis inſtitutus moratus ue fuerit. Part.237.a. Quotus quiſq; philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, ut ratio poſtulat. Tuſ.277.a. & đ Fin.62.a.
Probus bene moratus & bonus uir. đ Or.125.a.
Dionyſius mihi quidem in moribus eſt. At.86.b.
Bene moratus, bene inſtitutus, qui commodis eſt moribus cuius mores emendati ſunt. đ Am.107.b. & 105.a. & 106.b. O poema tenerum & moratum atq; molle. đ D.94.b.
Apud etiam maiores noſtros fruendæ iuſtitiæ cauſa uidentur olim bene morati conſtituti reges. Off.41.a.

Morboſus,a,um. Ci.Tuſ.220.b. Maiores noſtri iracundos ſolos morboſos nominauerunt.

Morbus,bi. ægrotatio, inualetudo, malum.
Ci.I.C.103.b. Vt homines ægri morbo graui, cũ æſtu febriq; iactantur, ſi aquã gelidã biberint prius releuari uidentur, deinde multo grauius uehementiusq; afflictantur ſic hic morbus, qui eſt in rep. releuatus iſtius pœna, uehementius reliquis uiuis ingraueſcet.
Qui in morbo ſunt ſani nõ ſunt. Tuſ.191.b. & 191.a.
Corpus qđ in morbo eſt. Medici leuiter ægrotantes leuiter curant grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibent. Off.17.a.

Is ibi in morbum incidit, ac ſatis uehementer diuq; ægrotauit. p Clu. 54 b. & I.C. 103. b.
Is in morbum grauem & periculoſum incidit, ex labore in morbum incidere. Ep. 156. b.
Ille in morbũ incidit, ex quo non conualuit. Ep. 117. a.
Et cadere in morbum. Tuſ. 165 a.
Grauius ægrotant y qui cum leuati morbo uidentur, in eum denuo ægro inciderunt. Ep. 201. a.
Bona ualetudo iucundior eſt eis, qui è graui morbo recreati ſunt, q̃ qui nũq̃ ęgro corpore fuerũt. Poſtq̃ 198. b.
Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. ď D. 94. a.
Qui cum uno genere morbi affligerentur, neq; ſe recreare quiſquam poſſet, cum ſemel incidiſſet, dubitabat nemo &c. I. P 98. a.
Vt in eo qui mortifero morbo urgetur. ď Fat. 143. b.
Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet. ď D. 111. b. & ibi. a. Num uates acutius coniiciet morbi naturam q̃ medicus? & ibi. Aegrotus euaſit ex morbo.
Adhibere medicinam, quæ & illud natiuum & hoc delectum malum ſanare poſſet. p Dom. 115. a.
Si me uis aliqua morbi aut natura ipſa conſumpſerit, tamen &c. p Plan. 178. b.
Vi interire X. Morbo extingui. p Seſt 13. b.
Ex magnis & diuturnis & iam deſperatis reip. morbis iſta repente uis erupit, ut ea confecta & eiecta conualeſcere aliquãdo & ſanari ciuitas poſſet. p Syl. 181. b.
Hunc igitur nec Æſculapius miſero diuturnoq; morbo intabeſcentem interemit. ď N. 77. a
Animi ualentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. Tuſ. 115. b.
Deus nec morbum metuens ex defatigatione membrorum. ď N. 37 b.
Tu quartana cares & nedum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem. At. 169. a. b. & 68 b. Te a quartana liberatũ gaudeo, itemq; Pyl. ã et 163. a. Seruũ quartanam leuiorem eſſe gaudeo.
Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe & à uetere morbo & à nouis tentationibus gaudeo. At. 169. a. & 183. b. Scripſeras enim te quodam ualetudinis genere tentari. & Tuſ. 115. b. Morbo tentari.
Pyliam in idẽ genus morbi delapſam audio. At. 104. a. & 257 a. Pyliam προσάγαν παραλύσει.
Inualetudo tua me ualde conturbat, ſignificant enim tuæ literæ, te prorſus laborare. At. 100. a.
Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. At. 173. b.
In morbis corporis ut quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atq; optimus adhibetur. p Clu. 29. a.
Quotannis periculoſe ægrotare. At. 119. a.
Graui morbo affectum eſſe. p Clu. 14. a.
Mulier oppreſſa morbo eſt. p Clu. 22. a.
Morbi ſeneſcentis remiſſio. Ep. 107. b.
Grauedini quæſo omni ratione ſubuenis. At. 160. b.
Cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi ægrotationesq; naſcuntur. Tuſ. 113. b. & ibi. Ex perturbationibus morbi conficiuntur, quæ uocant illi νοσήματα.
Cum hominem temperantem ſummum medicum tantus improuiſo morbus oppreſſerit. At. 239. a.
Tanti aderant morbi ueſicę & uiſcerum. ď Fin. 81. a.
Nec uero quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat ď Fin. 61. a. i. animi uel corporis.
Ego autem cum omnes morbos reformido tum quod Epicurum tuum ſtoici male accipiunt, quia dicant δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη moleſta eſſe, quorũ alterum edacitatis morbum putant, alterum etiam turpioris intemperantię. Ep. 107. b. & ibi. Tanta me διάρροια arripuit ut &c. & ibi. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam nam & uires & corpus amiſi, ſed ſi morbum depulero facile illa reuocabo. & Tuſ. 227. a. Depellere morbum.
Tua ὑποκείμενα nauſea iam planè abijt. At. 116. b.
Nam ille. quoq; ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. I. V. 95. a.
Quod morbo ipeditus in Ciliciã nõ tranſierit. Ep. 17. a.
Quas oras quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. p Syl. 177. a.
Mederi morbo alicui. ď Or. 115. b.
Bonum ualetudo, miſerum morbus. ď Fin. 144. b.
Quintus tuus perleniter commotus fuerat. Q. Fr. 31 c. a. & ibi. Eumq; uidi plane integrum.
Cum grauiter ex inteſtinis laborarem. Ep. 107. a. & ibi b. Quia febrim non haberem.
Ab his me remedijs noli in iſtam turbam uocare, ne recidam. At. 193. a.
Nam me iſtis ſcito literis ex diuturna perturbatione totius ualetudinis tanq̃ ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum. ď Cla. 161. a.
Ante ſcriui ei recte eſſe, q̃ non belle fuiſſe. At. 231. b.
L. Cæſarẽ Neapoli affectũ grauiter uidrrã At. 232. a.
Mirari licet quæ ſint animaduerſa à medicis herbarum genera quę radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorũ morbos, ad uulnera. ď D. 81 b.
Nullus morbus mundum poteſt aut ſenectus affligere. ď. Vn. 197. b.
De Attica optime quod leuius ac lenius, & quod fert ἀνεκτῶς. At. 111. a.
Medici ex quibuſdam rebus & aduenientes morbos & creſcentes intelligunt nonnullæ etiam ualetudinis ſignificationes, ut hoc ipſum plenũ an ieiunũ ſimus ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. ď D. 137. b.
Aliquis infirmus ex graui & diuturno morbo. I. A. 216. a. & ibi. Graui periculoſoq; morbo affectus. & ibi. Contra uim grauitatemq; morbi contendit, ut ad caſtra perueniret.
Alter nondum ex longinquitate grauiſſimi morbi recreatus eſt. I. A. 227. b.
Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ęgrotant, triſtius curantur. ď Sen. 91. a.

Mordax, cis. Ci. ď Or. 131. a. Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.
Aliquis cum aculeo & maledicto facetus. ď Cla. 180. a. & charta dentata. I. charta.

Mordeo, des. figo, carpo perſtringo. Ci. At. 207. a.
Valde me momorderũt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra.
Alij canes & latrare & mordere poſſunt. p. S. R. 17. b.

Morderi

Morderi eſt melius conſcientia.Tuſ.218.b.
Si qua ſunt in tuis literis,quæ me mordeant . At.173.a.
Par pari referto,quod illam mordeat.Ep.21.a.
Si paupertas momordit ,ſi ignominia pupugit . Tuſ. 208.a. Qui ſcribis mordere te interdum,quod non ſimul ſis.At.91.b.
Neq; non me tamen mordet aliquid &c.Ep.44.b.
Mordere frenum.Ep.178.b.Si frenum momorderis.
Habere aculeos in reprehendendo aliquo.l.Aculeus.

Mordicus. Ci.Acad.13.b.Perſpicuitas,quam mordicus tenere debemus.& d Fi.123.b.Verba tenent mordicus.
Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet.Q.Fr.324.b.a
Illud tamen arcte tenent accurateq; defendunt . Parad. 118.a.

More. conſuetudine,modo,ritu,ad morem,ad conſuetudinem uice.
Ci.d Vn.195.a.Multa ſunt a nobis in Academicis Carneadeo more & modo diſputata.
Si humano modo. ſi uſitato more peccaſſet. I.V.110.b.
Ceteros umbrarum uagari modo.d.D.98.b.
Pecudum ritu &c.d Am.102.a.
Ad græcorum conſuetudinem diſputare.d Or.109.b.
Ad morem dicendi rhetorũ aliquẽ exercere.Or.201.a.
Iudiciali conſuetudine.p Arch.192.a.

Morem gero. obſequor,ſatiſfacio,morigeror,placeo.
Cic.d Ora.93.b. Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus Craſſe &c. Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere.p Quin.2.a.

Moribundus,a.um.moriens.l.Interruptus.
Ci.p Seſt.22.b.Tribunum plebis plus uiginti uulneribus acceptis iacentem moribundumq; uidiſtis.

Morigeratus,a,um. Ci.d Sen.379.a. In exempl.Germ. & 90.in exempl.Aldino, moratos.

Morigeror,aris. Ci.Or.212.a.Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.

Morior,eris.emorior,cado,occido,intereo, decedo , mortem obeo,mortem oppeto,de uita decedo,è uita uel ex uita uel a uita diſcedo uel recedo,è uita migro uel emigro,ex hac uita migro,ex hominum uita demigro, uita excedo,è uita excedo,uitam amitto,uita me deficit,uita priuor,uitalia lumina linquo,animam amitto, animam efflo,animam ago,uitam dimitto,uitam pro rep.reddo, extremum uitæ ſpiritum edo,uitam pro patria profundo,uitam deſero , ab hominibus demigro, indigniſſime eripior bonis omnibus , agere ſupremum diem uitę,conficere extremum uitæ diem morte , cedere uel recedere è uita,deſciſcere è uita , uitam naturæ reddo,lucis hanc uſuram reddo , ſi quid mihi acciderit, ſi quid de eo factum eſſet , interire,diſſipari,diſſolui , uitam cum morte commutare , mortem occumbere , diem ſuum obire, cum duo fulmina noſtri imperij ſubito in Hiſpania extincti occidiſſent,qui extremum ſpiritum in uictoria effudiſtis, ui interire morbo extingui,ex corporis uinculis tanq̃ ex carcere euolo,mortem cupio,de uita ex eo.X. in uitam introeo.
Ci.Epi.80.b.Ita enim uiuere ut non ſit uiuendum, miſerrimum eſt,mori autem nemo ſapiens miſerum duxit,ne beato quidem.
Sapientiſſimus quiſq; æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo.d Sen.94.a.
Videbatur uel mori ſatius fuiſſe quàm eſſe cum ijs. At. 139 a. Moritur in Gallia Quintus, & moritur repentino.p Quin.3.a.
Auiam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe. At.2.b.
ex uulnere mori Epi 165.b.
Nunq̃ ueſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur .poſt q̃.204.b.
Vt iſte interpoſitus ſermo deliciarum deſidięq; moreretur.p Cal.53.b.
Ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur.I.P . 99 b.
Adoleſcentes mori ſic mihi uidentur,ut cum aquæ multitudine uis flammæ opprimitur, ſenes autem ſic,ut ſua ſponte nulla adhibita ui conſumptus ignis extinguitur, Sen.92.a.&.92.b.Moriendum certe eſt,& id incertũ an eo ipſo die,
Cum Cęſar ueniſſet mortuo plauſu.Ci.At.34.a.
Mori & agere animam.Epi.112.b.
Agitur autem liberi ne uiuamus , an mortem obeamus. I.A.236.a.
Ennius cum Thyeſtem fabulam docuiſſet, mortem obijt. d Cla.171.a.
Eodem ſibi leto, quo ille interiſſet , eſſe pereundum. de D.92.a. Nolite hunc natura ipſa occidẽtem uelle maturius extingui uulnere ueſtro q̃ fato ſuo. p Cęl. 54.b.
Is qui & naturæ & legibus ſatisfecit,quem leges exilio, natura morte mulctauit.p Clu.23.a.
Mulier oppreſſa morbo eſt.p Clu.22.a.
Sed cecidit in curſu.d Cla.176.b.i.perijt.
Cedã uita.Off.329.a.i.moriar.& 331.b.Vitã fugere.
Hortenſius è uita ceſſit ſuo magis q̃ ciuium ſuorum tempore.d Cla.265.a. Illa uirtus L.Craſſi morte extincta ſubita eſt.d Or.142.b.
Vitam amitto.I.A.224.a.
Obire ſuum diem.Epi.50.b.& 36.a. Diem ſuũ obijſſe.
Si in hac cura uita mihi ponenda ſit.Ep.142.a.
Vitam cum morte commutare.Ep.50.a.
Occumbere mortem.Tuſ.170.b.
Conficere extremum uitæ diem morte.d Fin.160.a.
Migrare è uita .X. manere in uita. de Fin.202.b.& 203.a. De uita exeo.X.in uitam introeo.
Deſciſcere a uita.d Fin.103.a.
Agere ſupremum diem uitæ.d Fin.85.a.
Recedere a uita.Tuſ 217.b.&.255.a.cedere è uita.

Moror,aris,commoror,maneo,retardo,moram affero,moram interpono,cunctor,in mora ſum,moram inijcio,moram & impedimentum infero.
Ci Ep.254.a.Tu qđ adhuc Brunduſij moratus es,ualde probo. &.192.a. Diutius morari aut expectare pręſidium non neceſſe habui.
Dabo operam ne Antonius in Italia moretur.Ep.172. a.&.178.b.ego in Italia morabor.
Tempus eius tridui,qđ in his caſtris morabar ĩ magno officio & neceſſario mihi ponẽdũ putaui.Ep.242.a.
Moratus triduũ Laodiceæ,& totidem dies Sinade,quidui &c.At.76 b. Brutus ualde moratur non terga uerſans ſed expectans &c.At.254.a.

Quam uellem nunc in prouincia morari. At.99.a.
Cum Athenis diutius eſſem moratus. đ Or.149.b.
Si hic morari æquo animo non potes, abi in alias terras. I.C.101.b. *Publia ſcripſit ſe unà (ſi ego paterer) moraturam.* At.197.a.
Quid moror in terris? đ Som.127.b.
Nec eſt paſſus in rep. diutius noſtrorum ſcelerum peſtē morari. I.P.85.a.
Cum conſtituiſſes ad me uenire, miror quam ob cauſam moratus ſis. At.130.a.
Multa eum in Aſia dicuntur morari. At.182.b.
Si me nauigatio non morabitur. Ep.110.a.
Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur. I.A.199.b. & 201.a. *Item cui legatos mittamus, cui bellum moremur inferre.*
Hæc tardata diu ſpecies multumq; morata, Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata. đ D.84.b.
Morari aliquem conſcendentem. In Vat.31.a.
Ego morabor te. At.215.a.
Curtius cogitat dibaphum ſed eū infector moratur. Ep.27.b. & 26.b. *Niſi quid me etrſiæ morabuntur.* & 93.b. *Si quid eum uel impediet uel morabitur.*
Libri ad Varronem nos morabantur. At.211.a.
Si modo meo caſu reip. periculum morari poſſim. Ep.148.b. *Cum enim illam ad ſolenne ſacrificium curru uehi ius eſſet, morarentur iumenta &c.* Tuſ.173.a.
Hæc iſte omnia, ne multis morer, aſportanda curauit. I.V.124.b. i. *ne te pluribus teneam.*
Balbo placebat propinquum diem, & Romæ ſi Cæſar moraretur, poſſe in diem tertium differre. At.217.a.

Moroſe. Ci. đ Cla.186.b. *M. Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominū, ſiue moroſe, ut putabatur ſine ingenuo liberoq; faſtidio.*

Moroſitas, tis. *difficultas.* Ci. Off.18.a. *Ne ſi iraſcamur aut intempeſtiue accedentibus aut impudenter rogantibus in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus.*
At moroſitas tamē habet aliquid excuſationis. đ Se.90.b

Moroſus, a, um. *difficilis, inhumanus, importunus.*
Ci. Ep.102.a. *Moroſi ſunt, qui amant.*
Vſq; eo difficiles & moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Or.206.a.
Genus cauillandi moroſum. At.7.b. & đ Or.132.a.
Mirabiliter enim moroſus eſt. At.39.a. *aliter, moratus.*
At ſunt moroſi, anxij, iracundi, & difficiles ſenes. đ Sen.90.b. *Stomachoſa & ſubmoroſa ridicula.* At.134.b. & ibi. *Homo moroſus.* & Q.Fr.309.b. *In defendendo moroſo homini cumulatiſſime ſatisfecimus.*

Mors, tis. *interitus, occaſus, fatum, letum, neceſſitas, exitus, funus, diſceſſus, ſupremus alicuius dies, diſceſſus è uita, exceſſus è uita, extremus uitæ dies, extremus ſpiritus, exceſſus, fatum mortis, fatum extremum fatum ſupremum, diſſolutio naturæ.*
Ci. Tuſ.112.a. *Sunt qui diſceſſum animi a corpore putent eſſe mortem, ſunt qui nullū cenſeant fieri diſceſſum, ſed unà animum & corpus occidere, animumq; cum corpore extingui.*
Mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui è uita exceſſerunt, incolunt. Tuſ.169.b.
Mortem non interitum eſſe omnia tollentem atq; delentem ſed quandam quaſi migrationem commutationemq; uitæ. Tuſ.154.a. & 168.a. *Somnus eſt imago mortis.*
Cum ſit omnibus definita mors, optandū eſt ut uita quæ neceſſitati debetur, patriæ potius donata q̃ reſeruata naturæ uideatur. ꝑ Siſt.13.b. & ꝑ Plan.178.b. *Si me uis aliqua morbi aut natura ipſa conſumpſiſſet, tamen &c.*
Mortem naturæ finem eſſe non pœnam. ꝑ Mil.121.a.
Mors honeſta ſæpe uitam turpem exornat, uita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. ꝑ Quint.9.a.
Nec enim turpis mors forti uiro poteſt accidere, neq; immatura conſulari, nec miſera ſapienti. I.C.118.b.
Mors fugitur quaſi diſſolutio naturæ. đ L.162.a. & đ Fin.131.b.
Omnium rerum mors eſt extremum. Ep.93.b.
Mortem omnibus natura propoſuit. I.A.193.b.
Mors ſeruituti turpitudiniq; anteponenda eſt. Off.16.b.
Neq; enim mors miſeranda eſt, quæ ob remp. capitur. Anteq.196.a.
Mors, quam illi mihi minitantur omnibus eſt parata. I.C.123.a & đ Sen.91.a. *Oĩ ætati mors eſt cõmunis.*
Mors ꝓpter incertos caſus quotidie imminet. Tuſ.162.a.
Mors quæ quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet. de Fin.161.a.
Mortem a dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa cõſtitutā, ſed aut neceſſitatem naturæ aut laborum aut miſeriarum finem eſſe, itaq; eam ſapientes nunq̃ inuiti, fortes etiam ſæpe libenter appetiuerunt. I.C.119.b.
Nunq̃ honeſta mors fugienda, ſæpe etiam appetenda eſt. Ep.180.a.
Turpis fuga mortis omni eſt morte peior. I.A.219.b.
Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ. đ Fin.85.a.
Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuētus eſt amicus, qui ei mortem afferret. Ep.56.a.
Qui mortem obtulerit parenti. ꝑ S.R.24.b.
Vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus Ep.56.a.
Homines inimicos ſuos morte affici nolunt. ꝑ Cl.13.b.
Carbo morte uoluntaria ſe a ſeueritate iudicum uindicauit. đ Cla.173.b. *Alexander tertio & trigeſimo anno mortem obijt.* I.A.203.b.
Gracchi immaturus interitus. l. *Immaturus.*
Conſciſcere mortem ſibi ipſi. I.V.176.b. & ibi. *Dyrrhachinum mortem oppetiſſe.* & Tuſ.173.b. *Mortes oppetitæ.* & ꝑ Seſt.21.a. *Morte obita.*
Mitti ad mortem. Tuſ.169.a. et. 170.a. *Duci ad mortē.*
Exceſſus è uita. X. *manſio in uita.* đ Fin.102.b.
Supremus uitæ dies. Tuſ.163.b. & 174.a. *Supremus ille dies.* *In extremo ſpiritu.* đ Fin.85.b. & Tuſ.167.b. *Poſt extremum ſpiritum.*
Patrocinio uero ſe uſos aut clientes appellari mortis inſtar putant. Off.47.b.
Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. ꝑ Dom.232.b.
Sicut is in morte ſua teſtamento declarauit. pro Cecin.287.a. *De morte.* đ Sen.91.a.
Mors diſſolutio. đ Fin.86.a. *Occaſus.* Acad.40.b.
Lacrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt.

Q.Fr.305.b.

Et huic & multis alijs mors ob remp.habita honori fuit. I.A.221.b. &.145.b. Mors neceſſitatem habeat fati, aut ſi ante oppetenda eſt, oppetatur cum gloria.

O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria eſt po tiſſimum reddita. I.A.264.a.

Moriendi ſenſum celeritas abſtulit. đ Am.97.b.

Mors propter incertos caſus quotidie imminet, & pro pter uitæ breuitatē nūq̃ lōge poteſt abeſſe. Tuſ.168.a.

Morſus, ſus. Ci.Off 36.b. A beſtijs ictus, morſus, impe tus. & đ Fin.83.b. Viperinus morſus.

Acer morſus doloris. Tuſ.136.b. &.212.a. Vt ægritu do quaſi morſum aliquem doloris efficiat.

Acriores ſunt morſus īntermiſſæ libertatis q̃ retentæ. Off. 37 b. Recordationes quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. At.190.b.

Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit. đ D. 85.b. &.82.b. Herbæ ad morſus beſtiarum.

Certare pugnis, calcibus, unguibus, morſu. Tuſ.243.b.

Philoctetes ulceratus ſerpentis morſu. đ Fat.147.b.

Et contra auium minorum morſum munitur uallo ariſta rum. đ Sen.88.a. Cui feras immani lacerant uiſcera morſu. đ D.121.b.

Mortalis, le. diſſolubilis, quod habet naturam & condi tionem ut mori poſſit.

Ci. đ N.65.b. Omne animal mortale & diſſolubile eſt. & đ Vn.202.a Homines mortali conditione eſſe gene ratos. &.I.A.264.a. Ita pro mortali conditione uitæ immortalitatem eſtis conſecuti.

Animum dū in corpore mortali eſt, uiuere. đ Sen.93.b. & ibi. Animum non eſſe mortalem. & đ D.90.a. Cor pus mortale.

Quod in ijs mortale & caducum, quod diuinum æter numq; ſit. đ Leg.168.b.

Infra autem nihil eſt iam niſi mortale & caducum. de Som.128.b. & Or.206.b.

Plato fecit mundum mortalem. đ N.6.a.

Natura omniū interitus atq; obitus conficit. đ D.116.a.

Quod & Senatus & populus rom. & omnes mortales iudicarunt. ꝑ Dom.233.a.

Omnes mortales oīum generum, ætatū &c. I.P.100.a.

Atq; hoc quidem omnes mortales, ſic habent &c. đ N. 77.b. & đ Fin.65.a. Omnes mortales, qui ubiq; ſunt.

Vt omnes mortales uidere poſſint &c. I.V.147.a.

Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſceretur. ꝑ S.R.34.b.

Cum eius mœror inauditus omnibus mortalibus miſera bilis uideretur. ꝑ Dom.225.a.

Qui ſit unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus. đ Ar.257.a.

Quo beatius eſſe mortali nihil poteſt. Parad.118.b.

Miſerrimi mortalis caſum ſubire. Anteq̃.197.b.

Quem nemo qui mortalis eſſet, audiuit. ꝑ Flac.154.b.

Nemo omnium mortalium &c. I.V.130.a. &.272.b. &.55.b. Defendo multos mortales.

Quæ ſit omnium mortalium expectatio, uides. ꝑ S.R. 10.a. Fortuna nonnunq̃ ipſa mortalis, cum immorta li natura pugnare uidetur. Off 24.b.

Nec me pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas ami citias habere. ꝑ R P.127.b.

Mortalitas, tis. mortalis uitæ conditio naturæ communis fragilitas. Ci đ N.7.a. Omne quod ortum eſt, morta litas conſequitur. Supra mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa. Octo.330.a.

Caſus humanos & incertos euentus ualetudinis & natu ræ communis fragilitatem extimeſco. ꝑ Mar.234.b.

Mortifer, a, um. mortem afferens.

Ci. đ D.94.a. Qui ſunt morbo graui & mortifero affe cti. & Tuſ.163.b. Mortiferum poculum.

Plaga inſanabilis illa mortifera. ꝑ Seſt.12.b. & In Vat. 33.a. Plaga mortifera.

Accepit P. Sylla uehemens & mortiferum uulnus. ꝑ Syl. 181.a. Emiſſio maris anguis erat mortifera Corne lię. đ D.121.a.

Cur Deus mortifera tam multa terra, mariq; diſperſe rit. Acad.30.a.

Præcepta, quę imperiti pro ſalutaribus mortifera conſcri pſerunt. đ Leg.172.a.

Mortuus, a, um. morte deletus, ſenſu ac uita carens, qui iam nuſq̃ eſt, qui ex hac uita migrauit, qui è uita ex ceſſit, conſumptus. X. uiuus.

Ci. At.195.b. Amo illum mortuum, tutor ſum liberis.

Homini mortuo ne oſſa legito. đ Leg.182.a.

Si cauſam ageres militis, patrem eius dicendo a mortuis excitares. đ Or.106.b.

Is non modo ex numero uiuorum exturbatur, ſed etiam ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. ꝑ Quint.9.a. et Poſtq̃.200.a. Infra omnes mortuos mandatus eſſet.

Inferre mortuum in domum alicuius. ꝑ Mil.116.a.

Cum tu quod tibi ſuccederetur exanguis & mortuus con cidiſti. I.P.98.b.

Qui ſenſu & uita carent. ꝑ Rab.96.b.

Athletę ſenis lacerti mortui ſunt. đ Sen.82.b.

Qui iam deceſſerunt, omniq; odio carent & inuidia. In Sal.172.b.

Themiſtocles ueneno poto mortuus cōcidit. đ Cl.168.a

Quædam effigies ſpirantis mortui. Q.Fr.303.a.

Excitare aliquem a mortuis. ꝑ Mil.119.b.

Mos, oris. conſuetudo, inſtitutum, diſciplina, uſus, ritus.

Ci. đ Or.91.b. Hic enim eſt mos patrius Academię ad uerſari ſemper omnibus in diſputando.

Mos eſt hominum ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. đ Cl.172.a.

Cum omnes ut mos eſt, ut fieri ſolet concurrerent. I.V. 249.a. &.141.a. Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur.

Vt mos amicorum eſt. Acad.39.a.

Tum ille negauit, moris eſſe græcorum, ut in conuiuio uirorum accumberent mulieres. I.V.89.b.

Sed quia mos eſt ita faciendi, rogo. Ep.194.b.

Quod in patrijs eſt moribus, multorum cauſas gratuito defendere. Off 47.a.

Eſt hoc in more poſitum inſtitutoq; maiorum, ut ij, qui &c. ꝯ Rul.66.a.

Quæ autem his temporibus ſcripſi Ariſtotelicum morē habent. At.209.b.

Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. Off. 26. a.

Quæ more aguntur inſtitutisq; ciuilibus. Off. 30. a. et ꝑ Mur. 124 a More inſtitutoq; maiorum &c.

Cauſam more inſtitutoq; omnium defendi. ꝑ Cec. 285. a. et ꝑ Quin. 11. b. Ita tamen more & inſtituto per Tribunum. Contra morem conſuetudinemq; ciuilem aliquid facere. Off. 30. a.

Non mos conſuetudoq; ſeruata. ꝑ Clu. 37. b.

Vis moribus facta. Vis contra ius moremq; facta. ꝑ Cecin 285. a. & ibi. Recedere è conſuetudine. & 288. b. Vt de fundo Cecinna moribus deduceretur. & 290. a. Vt moribus deductio fieret.

Et noſtro more aliquando non rhetorico loquamur. d Or. 96. a. Iam hoc inauditum & planè nouo more uti &c. ꝯ Rul. 71. a. Non antiquo illo more ſed hoc noſtro eruditus. d Cla. 176. b.

Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari poſſit, non habebit. ꝑ Cecin. 291. b.

Hoc iniecto metu iudicibus nullo more nullo exemplo, ecquam rem putatis eſſet &c. I. V. 122. a. b.

Pompeius Syllano more exemploq; uincet. At. 159. a.

Inclinata ululantiq; uoce Aſiatico more canere. Or. 199 a. & 217. a. Placet dici omnia Iſocratio Theopópeoq; more. Ariſtotelio more & hoc Arceſile modo diſputare. d Or. 150. a.

Agere illo auſtero more & modo. ꝑ Cæl. 44 a.

Hoc ab eius amicis more & modo factum eſt. ꝑ Mur. 241 a. Humano modo, uſitato more. I. V. 110. b. & ꝑ Mur 129. a.

Nam ſi hoc more moderari poſſemus, ut &c. Ep. 124. b.

Noſtro more ne patiamur intermitti literas. Att. 223. b.

Nec expectaturum decreta noſtra ſed te ipſum tuo more remp. defenſurum. Ep. 186. b.

Quæ accuſatorio iure & more ſunt facta. ꝑ Fla. 148. b.

Et ſi more magis hoc quidem ſcribo, ꝙ quo te admonendum putem. Ep. 182. b.

More meretricio uiuere. ꝑ Cæl. 45. b. & d In. 42. a. More beſtiarum uagari.

Niſi forte tu peruerſo more id facis. ꝑ Q. R. 54. a. et Tuſ. 154. b. Vitioſo more efficere quidpiam.

Non grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re ſentiam dicere d Or. 93 b. & d Fin. 67. b. Suo more loqui.

Voluptas in corpore omnium latine loquentium more ponitur d Fin, 67. a.

Dicendi ratio in medio poſita communi quodam in uſu atq; hominum more & ſermone uerſatur. d Or. 80. a.

Gigantum more bellare cum Dijs. d Sen. 78. a.

Sit ſermo inter eos & inuitatio ut græco more biberetur. I. V. 89. b.

More Ariſtotelico ſcribere. Ep. 16. b.

Ad græcorum conſuetudinem diſputare. d Or. 109. b.

Ad eam conſuetudinem diſputauimus. Tuſ 230. b.

Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem etc Or. 201. a. & In morem Salium. Hor. 42. a. & Iudiciali cõſuetudine. ꝑ Arch. 292. a.

Apud Platonem eſt omnem morem Lacedæmoniorũ inflammatum eſſe cupiditate uincendi. Off. 13. a.

O morem præclarum & diſciplinam, quam a maioribus accepimus. ꝑ Fla. 149 a.

Perducere aliquid in morem. d In. 82. b.

Qui hoc primus in mores noſtros induxit d Ora. 119. b. & 152 b. Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morem uſumq; transferri.

Quem morẽ cum Carneades tenuiſſet &c. Tuſ. 230. a.

Retinere morem, & renocare morem d Fin. 64 a.

Mos antiquus manet. Ep. 75 a.

Ius in natura ſit an in more Part. 235. a.

Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. d In. 50. b. Virtus natura uel more perfecta. Acad. 45. b.

Gerere morem alicui & placere alicui. I. Obſequor.

Vtriq; a me mos geſtus eſt. At. 32. a.

Sed tibi morem geſſi. Ep. 19. a. & Tuſ. 152. b. Geram tibi morem.

Gerendus eſt tibi mos adoleſcẽtibus Craſſe. d Or. 93. b.

Lacedæmonij, qui ſoli iam tot annos uinis moribus & nũꝙ mutatis legibus uiuunt. ꝑ Fla. 259. a.

Temperati moderatiq; mores. Ep. 199. b.

Tua ſingularis humanitas, ſuauiſſimiq; mores. At. 262 b. & Ep. 20. a. Mores perditi.

Dionyſius mihi quidem in moribus eſt, pueri autẽ aiunt eum furenter iraſci. At. 86. b.

Ariſtoteles & eius filius Nicomachus cuius accurate ſcripti de moribus libri dicuntur eſſe Ariſtotelis. de Fin. 127. a & 107. a Philoſophiæ pars. quæ mores conformari putantur. Mores feros immanemq; naturam alicuius oſtendere. ꝑ S. R. 24. b.

Deſidero filiam effigiem moris, ſermonis, animi mei. Q. Fra. 303. b.

Mores oratoris effingit oratio. d Or. 125. a. & ibi. Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum.

Totam uitam, naturam, moresq; alicuius cognoſcere. ꝑ S. R. 36. b.

Cæſar inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; delenit. ꝑ Cor. 63. a.

Plerunq; parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem moremq; deducimur. Off. 24. a. & 60. b. Præclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, ſi eum teneremus, quæ ſalua fide facere poſſit.

Lex contra omnes leges nullo ſcripta more. I P. 86. a.

Quid unꝙ domus illa uiderat, niſi pudicum? niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina? I. A. 173. b. & Parad. 122 b. Suis quiſq; fingitur moribus.

Tamen hæc erant ferè in more maiorum, qui tum, ut lex ualebat. d Leg. 174. a. Imitari potius aui mores diſciplinamq; debebas. ꝑ Deio. 149. a.

Oraculum editum eſt eas potiſſimum religiones tenendas eſſe, quę eſſent in more maiorum. d Leg. 278 a.

Motio, onis motus. Ci d Fat 149. a. Qui protruſit Cylindrum dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit.

Ex diſparibus motionibus magnum annum confici. d N. 36. a. & d Vu. 200. a. Orbium motio tranſuerſa.

Animi motiones atq; rationes. Acad. 45. a. & Tuſc. 153. a.

Motus,tus.motio,momentum,agitatio,pulſus,ipulſus,curſus,lapſus.

Ci.d Vn.198.a.*Deus motum dedit cœlo eum qui figuratus ſit aptiſſimus,*

Orbes qui uerſantur retro contrario motu atq; cœlum. d Som.128.b.& ibi.*Q*d *animal eſt id motu cietur interiore,*& ibi.*Inanimatum eſt omne quod impulſu agitatur externo.*

*Sol, luna,quem motum habeat.*d D.110.a.

*Omne quod eſt calidum & igneum cietur & agitatur motu ſuo.*d.N.30.b.

*Natura omnia ciens motibus mutationibusq; ſuis.*d.N.65.a.& Acad.30.a.*Tantum motum mutationemq; moliri.*& d.D.128 a.*In maximis motibus mutationibusq; cœli.* *Eo enim erant uultu,oratione,omni reliquo motu & ſtatu ut eos arginos diceres.* Tuſ.202.a.

*Motus principium ab animis eſſe ductum.*d.N.32.a.

*Pars animi quæ ſenſum,quæ motum,quæ appetitum habet.*d.D.95.a.

*Cum omnis motus animi tanq̃ uentus hominem defecerat.*d Cle 172.b.

*Ira & mens & reliqui motus animi.*d Vn.202.b.

Nunq̃ animus agitatione & motu uacuus eſſe poteſt. d.D.135.a.

Maiores enim q̃ ulli inſani efficerent motus ſomniantes. d.D.133.b. *Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibuit.*I.C.110.a.

*Motus principium ab animis eſſe ductum.*d.N.32.a.

Nullus in eorũ reditu motus municipiorum factus eſt. Poſt.200.a.

*Si quis motus populi factus eſt.*d Or.127.a.

*Totus Italiæ magnificentiſſimus ille motus municipiorumq; concurſus.*p Dom.242.a.

*Motus quidam temerarius græculæ concionis.*p Flac.251.a. *Qui nullum reip.motum afferre poterant.* I.C.105.a.

*Res quæ dulcem motum afferunt ſenſibus.*d Fin.66.a.& ibi. *Tum eſſe in motu uoluptatem.*&.67.b. *Sic enĩ appellat hanc dulcem,in motu,illam nihil dolẽdi in ſtabilitate.* *Videtis in quo motu temporum quanta in conuerſione rerum ac perturbatione uerſamur.* pro Fla.164.a.

Nam paleſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. Off.26.a.

*Omnes animorum motus pernoſcendi.*d.N.86.a.

*Animi atq; ingenij celeres quidam motus eſſe debent, qui &c.*d Or.94.a.

*Motus cogitationis celeriter agitatus.*Or.109.a.

*Momentum pro motu.*Tuſ.156.b.

*Vt ſex motibus ueheretur ante & pone,nã & ad dextrã & ad læuam,& ſurſum & deorſum.*d.Vn.203.b. *Itaq; tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam,cum declinat atomus interuallo minimo.* d Fat.144.b.&.145.a.*Eſſe quendam motũ animi uoluntariũ.* *Cum animus ſemper agitetur, nec principium habeat motus.quia ipſe ſe mouet,nec finem quidem habebit motus.*d Sen.93.b.

*Animorum motus aut iudicibus aut populo dicendo miſcere atq; agitare.*d Or.203.b.& ibi.*Philoſophi quidam omnino motus negant in animis ullos eſſe debere.* *Elaborandum eſt ne animi motus a natura recedat.* Off.26.b.& ibi *Motus animorum duplices ſunt, alteri cogitationis,alteri appetitus.*

*Vt perturbationes fugiamus, ideſt motus animi nimios rationi non obtemperantes.*Off.27.b.

Mouens,tis.quod eſt in motu.✕.*Stans,manens.*

Ci.d Fin.71.a. *Summum bonum puer utra uoluptate dijudicabit:ſtante an mouente?*

Moueo,es. cieo,agito,pello,impello,excito,motum facio, motum affero,momentum habeo,digitum profero.

Ci.d N.32.a.*Ex ſe & ſua ſponte moueri.*✕.*agitari pulſu externo.*

Vt noſmetipſi, qui animis mouemur & ſenſibus. d N.37.b. *Hominum n ẽbra nulla contentione mente ipſa ac uoluntate mouentur.*d N.78.b.

*Signiferi orbis unumquãq; partem aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum,perinde ut quæq; ſtellæ in his finitimiſq; partibus ſint quoq; tẽpore.*d D.126.b.

Atomos per inane moueri grauitate & pondere. de Fat.145.a.

*Moueri mente ac ſenſibus.*Acad.25.b.

*Orator nõ approbationes ſolum,ſed admirationes,plauſus,clamores mouere debet.*Or.220.b.

Pulchritudo corporis mouet oculos & delectat. Off.20.a.& ibi. *Decorum mouet approbationem eorum, quibus cum uiuitur.*

*Cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco.*d D.96.b. & 2 Cec. 292.a.*Si ne quidem loco motus fueris.*

Multa me mouent in diſceſſu,in primis,quod &c. At.252.b.

*Neq; illud me mouet,quod &c.*At.152.a.

*Quæ quidem mea cohortatio, ne tibi inanis eſſe uideatur,illa me cauſa mouet.*Epi.8.a.

*Quæ me cauſæ mouerint,q̃ acerbæ, q̃ nouæ, non queo ſcribere,*At.172.b.

*In commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus ad quos illos adducere uolo,permoueor.*d Or.125.b.

*Nec me conſules mouent,qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur.*At.133.a.

Mouere caſtra ex aliquo loco, & uaſa colligere. I.V.209.a.

Ne te moueas iſtinc tam infirma ualetudine. Epi.77.b.

Poſtquam ille Canuſio mouerat. At.134.b. & 60.a.

Ego me de Cumano moui ante diem &c.

*Mouere aliquem Senatu.*p Clu.42.b.& ibi.a. *Ex Senatu eijci a cenſore.*

*Mouere aliquem Tribu.*d Or.134.a.

*Vt ueros hæredes moueas, in eorum locum ipſe ſuccedat.*d Off.67.a.

*Quinquaginta annorum poſſeſſiones mouere non nimis æquum putabat.*d Off.50.a.

*Sed moueri poſſeſſionibus amiciſſimis ſedibus ac dijs penatibus negant oportere.*2 Rul.77.a.

*Vrgere illi ut loco nos mouerent.*Q. Fr.308.a.

Itaq; magnæ mihi res iam moueri uidebantur. Q. Fra.308.b.

Quæ,quidem uel maxime ſuſpitionẽ mouent pt.240.a.
Sed admirationem magis q̃ riſum mouet.d̃ Or.131.b.
Quantum tu mihi moues expectationem de ſermone Bi-
buli:At.30.a.
Non eſt porro tuum uno ſenſu oculorum moueri.Epi.
54.a. Eam petitionem comparaſti, quæ & riſus,&
querelas moueret.d̃ Leg.179.a.
Qui patris clariſſimi recordatione & memoria fletum
populo moueret.d̃ Or.204.b.
Quia cogitationes comprehenſionesq; rerum,è quibus
efficiuntur artes, appetitiones mouerẽt.d̃ Fin.100.a.
Quæ animum meum repente mouerunt.Ep.157.b.
Mouebar animo & de ſalute populi Rom. extimeſce-
bam.p Deio.245.b.
Mouere ſtomachum alicui.p Mur.130.b.
Mouere aliquem de ſententia.I.A.170.a.
Mox.quam mox ſtatim.
Ci.At.157.b.Præterijt uillam meam curio iuſſitq; mihi
nunciari mox ſe uenturum. Nox nulla intercęſſit,mox
interfectus eſt.I.C.98.a.
Non neceſſe eſt expectare, quin mox iudicium fiat.de
In.73.a. De ſummo bono mox ut dixi uidebimus.
d̃ Fin.108.a.
Diſcedo paruumq; a ſomnijs ad quæ mox reuertar.
d̃ D.90.a.
Mucro,onis. Ci.I.C 121.a.Iidem gladios in remp.di
ſtrictos retudimus,mucronesq; eorum a iugulis noſtris
reiecimus.
Et dubitare utrum mucrones noſtrorũ militum in ciue
an in hoſte figantur.I.A.159.b.
Cenſorius ſtilus,cuius mucronem multis remedijs maio-
res noſtri retuderunt.p Clu.43.a.
Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos.d̃ Leg.
188.a.
Hic eſt mucro defenſionis tuæ.p Cec.302.a.
Muginor,aris. Ci.At.159.a.De Ocella,dum tu murgi
naris,nec mihi quicq̃ reſcribis,cœpi conſilium domeſticũ.
Mugio ,gis. Ad Her.33.b.Vagire,mugire, murmurare
ſibilare.
Mugitus,tus. Ci.d̃ D.87.b.Terræ mugitus.
Mula,læ. Ci.d̃.D.118.b.Mulæ partus a te prolatus
eſt,res mirabili.propterea quia non ſæpe fit.&.88.a.
Mulceo,ces.mulſi,mulſum.l permulceo.
Ci.In Arat.Vt res nulla feras poſſit mulcere procellas
& ibi Hæc augens animis uitali flamine mulcet. & ibi.
Huic ceruix dextra mulcetur Aquari.
Mulciber,bri. Ci.Tuſ.180.a.Iouiſq; numen Mulci-
bri adſciuit manus.
Mulcta,ctę.pœna. Ci.p Cec.304.a.Noſtri ciues ſæ-
pe incolomes profecti ſunt aut ſua uoluntate aut legis
mulcta quam ſufferre non poterant.
In cuius teſtamento quodam loco ſi commiſſum quid eſ-
ſet,mulcta erat Veneri.I.V.123 a.
L.Caſilenus ab.L.Sabelio mulctam lege aquilia de iu
ſtitia petiuit.d̃ Or.176.a.
Æſchines a Cteſiphonte multam petijt.d̃ Opt.244.b.
&.I.V.107.b.bis.Petere mulctam ab aliquo.
Craſſus conſul Pon.Max.Flacco collegæ Flamini Mar
tiali multam dixit.ſi a ſacris diſceſſiſſet, quam mulctam
populus Rom.remiſit.Ci. Illud quod eſt in eadem
mulctę irrogatione perſcriptum.p Rab.92.a.
Qui unq̃ tanto damno ſenatorem coegerunt quid eſt
ultra pignus aut mulctam.I.A.152.a.
Irrogare mulctam alicui.p Mil.108.b.
Vt multa tam grauis T.Mario depelleretur.Ep.78.b.
Mulctatio,onis. Ci.p Rab 93.a.Miſera mulctatio bo
norum miſerum exilium.
Mulcto,as. Ci.p Cor.63.b Populus Gaditanus hunc
mulcta & pœna mulctauit.
Vita hominum atq; fraudes damnis ignominijs,uincu-
lis,uerberibus,exilijs,morte multantur.d̃ Or.101.a.
Quod ſi mihi æternam eſſe propoſitam erumnam arbi
trarer,morte me ipſe potius q̃ ſempiterno dolore mul-
ctaſſem.Poſt.211.b.
Sylla quos oderat,morte mulctabat.p Lig.139.a.
Hunc leges exilio,natura morte mulctauit.p Cl.23.a
Si exilio mulctabunt corpus.Anteq̃.196.a.
Ego uero illi maximam gratiam habeo qui me ea pœna
mulctauerit,quam ſine mutuatione & ſine uerſura poſ
ſem diſſoluere.Tuſ.170.a.
At mulctantur bonis exules.Tuſ.148 b.
Qui animos noſtros quaſi capite damnatos morte mul-
ctant.Tuſ.158.b.
Perſæpe priuati perniti oſos ciues morte mulctarunt.
I.C.103.a.
Multos crudeliſſime per eum morte eſſe mulctatos.I
V.79.a.&.I.C.103.a.
Si illum ut erat meritus morte mulctaſſem.d̃ Pro.76.b.
Maiores noſtri Antiochũ Aſia mulctarũt.p Seſt.16.a.
Galli a Senatu agris urbibusq; mulctati ſunt .p Fon.
276.b.et 𝔭 R u.73.a.Mulctare liberos populos agris.
In nulla lege noſtra reperietur maleficiũ ullum exilio
eſſe mulctatum.p Cec.304.a.
Addebat etiam ſcriptores illos male mulctatos exiſſe cũ
Galba.d̃ Cla.171.a.
Qui primo cum obſiſtere conarentur,male mulctati cla
uis ac fuſtibus repelluntur.I.V.212.a.
Qua in turba.C.Vibienus ita eſt mulctatus ut uitam
amiſerit.p Mil.108.b.
Cum ab ipſa fortuna crudeliſſime uideat huius conſilia
eſſe mulctata.p.R.P.121.a.
Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ contu-
melioſum eſt.d̃ Pro.76.b.
Stultitia mulctatur fama.Ep.85.a.
Hæredem iuſſum eſſe facere &c.niſi fecerit Veneri eri-
cinæ eſſe mulctatum.I.V.212.b.&.116.a.
Mulgeo,ges.Ci.In Arat.*.
Muliebris,bre. Ci.Off 26.a,Venuſtatem muliebrem
ducere debemus.dignitatem uirilem.
Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu.
p Mil.206.b.
Excellens muliebris formæ pulcritudo.d̃ In.61.a.
Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrẽ.Off.12.
b ex ſimo.
Vox mulieribris.d̃ Or.146.b.& muliebre bellũ.p Cel.
58.a. Eneruata muliebriſq; ſententia.Tuſ 178.a.
Virilis

Virilis toga. X. Muliebris ſtola. I. A. 169. a.

Muliebriter, *effœminate.* Ci. Tuſ. 185. b. *Si ſe lamentis muliebriter dederit.* et. 187. a. *Ne quid ſeruiliter muliebriter ue faciamus.*

Mulier ris. *Fœmina.* Ci. p Mur. 130. a. *Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorũ poteſtate eſſe uoluerunt.* & p Cec. 198. b. *Qd mulier ſine tutore authore promiſerit non deberi.* *Vt ſanctiant omnes mulieres in natura fœminarum deũ caſtitatem pati* d Leg. 171. b.

Mulierarius, a, um. Ci. p Cel. 51. b. *Mulieraria manus. i. multitudo a muliere in inſidijs collocata.*

Muliercula læ. Ci. I. C. 109 b. *Nou ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi?*

Mulieroſitas, tis. Ci. Tuſ. 214. a. *Vt mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ græce. φιλογύνεια dicitur. X. odiũ mulierum, quale in μισογυνία eſt.*

Mulieroſus, a, um. Ci. d Fat. 142 a. *Stilphonem ſcribũt & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe.*

Mulionius, a um. Ci. p Seſt. 21. a. *Mulionia penula.*

Mulſum ſi. Ci d Or. 135 a. *Qui alterim ſceat mulſum ipſe non ſitiens & qui illud ſitiens bibat.* *Suadebat Cranius ut mulſum frigidum biberet, at ille perdam inquit uocem* d Or. 135. a. *Dare uenenum in mulſo.* p Clu. 53. a.

Multifariam. Ci. d Or. 124. a. *Aurum multifariam defoſſum.* *Iudicia, quæ quõdam nuſq̃ erant, hodie multifariã nulla ſunt* d Leg. 163. b.

Multiformis, me. X. *uniuſmodi.* Ci. Acad. 44. a. *Principes qualitates ſunt uniuſmodi & ſimplices, ex hys autem ortæ uariæ ſunt & quaſi multiformes.*

Multiiugis, ge. Ci. At. 225. a. *Literas multiiuges accepi uno tempore a Veſtorij liberto.*

Multiplex, cis. Ci. d Sen. 80 a. *Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico.* *Præturæ iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpitiones & ſimultates.* p Fla. 147. a. *Multiplex & tortuoſum ingenium.* d Am. 208. a. *Aluus multiplex & tortuoſa.* d. N. 53. b. *Varia multiplexq; natura.* p Cel. 40. a. *Magna multiplexq; diſciplina.* d Or. 104. a. *Quę multiplices fœtus procreant, his mammarum data eſt multitudo.* d. N. 52. a. *Multiplices uarijq; ſermones.* Or. 198. a. *Genus orationis, uagum, fuſum, & multiplex.* d Cla. 275. a. *Plato qui uarius & multiplex & copioſus fuit.* Acad. 42. a. *Anceps & multiplex uerborum poteſtas in ambiguis.* Ad Her. 41 a. *Multiplex ratio diſputandi.* Tuſ. 130. a. *Corona multiplex.* d Cla. 192. a. *Vitis ſerpens multiplici lapſu, & erratico.* Sen. 88. a. *Sed eſt magnum illud quidem, ueruntamen multiplex pueri ingenium &c.* At. 90. a. & d Or. 85. b. *Recondita in arte, multiplicique uerſantur.*

Multiplicabilis, le. Ci. Tuſ. 179. b. *Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.*

Multiplicatus, a, um. Ci. Q. Fr. 302. b. *Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria diſcedamus.* *Clariſſimi uiri filius in domum multiplicatam non repulſam ſolum. ſed ignominiam & calamitatem retulit.* Off. 28. a. *Aucto exercitu auxilijsq; multiplicatis.* Ep. 148. a.

Multitudo, nis. *frequentia, celebritas, turba, cœtus, concilium, concio, conuentus, caterua, chorus, natio populus, uulgus corona, uis, numerus, copia copiæ, manus, colluuies.* Ci. I. V. 69. b. *Cum maxima frequẽtia a multitudine domum reducebatur.* *Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet hic in magnis uiris non eſt habendus.* Off. 13. a. *Alij multitudinis iudicio feruntur, quæq; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maxime expetũt.* Off. 24. a. *Ego quanta manus eſt coniuratorum hominum tantam me inimicorũ multitudinẽ ſuſcepiſſe uideo.* I. C. 122. b. *Populus ſemper iniquus dignitatis iudex eſt.* p Plan. 260. a. *Populus non delectu aliquo aut ſapiẽtia ducitur ad iudicandum ſed impetu nonnunq̃ & quadam temeritate.* p Plan. 160. b. & ibi. *Non eſt enim conſilium in uulgo, non ratio non diſcrimen &c.* et d Som. 130. a. *Neq; ſermonibus uulgi dederis te &c.* *Nihil eſt tã ualde uulgare, q̃ nihil ſapere.* d. D. 225. a. *Concio ex imperitiſſimis conſtat* d Am. 113. b. *Multitudo hominum congregata ex ſeruis conductis.* p Dom. 131. a. *Qui manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit.* p Cec. 291. a. *Magnitudo & uarietas multitudoq; cauſarũ.* d Cr. 86. a. & Anteq. 198. b. *Magnitudo multitudoq; ueſtrorum beneficiorum.* *Sed tamen non grauiſſimum eſt teſtimonium multitudinis.* d Fin. 81. b. *Philoſophia paucis contenta iudicibus multitudinem cõſulto fugiens.* Tuſ. 175. b. *Et ſi quando turpe non ſit tamen non eſt non turpe cum a multitudine laudetur.* d Fin. 75. a. *Itaq; fama & multitudinis iudicio mouentur, ut id honeſtum putent, quod a pleriſq; laudetur, te autem & ſi in oculis ſis multitudinis, tamen eius iudicio ſtare nolim, nec quod illa putat, idem te putare pulcherrimum.* Tuſ. 188. b. *Quanta multitudo, quanta uis hominũ.* I. V. 141. a. *In tanto hominũ conuentu ac frequentia.* p Arch. 186. b. & I. V. 69. b. *In tanto conuentu.* *Multitudo, copia, numerus, uis, ut ex magna copia uel numero.* I. V. 130 a. & d. N. 12. b. *Infinita uis atomorum.* & I. V. 144. a. *Frequentia ueſtrum incredibilis concioq; Quirites.* I. A. 261. b. *Vis innumerabilis collecta ſeruorum.* de Ar. 148. b. *Numerus & multitudo, idem.* d Pro. 75. a. *Manus iuuentutis duce curione &c.* At. 38. b. *Nã tantæ multitudinis, quantam capit urbs noſtra, concurſus eſt ad me factus.* At. 274. a. b.

Multo lõge, multis uel oĩbus partibus ꝺ Fin.98.a, *nõ paulo, haud paulò, ĩpendio, longo interuallo, cũ animũ quadã infinita laude anteponerent corpori.* ꝺ Fin.110.a.
Ci.ꝺ Or.85.b. *Multo pauciores oratores q̃ poetæ homi reperiuntur.* *Ea cognoui commodiora eſſe multo, q̃ ut &c.* At.126.a.
Meoq; iudicio multo ſtare malo q̃ omnium reliquorũ. At.193.a.
Expolitio adiuuat & exornat orationem ſed multo maxime per eã extrecmur ad elocutionis facultatem. Ad Her.38.a. *Illud iam mirari deſino, qđ multo magis ante mirabar, hunc &c.* ꝺ Or.113.b.
Nec uero corpori ſolum ſubueniendum eſt ſed etiam mẽti atq; animo multo magis. ꝺ Sen.84.a.
Atq; haud ſcio an multo etiam ſit adiuuandus magis, etenim &c. ꝑ Mil.119.b.
Multo minus monebant minæ. At.124.a.
Sic homines, ac multo etiam magis natura congregati &c. Off.32.a. & ꝺ Or.121.a. *Ac multo etiam.*
Non multo poſt diſceſſum meum. Poſt.204.b.
Aut non poſt multo commiſſa. I.C.100.a.
Sol multis partibus maior q̃ terra. ꝺ.N.44.b.
Interim neq; ita longo interuallo ille uenit. ꝑ Fla.156.a.i. *neq; ita multo poſt.*
Interim ſatis longo interuallo uenit Heracleam. pro Arch.186.b. *Hæc eadem longo interuallo conuerſa eſt in me.* ꝑ Mil.108.b.
Haud paulo doctior. Tuſ.170.a.

Multum, ualde, bene, ſane ſanè q̃ ita, non parum, non paulum neſcio quid.
Ci.ꝑ Quin.1 a. *M. Iunius in hac cauſa multum & ſæpe uerſatus.* et ꝺ.L.190.b. *Res multũ ac ſæpe quæſita.* *Multum mecum municipales homines loquuntur.* At.131.b. *Longe omnes multumq; ſuparé.* I.V.259 a.
Quærenti mihi, multumq; & diu cogitanti, quanam re poſſem &c. ꝺ.D.108.b.
Liber mihi ſane probatus. At.207.b. Ep. *ſane grandis, uel bene grandis.* *Diu multũq; ſcriptitare* ꝺ Or.97.a. & At.61.b. *Libri diu ac multum in manibus fuerũt.*

Multus, a, um grandis, multiplex, creber, nimius.
Ci.ꝺ.N.54.a. *Venæ crebræ multæq; toto corpore intextæ ſunt.* & .53.b. *puenas admodum multas.*
Multæ copioſæ, uariæq; rationes. ꝺ Or.204.a. et .128.b *Multa & uaria, & copioſa ratione.* & de In.43.a. *Multæ & magnæ res.*
Cum tu tã multis uerbis ad me ſcripſiſſes. Ep.36.b.
Hi tanti ignes tanq; multi. ꝺ.N.44.b.
Hęc tanta tamq; multa. ꝺ Or.88.a.
Hæc diu multũ & multo labore quæſita una eripuit hora. ꝑ Syl.181.a. *Cum quibuſdã multis metuendiſq; rebus.* ꝺ Ar.258.b. *Multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ* ꝺ Sen.89 b.
Non minus multas ſtatuas poſuit q̃ abſtulit. I.V.140 a & Ep.102 a. *Minus multa.* *M. Calidius, qui nõ fuit orator unus è multis, potius inter multos propè ſingularis fuit.* ꝺ Cla.190.a. & ibi.196.b. *Turba patronorũ, & numerari in uulgo patronorum.* & ibi. *Vt numerarer in multis.*
Vt unus de multis eſſe uideatur. Off.22.a. & de Fin 78.b. *Tenuis L. Virginius unuſq; de multis*
Nimium multa. Ep.58.b. & *ſatis multa* ꝺ Fin.77.a. & *Ne parum multa ſciſſe uiderentur.* Ad Her.1.a. & de Or.135.b. *Nimis multa in genera diuidere.*
Tuum nomen multum eſt in his locis. Ep.23.a.
Multus ſermo ad multum diem. At.206.a.
Multa nocte ueni ad Pompeium. Q.Fr.310.b.
Acutus in orationibus multus, & ineptus ad multam impudentiam. ꝺ Leg.157.a.
Antipatrumq;, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant. Acad.5.b.
Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus eſt, is ineptus dicitur. ꝺ Or.110.a.
Nolo hac in re multus uideri. ꝺ.N.49.b.
Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia. Off.44.b.
Ne in re nota & peruulgata multus & inſolens ſim. ꝺ Or.141.b.
Sed hoc frequenter in me congeſſiſti ſaneq; in eo creber fuiſti. ꝑ Plan.276.b.
Non nulli dum operam ſuam multi exiſtimari uolunt, nolitant &c. ꝺ Or.118.a.
Statuite quanti hoc putatis & q̃ multo redemiſſe. I.V.240.a.
Frequentes, pauci ſinguli. ꝺ Or.162.b.
Multi plures, complures, frequentes. ꝺ. In.62.a. & I.V.67.b. *Multa, complura, frequentia.*

Mullulus, li. Ci.pad.123.a. *Exceptare barbatulos mullulos de piſcina.*

Mulus, li. Ci.ꝺ.N.58.a. *Longum eſt mulorum pſequi utilitates & aſinorũ.* et Top.223.b. *Mulus clitellarius.*
Equum & mulum Brundiſij reliqui. Ep 259.b.
Potes mulo iſto Romam peruehi. Ep.138.a.
Petij ab eo de mulis uecturæ itineris &c. At.246.b.
Deinde ornat eum mulis, tabernaculis, centurijs ſupellectili. ꝯ Rul.72.b.
Mulus, piſcis. At.22.b. *Si muli barbati in piſcinis ſint.*

Mundanus, a, um.
Ci.Tuſ.249.a. *Socrates cum rogaretur cuiatem ſe eſſe diceret, mundanum inquit.*

Munditia, tiæ. lautia, elegantia.
Ci.Off.26.b. *Adhibenda eſt præterea mũditia nõ odioſa nec exquiſita nimis.*
Elegantia modo & munditia remanebit. Or.204.a.
Lautitia, munditia, elegantia. Ep.138.b.

Mundus, a, um.
Ci.Q.Fr.309.a. *Tuam domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt.* *Vir mundus & elegãs.* ꝺ Fin.69.b.

Mundus di. Vniuerſitas mundi ſiue uniuerſitatis corpus, natura, rerũ natura, qđ in natura rerũ omne eſt, uniuerſa natura, hoc templum, orbis terrarum, In omni cælo atq; terra, Ille cælum ac terras regens deus.
Ci.ꝺ.N.57.a. *Eſt enim mundus quaſi communis deorum atq; hominum domus aut urbs utrorumq;.* & ibi. *Mundus deorũ & hominum cauſa factus eſt.* & ꝺ.L.160.b. *Vniuerſus hic mũdus una ciuitas cõis deorũ atq; hoium*

exiſtimanda eſt,& đ Fin.103.b.Mundum autem hũc cenſent,regi numine deorum,& eſſe quaſi cõmunem urbem & ciuitatem hominum & deorum.& đ Leg.170.b.Quod uniuerſum mundum regeret.

Cœlum ipſum quod extremum atq; ultimum mundi eſt.đ.D.127.b.

In cœlo & mundo ineſſe mentem & rationẽ.đ Leg.172 b. Democritus ait innumerabiles eſſe mundos Acad.14.b & đ.N.10.b.Sexcenta millia mundorum. Mente & conſilio omnia in hoc mundo adminiſtrari.đ.N.11.b. Mundum eſſe Deum animantem,compotem rationis.đ.N.30.a.

Deus cuius hoc templum eſt omne, quod conſpicis.de Som.127.b. Anaximandri opinio eſt innumerabiles eſſe mundos.đ.N.7.a.&.6.a.Plato dixit mundum fore ſempiternum.

Hunc uarietate diſtinctum bene græci κόσμον nos lucentem mundum nominaremus.đ Vn.201.a.

Statui huius totius mundi atq; naturæ.đ Or.159.b.

Epicurus quod in natura rerum omne eſſe dicimus infinitum eſſe dixit.đ D.129.b.

Quæ in rerum natura totoq; mũdo conſtant, quæq; mouentur.đ Am.100.b.

Qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe dicunt.pad.119.a. Sine quo nec hominum uniuerſum genus ſtare,nec rerum natura omnis,nec ipſe mundus poteſt.đ Leg.184.b.

Si quis è cœlo naturam mundi pulcritudinemq; ſiderũ perſpiceret.đ Am.112 b.

Omnem naturã Deorũ numine regi.đ Leg.160.a.

Animus uniuerſæ naturæ.đ Vn.102.b.

Metiri mundi magnitudinem.Off.31.b.

Mundus hic omnis templum eſt deorum & domus.de Leg.174.b.Omne cœlum ſiue mundus ſiue quo alio uocabulo gaudet hoc a nobis nuncupatus ſit.Ci.

Hunc mundum animal eſſe idq; intelligens, & diuina prouidentia conſtitutum.đ Vn.196.b.

Munero,as muneror. *Locus erat quidam,in quo erant ea compoſita, quibus te Rex munerare conſtituerat. pro Deio.146 b.*

Muneror,aris.Largior. Ci.At.100.b.*Alexion me opipare muneratus eſt.*

Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo natura muneratur.đ Iu.61.b.

Munia,orum. Ci.p Mur.141.b.*Hæc ſunt officia neceſſariorum,commoda tenuiorum,munia candidatorum.et p Seſt.16.b.Qui ſuis ceruicibus tanta munia ſuſtinent, hi ſunt optimatum principes.*

Municeps,pis.ciuis,popularis,qui è municipio eſt.

Ci.At.177.b.*C.Naſennius municeps Sueſſanus.& de Clu.187.a.M.Põtidius municeps noſter.& I.V.168.a.P.Canius coſſanus municeps.&.168.b.Clamabat ſe municipem coſſanum eſſe.*

Ego Ciceroni meo Arpini potiſſimum togam purã dedi,idq; municipibus meis fuit gratum.At.253.b.

Non illi nos de unius municipis fortunis arbitrantur ſententiã laturos ſed &c.p Clu.59.a.

Ego & Catoni & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias.đ Leg.170.a.

Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. Epi.225.a.& Ep.108.b.Mei municipes arpinates.

Municipalis,le.ex municipio. Ci.p Syl.171.b.*Eſt enim ipſe a materno genere municipalis,& At.109.a. ex dolore municipali.*

Sunt municipales ruſticiq; Romani.p Seſt.13.a.et.Q.đ Pet.109.b.Homines municipales,& ruſticani.& I.A.171.b. Municipalis reſp.đ Leg.191.b.

Multum mecum municipales homines loquuntur,multũ ruſticani.At.131.b.

Municipium pij.conuentus,præfectura,colonia.

Ci.Ep.101.b.*Non dubito quin ſcias non ſolum cuius municipij ſim ſed etiam q̃ diligenter ſoleam meos municipes Arpinates tueri.*

S.Roſcius municeps Amerinus fuit genere et nobilitate ſui municipij facile primus.p.S.R.10.b.

Nullum erat municipiũ Italiæ,nulla colonia,nulla præfectura,quæ non &c.p Seſt.9.b.

Stoici totum hunc mundum municipium ſuum eſſe exiſtimabant.đ Fin.107.b.

Omnes qui ſumus è municipijs.I.A.186 b.

Tu es ex municipio antiquiſſimo Tuſculano. hic eſt è præfectura Atinati nõ tam priſca.p Plan.162.b.

Vrbes coloniarum ac municipiorum.I.C.109.b.

Calenum municipium complebunt.ɔ̃ Rul.83.a.

Municipium ruſticanum.p.S.R.15.a.

Neq; enim regio fuit ulla,neq; municipium,neq; præfectura aut colonia,ex qua non &c.I.P.90.b.

Munifice. Ci.đ.N.73.b.*Munifice & large dare aliquid. Societatem hominum munifice & æque tuens iuſtitia dicitur.đ Fin.142.b.*

Munificus,a,um.liberalis,largus.

Ci.đ Off.46.b.*Cõuenit autem tum in dando munificũ eſſe,tum in exigendo non acerbum.Quid porrò tam liberale ac munificum &c.đ Or.87 b.*

Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimusq; fuit.p.Q.R.41.b.

Munio,nis.paro,adorno,firmo,confirmo,obuallo.

Ci.p Mur.135.b.*Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant adipiſcendi obſtruebant.*

Macedonia,quæ erat antea multorum imperatorũ nõ turribus ſed trophæis munita.đ Pro.69.b.& ibi.Oppidum & arcem munire coguntur.

Aditus inſulæ muniti ſunt mirificis molibus.At.66,b.

Atq; hæc tria frumẽtaria ſubſidia reip.firmiſſimis præſidijs claſſibusq; muniuit.p Pom.10.b.

Munite communem arcem bonorum,obſtruite perfugia improborum.p Syl.182.a.

Illam colloniam meis præſidijs,cuſtodijs uigilijsq; muniui.I.C.98.b.& Italiã p̃ſidijs confirmare.ɔ̃ Rul.62.b.

Domum meam præſidijs maioribus muniui atq; firmaui.I.C.99.a. Qui ſe præſidio munierit.p Seſt.20.a.& ibi.Vt a ſuis munitus tuto in foro eſſet.

Nos firmiſſima hominum beneuolentia muniti ſumus. At.39.b. Nouarũ me neceſſitudinũ fidelitate contra ueterum inimicorũ p̃ſidiã muniendũ putaui.Ep 18.b.et đ Fin.81.b.Tueri & munire beneuolentia multorum.

Intercludere omnes ſeditionum uias munire præſidia reip. ꝓ Rab. 92. a.

Munitæq; ſunt palpebræ tanq̄ uallo pilorū. đ N. 55. a.

Munio me ad hæc tempora. Ep. 137. b. & contra auiū minorum morſum munitur uallo ariſtarum. đ Sen. 88. a.

Qui uirtute & ſapientia ſic munitus eſt, ut nullo egeat. đ Am. 102. a.

Alpibus Italiam munierat ante natura, non ſine aliquo diuino numine, nam ſi ille aditus Gallorum immanitati patuiſſet, &c. unq̄ &c. đ Pro. 76. a.

Munire uiam. ꝓ Font. 277. b. Ter.

Munire ſibi uiam in cœlum. Tuſ. 155. a.

Qui primū tibi muniſti ad te audiēdū uiā. đ Or. 127. b

Munire ſibi tutam uiam ad retinendas opes, At. 15. b.

Hæc noua ſit ratio uincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus. At. 241. a.

Veluinus ante ſuum fundum probe munierat. Q. Fra. 328. b. alias minuerat.

Munitio, onis. Ci. ꝓ Font. 277. b. Obiectum eſt etiam quæſtum M. Fonteium ex uiarum munitione feciſſe ut aut ne cogeret munire, aut id quod munitum eſſet, ne improbaret.

Fons, qui fluctu totus operiretur niſi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus eſſet. I. V. 228. a. & de Or. 138. a. Munitio Theſſalonicæ. I. P. 88. a. & I. A. 250. a. Antonius Mutinā operibus munitiōibusq; ſepſit.

Munio, as. Ci. ꝓ. S. R. 42. a. Nunc quam uiam muniret quod iter affectet, uidetis.

Munitus, a, um. ſeptus, uallatus, ſtipatus. armatus.

Ci. ꝓ Seſt. 23. a. Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, Septus armatis, munitus indicibus fuit.

Regulus tot uirtutū præſidio munitus, tantoq̄ comitatu uirtutis ſeptus. pad. 118. b.

Effectumq; eſt ut eſſet uita munitior, atq; ut &c. Off. 35. b. Cuius ingenio paterni omnes amici munitiores eſſe debebant. ꝓ Mur. 237. b.

Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitū eſſe oportet. Q. đ Pet. 208. b.

Is ſapientia munitum pectus gerit. đ. D. 89 b.

Aliquis bonorum omnium præſidio non modo munitus ſed etiam ornatus. ꝓ Fla. 165. b.

Domus tot ſenatuſcōſultis munita atq; ſepta. đ Ar. 247. a. & ibi. Domus publico omni præcipuo & diuino & humano iure munita.

Septus ac munitus contra hoſtes. đ Fin. 59. b.

Caſtella munita, oppida munitiſſima. Ep. 23. b. & At. 41. a. caſtellum natura munitum.

Nulla domus noſtris magiſtratibus ſatis clauſa atq; munita fuit. ꝓ Pom. 16. b. & ꝓ Rab. 92. a. Libertas lenitate legum munita.

Illud dico nullam eſſe in illa diſciplina munitam ad cōſulatum uiam. ꝓ Mur. 129. a.

Græcia Aſiæ oram maritimam cinxit urbibus, non ut munitam colonijs illam gentem ſed ut obſeſſam teneret. pro Fla. 159. b.

Nihil tam munitū quod non expugnari poſſit. I. V. 67. a.

Vrbs natura ac loco munita ſuccincta portibus, armata muris. ꝫ Rul. 83. b.

Ponticis & regijs quondam opibus, & ipſa natura regionis uallatus. ꝓ Arch. 139. b.

Tutus clauſus, ſeptus, munitus contra aliquem. I. V. 243. b.

Pompeius dixit munitiorem ſe ad cuſtodiendam uitam ſuam fore, quàm Aphricanus. Q. Fr. 308. b.

Munus, ris. donum, opus.

Ci. I. A. 182. b. Cæſar muneribus, congiarijs, epulis multitudinē imperitā lenierat. & Q. Fr. 327. b. Munus mirificū populo dare. Deiotarus tibi nullū munus dedit. Ci. đ Ar. 250. b. & Or. 200. a. Mittit homini munera ſatis large hæc ad uſum domeſticum uini & olei, quod uiſum erat, etiam tritici, quod ſatis eſſet.

Aliquem quaſi diuino munere donatum reip. uideri. de Ar. 244. b.

Sed ego hoſpiti ueteri & amico munuſculum mittere uolui leuidenſæ craſſo filo cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. Epi. 232. a.

Philoſophia data eſt nobis deorum conceſſu atq; munere. đ Vn. 204. a.

Quod enim munus afferre reip. maius melius ue poſſumus, q̄ ſi &c. đ D. 109. b.

Deorum beneficio & deorum munere. poſt. 204. a.

Munera perinde ſunt, ut accipiuntur. Off. 76. b.

Dare munus alicui. Acad. 40. a. et largiri munus alicui. ad Her. 6. a.

Quaſi uero tempus dandi muneris non ualde appropinquaret. ꝓ Syl. 177. b. & ibi. Poſſet alia familia Fauſti munus præbere.

Meq; ad meum munus penſumq; reuocabo. đ Or. 153. b.

Is functus eſt omni ciuium munere. đ Cla. 170. a.

Rutilius magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. đ Cla. 174. b.

Ne munus aſſignatum a Deo defugiſſe uideamini. de Som. 128. a.

Inuectio certe nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur. Off. 35. a.

Mater audiuit ſibi non ſolum filium ſed etiam exequiarum munus ereptum. ꝓ Clu. 23. a.

Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum uacabit a publico officio & munere. đ D. 109. b. & ibi. Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renouare cœpimus.

Sine oculis non poteſt exſtare officium & munus oculorum. đ D. 130. b.

Oculus conturbatus non eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum. Tuſ. 193. b. & ibi. Ad exequendum munus ſuum.

Non quod ei cura defuerit in tanto officio tantoq; munere. I. A. 222. a.

Valetudo opportuna eſt ut dolore careas & muneribus fungare corporis. đ Am. 100. a.

Paucos dies habebam reliquos annui muneris. At. 94. b.

Dare alicui immunitatem munerum. Acad. 30. b.

Videamus quid eī negotij demus cuiq; eum muneri uelimus eſſe præpoſitum. đ Or. 212. a.

Oratoris proprium officium ac munus. đ Or. 108. a.

Alicui muneri atq; officio præeſſe. ꝓ Font. 279. b.

Honoribus ac reip. muneribus profunctus ſenex. đ Or. 201. a.

101.a. Videtis ne quantum munus ſit oratoris hiſtoria. d Or. 114.a.

Magnum quiddam eſt onus ac munus profiteri &c. de Or. 94.b.

Munus hoc meū non eſt, tum meæ partes ſunt hoſpitum recipiendorum, id libenter facio. I.V. 29.

Qui miniſtri tanti muneris fuerunt. d N. 5.b.

Quo expoſito munus promiſſi omne confecero. Parad. 241 b. 242.a.

Dare alicui immunitatem munerum. Acad. 30.b.

Nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus otij, nullum ſolitudinis munus extat. Off. 53.a. Suſceptum reip. munus explere. d Pro. 76.a.

Singularum uirtutum certa quædam ſunt officia ac munera. d Or. 140.a.

Hoc quicquid eſt oneris ac muneris. Epi. 65.b.

Suſtinere munus conſulare. Epi. 151.a.

Tanti ac tam præclari muneris ſocietas. Epi. 59.b.

Munus officij ac ſtudij erga aliquem. Epi. 90.b.

In omni munere candidatorio fungendo. At. 1.b.

Munus animi eſt ratione uti. Tuſ. 193.b.

Principum munus eſt reſiſtere leuitati multitudinis. pro Mil. 105.b.

Officium munusq; ſapientis hoc eſt &c. e 14.a.

Tuum eſt hoc munus tuæ partes. Epi. 170.a.

Tenere ſuum munus. Tuſ. 235.b.

Deferre munus alicui. Epi. 116.b.

Tu qui tuo magis ſtudio, q̄ proprio munere aliquo diſertorum ius a nobis ciuile didiciſti d Or. 88.b. & Q. Fr. 293 b. Parui refert abs te ipſo ius dici æquabiliter & diligenter, niſi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem conceſſeris.

In extrema parte muneris, ac negocij tui, diligentiſſimus ſis. Q. F. 299.a.

Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia popularium munerum. Off 44.b.

Sin aliqua neceſſitas huius muneris alicui reip. obuenerit, danda &c. Off. 48.b.

Aliquem ad omne officij munus inſtruere. Sen. 82.b.

Maſſaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. Sen. 83.b.

Quidam ſenes nullum officij aut omnino uitæ munus exequi poſſunt. Sen. 84.a.

Nā dū ſumus in his incluſi cōpagibus corporis munere quodā neceſſitatis, & graui ope pfungimur. Sen. 93.a.

Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe ut amicitiæ munus expletum ſit. Am. 109.a.

Quoniam illud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine apparuit Parad. 116.b.

Mihi uideris eorum ſtudijs qui literis delectantur, debere hoc munus. d L. 157.a.

Qui conſulentibus reſpondet ſenectutis grato atq; honeſto fungitur munere. d L. 158.a.

Qui ei muneri præfuerunt. d L. 158.b.

Cuius muneris colendi efficiendiq; cauſa nati ſumus. de L. 159 b.

Tanquam id habuerit operis ac muneris ut hanc nobis efficeret ſedem &c. d L. 170.a.b.

Fungor aliquo munere.

Colo & effinio aliquid munus.

Munuſculum, li.

Ci. Off. 66.b. Alieni facinoris munuſculum non repudiarunt. & Epi. 216.b. Munuſculum leuidenſe.

Murena, næ. Ci. Parad. 123.a. Mulorum & murenarum copia.

Muria, riæ. Ci. d Fin. 99 b. Stilla muriæ.

Murmur, ris. Ci. d Or. 157 b. Murmur maris, Nec me tuum canos mutantis murmure fluctus. Ci. In. Arat.

Murmuro, as. Ci. d Ar. 147 b. Vidi heſterno die quendam murmurantem, qui &c.

Fremitus murmurantis maris Tuſ. 250.b.

Vagire, mugire murmurare ſibilare. Ad Her. 33.b.

Murus, ri. mœnia, propugnaculum.

Ci. d N. 79.a. Muri urbis, quos uos ſanctos eſſe dicitis.

Inſula delos parua ſine muro nihil timet. p Pom. 14.b.

Aries murum percuſſit. Off 8.a.

De muro imperaui philotimo ne impediret. At 25.a. & 26.a.

Si Annibal ad portas ueniſſet, murumq; iaculo traiecisſet. d Fin. 121.a.

Ad omneis meos impetus quaſi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. I.V. 235.b.

Dum memoria conſulatus mei ueſtris erit infixa mentibus firmiſſime me muro ſeptum eſſe arbitrabor. I.C. 823.b.

Lex Ælia & Fuſia propugnacula muriq; trāquillitatis & otij. I.P. 22.a.

Mus, ris. Ci d N. 29 a. Non poſſis adduci ut muribus domum & muſtellis ædificatum putes.

Clypeos a muribus eſſe deroſos. d D. 100 b.

Mures diem & noctem aliquid rodentes. d D. 120.b.

Muſa ſæ.

Ci. d N. 70.a. Muſæ primæ quatuor natæ Ioue, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete. Secūdæ ex Ioue & Mnemoſyne nouem. Tertiæ ex Ioue & Antiopa, quas pieridas & pierias ſolent poetæ appellare.

In qua urbe Imperatores prope armati poetarum nomen & muſarum delubra coluerunt. p Arch 191.a.

Xenophontis uoce muſas quaſi locutas ferunt. Ora. 202. b.

Ab oratoribus disiungo me ferè referoq; ad manſuetiores muſas. Epi. 16.a.

Quis eſt enim qui cum muſis ideſt cum humanitate & cum doctrina habeat aliquid commercium, qui &c. Tuſ. 241.a.

Orpheus & Rheſus matre muſa nati d N. 68.b.

Nemo eſt tam auerſus a muſis, qui non mandari uerſibus æternum ſuorum laborum præconium facile patiatur. p Arch. 189.b.

Forenſes cauſæ agreſtioribus muſis relictę. Or. 198.a.

Interea quidem cum Muſis nos delectabimus. At 25.a.

Cum omnibus muſis rationem habere cogito. At. 25.b.

Muſca ſcę. Ci. d Cla. 184.a. Hodie te iſtic muſcæ comediſſent. & d Or. 131.b. Puer abige muſcas.

Muſcoſus, a, um. Ci. Q. Fr. 319.a. Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alſius, nihil muſcoſius.

Muſculus,li. Ci.đ D.115.b. *Muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri.*

Muſica,cæ. Cantus, Symphonia.

Ci.đ Or.155.a. *Muſicam Damon & Ariſtoxenus tractauerunt.*

Idem ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicam. đ N. 30.b.

*Leges Muſicæ.*đ 190.b.& 177.b.Cãtus Muſicorũ.

Muſicus,a,um. Ci.đ Or.100.b. *Vt in Muſicis numeri & uoces & modi.*& 85.b. *Quis muſicis penitus ſe dedidit quin &c.*

Muſicorum uero perſtudioſum accepimus. Tuſ.140.b. id eſt Dionyſium.

Vt in fidibus muſicorum aures uel minima ſentiunt. Off. 29.b. *Qui fidibus aut tibijs uti uolunt, earum tractationem non ab Aruſpicibus accipiunt ſed a Muſicis.* de D.110.a.

*Muſicæ leges.*đ L.177.b.

Hic autem non tam concinnus belluo, nec tam muſicus, iacebat &c. I.P.84.a.

Si abſurde canat is, qui ſe haberi uelit muſicum. Tuſ. 177.b.

Ergo in Græcia Muſici floruerunt. Tuſ.149.a.

*Geometræ, Muſici, Grammatici.*đ Fin.90.b.

Timotheus Muſicus. Steph.in uoce Milet.

Muſtaceum,cei.

Ci.At.79.b. *Laureolam in muſtaceo quærere.*

Muſtella,læ. Ci.đ N.29.a. *Non poſſis adduci ut domum muribus & muſtellis ædificatam putes.*

Muſtum,ſti. Ci.đ Cla.192.b. *Noua iſta quaſi de muſto ac lacu feruida oratio.*

Mutabilis,le. habens mutationem.

Ci.de N.65.b. *Omne corpus mutabile eſt.* & de Vn. 199.b. *Materia mutabilis.*

*Sidera quæ uaga & mutabili ratione labuntur.*đ Vn. 201.a.

Mollis, tener, flexibilis. p Mil.109.b.

Mutabilitas,tis. Ci.Tuſ.126.a. *Inconſtantia mutabilitasq; mentis.*

Mutatio,onis. permutatio, motus, conuerſio, ſtatus conuerſio, inclinatio temporum.

Ci.I.A.140.b. *Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilij.*

Fit magna mutatio loci non ingenij. p Quin.2.b.

Atq; ita ut nullã mutationem unquam habitura res eſſe uideatur. Epi.8.b.

*Luna uarias mutationes lucis habet.*đ N.46.b.

Natura omnia ciens & agitans motibus & mutationibus ſuis. đ N.65.a.

Vt nulla uis tantos queat motus mutationemq; moliri. Acad.30.a.

Mutationes quatuor temporum. đ Na.36.b.& 65.b.

Mutationes elementorum inter ſe.

Crebra coloris mutatio. p Clu.28.b.& Off.24.b.

Morum facienda mutatio eſt Off.24.b.

Extorum fieri mutatio poteſt. đ D.105.b.

Mutatio officiorum dando, accipiendo. Off.5.b.

Nemo doctus unquam mutationem conſilij, inconſtantiam dixit eſſe. A.256.a.b.

Eam mutationem ſi tempora adiuuabunt facilius commodiusq; faciemus. Off 24.b.

Vnde igitur ſubito tanta iſta mutatio? I.A.159.a.

Mutatus,a,um. Ci.Ep.77.a. *Alij mutati uoluntate ſunt.* & 84.a.b. *Rerum hoc natura &c. nec manens nec mutata ratio feret.*

Mutilo,as. Ci.I.A.189.b. *Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.*

Nutilus,a,um. Ci.Or.214. *Animus mutila ſentit quædam & quaſi decurtata.*

Mutila quædam & hiantia loqui. Or.199.b.

Mutina,næ. Ci.I.A.199.a. *Antonius circumſedit Mutinam firmiſſimam & ſplendidiſſimam populi Romani Coloniam.*

Muto,as. mutationem facio, permuto, uerto, inuerto, conuerto, immuto, commuto, uario.

Ci.poſt.206.b. *Vos ueſtem mutandam cenſuiſtis, cunctiq; mutaſtis.* & Q.Fr.308.a.

Neq; mutare ciuitatem quiſquam inuitus poteſt, neq; ſi uelit mutare, non poteſt. p Cor.60.a.& 61.a. *Ne quis inuitus ciuitate mutetur.*

Illum ciuitate mutatum eſſe fateor. p Cor.68.b.

Idq; ad omnem rationem mutatur & uertitur. de Ora. 259.a.

*Poſteaq; rebus geſtis mentes ueſtras uoluntatemq; mutaſtis.*đ Pro.74.a.

Cui quidem cum Ciliciam dediſſes mutaſti pactionem. p Dom.217.b.

Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia. pro S.R.35.b.

Ergo ille princeps uariabit & mutabit &c. Or.202.a.

Philotimi literis lectis mutaui conſilium de mulieribus. At.116.a.& Epi.49.a.

Sapientem ſententiam mutare nunquam. p Mur.129.a. & At.135.a.b. *Mutare ſententiam.*

*Mutare conſuetudinem dicendi.*đ Cla.194.b.

Mutare teſtamentum. p Clu.24.a.

Mutare ſolum. Parad.121.b. & p Dom. 229.a. *Quo uertendi hoc eſt mutandi ſoli cauſa uenerant.*

*Proprium proprio commutare.*đ Or.158.a.

Ennius pro Afris immutat Africam. Or.205.a.& ibi. *Summutantur uerba pro uerbis.*

Conſilia in horas commutari uides. At.235.b. *Mutari, non conſtare ſibi, diſcedere à ſeſe.*

*Probitas gratuita nõ mutata uoluptatibus.*đ Fin 85.b. *Aliter mutuatam, aliter inuitatam.*

Mutuatio,onis. Ci.đ Ora.117.a. *Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, cum quod non habeas aliunde ſumas.*

Mulctari ea pœna quæ ſine mutuatione & ſine uerſura poſſit diſſolui.

Cum multos minutis mutuationibus fraudauiſſet &c. p Fla.156.a.

Mutuatus,a,um. Ci.đ Fin.85.b. *Aliter mutatam aliter inuitatam.*

Mutuo. mutuum.

Ci.Ep.153.a. *Fac ualeas meq; mutuo diligas. Officijs mutuo reſpondere.* Epi.63.b.

Et ſi omni tempore ſumma ſtudia offici mutuo inter nos certatim extiterant. Epi. 167. a.

Te ut diligas me, ſi mutuo me facturum ſcis, rogo. Epi. 149. a.

Satis ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus mutuo reſpondiſſe. Epi. 60. a.

Verbum aut tranſlatum aut factum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipſo. Or. 104. a.

Mutuor, aris. quod non habeo aliunde ſumo, mutuum aliquid ſumo, utendum accipio.

Ci. At. 241. b. Cum abundare debeam cogor mutuari.

Tu quicquam ab alio mutuaris? Q. Fr. 326. b.

Age a Cælio mutuabimur. At. 103. b.

Mutuemur hoc quoque uerbum đ N. 44. a.

Aut noua uerba facere, aut a ſimili mutuari. Or. 217. b.

Cætera uero a familiari meo longo mutuabor. de Or. 207. b.

Quæ ſunt oratori cum illis communia non mutuor ab illis. đ Or. 29. b.

Sed cum uideo in ſumptum ab alijs mutuati. At. 122. b.

A uiris uirtus nomen eſt mutuata. Tuſ. 184. b.

Orator ſubtilitatem ab Academia mutuatur & ei uiciſſim reddit ubertatem orationis & ornamenta dicendi. de Fat. 140. b.

Mutus, a, um. elinguis, tacitus. ✕ loquens eloquens.

Ci. Poſt 205. a. Mutum forum, elinguem curiã, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis.

Qui mutis pecudibus præſunt. Q. Fr. 244. b.

Si mutæ etiam beſtiæ loquerentur. đ Fin 63. b.

Lex eſt mutus magiſtratus. đ L. 184. b.

Imago aui tui Clariſ. uiri, quę te a tanto ſcelere etiam muta reuocare debuit. I. C. 113. a.

Omnia muta atque inanima commouerẽtur. I. V. 271. a. & đ N. 9. a. Res inanimatæ atque mutæ.

Nullum fuit tempus poſt hac fugas et formidines, quod magis debuerit mutum eſſe a literis, propterea qđ &c. At. 132. a.

Cum res muta aut informis ſit eloquens & formata. Ad Her. 40. b. & Tuſ. 241. a. Muti uel loquentis origo.

Muta quædam eloquentia inducere. Or. 209. b.

Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. I. C. 116. b.

Dialectica in excogitandis argumẽtis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. đ Or. 123. a.

Muta eſt huius temporis accuſatio. ꝓ Fla. 147. a.

Is mutum in delicto perſonam nomenque præbuit. pro Dom. 140. a.

Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. pro Dom. 218. a.

Satius eſt mutum eſſe ꝗ̃ quod nemo intelligat dicere. In A. 187. b.

Mutuum, mutuo. Ci. ꝓ Fla. 156. a. Pecuniam ſumpſit mutuum a S. Schola, aliter mutuam. Tibi ex S. C. imperãdum mutuũque ſumendum cenſeo. Epi. 200. a.

Mutuum in amicitia. I. Mutuum.

Mutuus, a, um. pariter atque æqualiter reſpondens, par.

Ci. At 202. a. Tua uoluntas erga me, meaque erga te par atque mutua.

Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur. ꝓ S. R. 37. a.

In amici mutua beneuolentia conquieſcere. đ Am. 99. a.

Mutuum in amicitia eſt cum par uoluntas accipitur & redditur. Epi. 60. a. & 145. a. Tuus erga me mutuus amor. Tribuere alicui mutuã uoluntatem. Epi. 59 b.

Pro pari inter nos & mutua beneuolentia. Ep. 104 a.

Multa & magna inter nos officia paria & mutua intercedunt. Epi. 217. a.

Cum Appio ſumma mihi neceſſitudo eſt, multis eius officijs & meis mutuis conſtituta. Epi. 178. a.

Beneficia mutua & grata eſſe debent. Off. 11. a.

Non enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum, ut uiciſſim tuos compellarem. In. Sal. 273. a.

Remuneratio beneuolentiæ, uiciſſitudo ſtudiorum uel officiorum. đ Am. 105. b.

Ille mihi HS quatuordecim non reddit, quæ dedi eius filio mutua. At. 165. a.

Dare pecuniam mutuam alicui. 171. b.

Dare frumentum mutuum alicui. ꝯ Rul. 82. b.

Sumere pecunias mutuas. I. V. 81. b.

Sumere pecunias mutuas ab aliquo. In. A. 229. b. & Bru. 91. a.

Da mihi teſtimonium mutuum. ꝓ Fla. 148. a.

Mycenenſis. ſe.

Ci. đ Fin. 68. a. Mycenenſes attica pubes.

Myoparo, onis. Ci. I. V. 190. a. In portu piraticus myoparo nauiguuit. & 250. b. & 94 a.

Myrmillo, onis. Ci. I. A. 189. b. Ille autem ex Myrmillone dux, ex Gladiatore Imperator. L. frater, qui Myrmillo Milaſis depugnarat. I. A. 198. a.

Myron, onis. fictor, qui Herculem ex ære fecit. Ci. I. V. 200. b. & đ Or. 145. a.

Myrothecium, cij.

Totum Iſocratis myrothecium conſumpſi. At. 21. a.

Myſia. ſiæ. Ci. Or. 199. a. Caria, phrygia, Myſia.

Myſterium, rij. Ci. Tuſ. 154. a. Reminiſcere quoniam es initiatus, quæ tradantur Myſterijs. & đ L. 177. a. Myſteria, quæ appellantur initia &c. & đ Or. 149. b. Qđ myſteria non referrent &c.

Quod quale ſit ex myſterijs intelligi poteſt. đ N. 38. a.

Hoc tacitum tanꝗ̃ myſterium teneas. đ Or. 148. b.

Id enuntiatis ueſtris myſterijs totum eſt contemptum. ꝓ Mur. 129 b.

Quæ ſunt tandem iſta myſteria? cur celatis? Aca. 15. b.

Ne Rhetorum aperiamus myſteria. Tuſ. 121. a.

Quid ſi petimus ab Antonio ut ea nobis explicet, & illa dicendi myſteria enuntiet? đ Or. 102. a.

Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum ut eas ne librarijs quidem ferè committamus. At. 67. a.

Velim ad ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint. At. 83. b. & 89. Faciesque me, in quem diem Romana incidant myſteria certiorem.

Myſus, a, um. Ci. ꝓ Fla. 160. a. Myſorum ultimus, prouerbium.

NActus,a,um. Ci.đ N.77.a. Eaq; poteſtas,quam ipſe per ſcelus erat nactus.

Næ. Ci.I.A.161.a. Næ tu ſi id feciſſis, melius famæ tuæ conſuluiſſes.
Medius fidius næ tu emiſti locum præclarum. At.57.b.
Næ ille medius fidius uir ſapiens lætus morietur. Tuſ. 264.a. Næ ego incautus, qui cum Academico & eodem Rhetore congredi conatus ſum. đ N.26.a.
Næ iſta præclara nobilitas deſinat queri,populum Romanum hominibus nouis honores mandare. I.V.219.a.
Næ tu me ſolicitudine magna liberaris. At.86.b. & de Cla.187.b. Næ ego uelim &c.
Næ tu haud paulo plus delectationis habuiſti q̃ quiſquam noſtrum. Epi.95.a.
Scilicet iſta quidem ſumma, næ ego multo libentius emerim diuerſorium Tarracinæ, ne &c. Epi.106.a.
Næ iſta glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt, ſi quidem non multum differt ab infamia. Tuſ.191.b.
Quod ſi geometricis rationibus non eſt crediturus.quæ uim afferunt indicendo, næ ille longe aberit,ut argumentis credat philoſophorũ. Acad.29.b.
Næ illi uehementer errant,ſi &c. I.C.105.b.

Nænia,niæ.
Honoratorum uirorum laudes in concione memoratur, easq; ad cantus,et ad tibicinem proſequantur, cui nomen eſt Næniæ,quo uocabulo etiam græcos cantus lugubres nominant. đ L.182.b.

Næuius poeta. Ci.đ Cla.170.a.

Næuus,ui. Ci.đ N.17.a. Næuus in articulo pueri delectat Alceum.eſt autem corporis macula neuus.
Totum aliquem non uęuo aliquo aut crepundijs.ſed corpore omni uelle cognoſcere. đ Cla.194.a.

Nam namq; autem,enim,etenim,quoniam,ſi quidem,quippe, nimirum, ſcilicet uidelicet, ſanè. Ci.Epi.203.b.
Cum eo mihi ſumma neceſſitudo eſt.magno enim beneficio meo affectus,cumulatiſſime mihi gratiam retulit, nam nec in honoribus meis unq̃ defuit,nec in laboribus.
Quamobrem, quirites celebratote &c.uã multi &c.erepti enim &c I.C.116.b.
Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attẽdere,nec quid polliceatur intelligere uidetur. đ In.43.b.
Nam quid ego de Cicerone dicam: qui &c. Epi.232.b.
Nam Hercule inquit Antonius,ſi,&c. đ Or.121.b.& I.V.123 b. Nam Hercule inquit &c.
Nam quod purgas eos &c. At.49.a. & 135.b. Nam quod negas &c. Ex quibus requiram,quo nam modo latuerint. ꝓ Cęl.52.a.
Quam nam rationem allaturus es huius rei? At.277.a.
Cuiuſnammodi, eſt Tarquinij ſomnium? đ D.89.b.
Quinq; cohortibus quid ſe nam facturũ arbitratur. At. 273.b. Ec quo nam modo. Part.234.a. & 232.a.
Nunquid nam reſtat?
Offecerat uidelicet apricanti. Tuſ.146.b.i.nã offecerat apricanti,uel offecerat ſcilicet apricanti, ut illud. Nunq̃ uidelicet ſitiens biberat.
Nam quod me tecum iracunde agere dixiſti ſolere,non eſt ita,uehementer &c. I.A.217.a.

Nanciſcor,ris.nactus ſum, inuenio, adipiſcor, conſequor, aſſequor, mihi obuenit. Ci.đ N.51.a Alter alterius ubicunq; nactus eſt oua frangit. & Tuſ.164 a. Cato ſic abijt è uita,ut cauſam moriendi ſe nactum eſſe gauderet.
Nactus ſum etiam,qui Xenophontis ſimilem eſſe ſe cuperet. Or.199.b. Quoniam nacti te inquit ſumus. de Fin.51.b. Cuius rei nonnullam conſuetudinẽ nactus ſum &c. Att.315.a. Quonammodo imperium ferre potuiſſent, ſi id ille nactus eſſet? ꝓ Mil.116.a.
Ne non ullam nanciſcatur,quæ a primo impulſu moueatur. đ Som.131 a.
Si quid firmitatis nactus ſit Antonius. Epi.173 b.
Nactus pluſculum laxamenti. Epi.194.b. & cum plus otij nactus ero, Poteſtas,quam ille per ſcelus erat nactus. đ N.77.a.& b. Nacti aliquid fortuiti boni.
Iam uero immanes belluas naneiſcimur uenando. đ N. 58.b. Tamen maiorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſtea quam &c. Epi.205.b.
Vitis ut ſe erigat claniculis quaſi manibus quicquid eſt nacta complectitur. đ Sen.
Sortem eſt nactus urbanæ prouinciæ. I.V.97.a.

Nanq; ſi quidem Ci.ꝓ R.P.122.a.
Ci.đ Or 93.b Tum ille,nanq; quod tu non poteris,nemo poterit. Nanq; illud quare ſcæuola neguſti? đ Or. 91.a. Nanq; aſſiduis internuntiis &c. Epi.252.b.

Narbo,onis. Ci.ꝓ Font.276.b. Eſt in prouincia Galliæ Narbo martius colonia noſtrorum ciuium, ſpecula populi Rom.

Naris,ris.nares ſunt naſi foramina.
Ci.đ N.54.b. Nares eo quod odor ad ſuperiora fertur recte ſurſum ſunt. & 53.a. Os adiunctis naribus ſpiritu angetur. & 55.a. Nares ſemper patent.
Faſciculum ad nares admouebat. Tuſ.199.b.
Emungere ſe cubito. Ad Her.41.a.
Naribus hunc ferum duxere ex aere ſuccum. đ D.83.a.

Narratio,nis.rerum geſtarum aut ut geſtarum expoſitio.
Ci.đ Fin.48.a. Ci.đ Or.116.a. Deinde rem narrare,ita ut narratio uerisimilis ſit, ut aperta ut breuis.& 139.a. Narratio obſcura totam obcæcat orationem.
Narrationes credibiles nec hiſtorico ſed propè quotidiano ſermone explicatæ dilucide. Or.200.a.
Rem breuiter exponere,& probabiliter & aperte. Or. 208.a.& 217.b. Si exponenda narratio eſt.
Narratio eſt rerum explicatio, & quædam quaſi ſedes ac fundamentum conſtituendæ fidei. Part.232 b.

Narrator.oris. Ci đ Or.113.a. Cæteri non exornatores rerum ſed tantummodo narratores fuerunt.
Imitator & narrator facetus. đ Or.129.a.

Narro,ras.rem geſtam expono,narrationem expono,rem demonſtro. Ci.Epi.31.a. Iucunda mihi eius oratio fuit,cum de animo tuo, de ſermonibus,quos de me haberes quotidie,mihi narraret.
Craſſi libertum ais tibi de mea ſolicitudine macieq; narraſſe. At.45.b.
Narrare de aliqua re. Ad Her.20.b.
Vt mores eius de quo narres exprimãtur. đ Or.131.a.
Othonem quod ſperas poſſe uinci,ſanè bene narras. At. 216.a. Narro tibi,Quintus exultat lætitia. At.247. b.& 246.a.

Narra mihi: Reges Armenij patritios ſalutare non ſolent: At. 26. b.
Narro tibi plane relegatus mihi uideor poſtea quam in Formiano ſum. At. 29. a.
Craſſi libertum ait tibi de mea ſolicitudine macieq; narraſſe. At 41. b. & 246. a. Narro tibi, hęc loca uenuſta ſunt. & 260. b. Male narras de Nepotis filio.

Narthecium, cij. Ci. d Fin. 69. a. *Medicamenta illa tanq̃ de narthecio promant.*

Naſica. l. Corculum.

Naſcor, ris, *ortor, in uitam uenio uel introeo uel ingredior, gignor, ortum habeo, in lucem edor uel ſuſcipior, alicuius ſatu edor, in lucem edor, patris ſatu matrisq; conceptu omnes generamur & edimur, proficiſcor, pateſio procedo.*
Ci. d Fin. 107. a. *Omnes nati ſumus ad ſocietatem & communitatem generis humani.*
Quoniam etiam mortui miſeri ſunt, in miſeriam naſcimur ſempiternam. Tuſ. 150. a.
Sed ipſum a ſe oritur et ſua ſponte naſcitur. d Fin. 81. a.
Ante extingui atq; opprimi q̃ plane exortum ac natum eſſet. ʒ Rul. 84. a.
Si tibi fortuna non dedit ut patre certo naſcere. p. S. R. 25. b. *Cætera naſcuntur & occidunt.* Or. 197. b.
Filius natus in decem menſibus. Top. 224. a.
Thucydides qui non naſcentibus Athenis ſed iam adulti fuit d Cla 167. a.
Ex quo hæc oĩa nata & profecta ſunt. p Quin. 16. a.
Timiditas ex rebus naſcitur. d Fin. 118. a.
Nec in impeditis & regum dominatione deuinctis naſci cupiditas dicendi ſolet d Cla. 168. b.
Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. Off. 36. a.
Homines in ueteri dignitate fortunaq; nati. ʒ Rul. 64. a.
Naſcendi incerta conditio. I. C. 111. a. & *ſine ſenſu naſcimur.* *Cuius cauſa nati & in lucem editi ſumus.* de L. 159. a.
Filiolo auctus ſum. At. 2. a.
Maior natu & minor natu. l. Natu.

Naſſa, ſæ. Ci. At. 247. b. *Ex hac naſſa exire conſtitui non ad fugam ſed ad ſpem mortis melioris.*

Naſturtium, tij. Ci. Tuſ. 247. b. *Perſas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam pręter naſturtium.* & d Fin. 84. a.

Naſus, ſi. Ci. d N. 55. a. *Naſus ita locatus ut quaſi murus oculis interiectus eſſe uideatur.*
Emungere ſe cubito. Ad Her. 40. a.

Natalis, le.
Ci. At. 283. a. *Cum is dies caſu Bruti natalis eſſet.*
Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolam &c. At. 137. a.
Ita ad urbem IIII Non. natali die meo. At. 104. b.
Hunc ego diem uere natalem huius urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum. p Fla. 165. b. & d. D. 129. a.
Natalis dies urbis.
Agere diem natalem ſuum. At. 49. a. *uel alicuius.* de Fin. 85. a.
Agere diem ſuum natalem quotannis. d Fin. 86. a. & ibi. *Vt & ſui & Metrodori memoria colatur.* & ibi. *Colere diem natalem.*
Chaldeis in prędictione & in notatione cuiuſq; uitę ex natali die minime credendum eſt. d D. 116. b.
De natali die Ciceronis. p Seſt. 16. a. & At. 53. a.
Non minus iucundi atq; illuſtres nobis ſunt ij dies, quibus conſeruamur, q̃ ij quibus naſcimur. I. C. 111. a.

Natalitius, a, um. Ci. d D. 116. b. *Qui hæc Chaldeorũ natalitia prædicta defendunt.* & 127. a. *Chaldæi notant ſidera natalitia.*
Hodie non deſcendit Antonius, cur? dat natalitia in hortis. I. A. 163. a.

Natatio, onis. Ci. d Sen. 89. a. *Natatio & curſus.*

Natio, onis. *Gens genus, terra.*
Ci. d Pro. 75. b. *Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorũ prælijs feliciſſime decertauit.*
Exteræ nationes & gentes. p Font. 281. a.
Is ſe Ligurem non fecit ne nationis magis ſuæ q̃ generis uti cognomine uideretur. p Clu. 32. b. i. *Patetur natione ligur.*
Deum nõ curare ſingulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes. d N. 78. b. & 79. a.
Erudita illa Grecorum natio. d Or. 110. a.
Atq; hominum genus in natione conſideratur, graius an barbarus. d In. 50. a.
Deteriores cauete, quorum quidem eſt magna natio. d Ar. & p Seſt. 23. b.
Tota natio candidatorum. p Mur. 140. b. & p Seſt. 23. a. *Natio optimatium.*
Natio dea, quæ quia partus matronarum tueatur a naſcentibus natio nominata eſt. d N. 68. b. & 69. a.
Immanes ac barbarę nationes. Q. Fr. 295. a. & I. P. 92. a. *Nemo tibi obuiam uenit, ne de officioſiſſima quidem natione candidatorum.*

Natiuus, a, um. *Germanus.*
Ci. d N. 7. a. *Anaximandri opinio eſt natiuos eſſe deos, longis interuallis, orientes occidentesq;.*
Simplicia uerba partim natiua partim reperta ſunt. Part. 231. a.
Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis inhærentes. d N. 46. a.
Medicina, quæ & illud natiuum malum & hoc delectum ſanare poſſet. p Dom. 215. b.
Huius gentis ac terræ domeſticus natiuusq; ſenſus. de Ar. 248. a.

Nato, as, no. Ci. p Cęl. 45. a. *Quo omnis iuuentus natandi cauſa uenit.* & d In. 81. b. *Naufragus quidem natans &c.* & Epi. 100. a.
In quo quidem magis tu mihi natare uiſus es, q̃ ipſe Neptunus. d. N. 72. a.
Natabant pauimenta uino. I. A. 180. a.

Natrix, cis. Ci. Acad. 30. a. *Cur Deus tantam uim natricum & uiperarum fecerit: cur mortifera tam multa paſſim diſperſerit*

Natu. *maior natu, ætate antecedens.*
Ci. Acad. 16. a. *Aliquot annis minor natu.* & de Cla. 186. b. *Q. Pompeius biennio q̃ nos fortaſſe maior.*
Ex his oĩbus natu minimus. Q. Saturius. p Clu. 40. a. & d Or. 113 b. *Minimus natu horum omnium Timæus.*
Tum ego audiui equidem iſta de maioribus. de Cla.

Naturalis,le. Phyſicus,innatus,inſitus,naturę coniunctus uel copulatus,a natura profectus uel ortus,ſecundum naturam,cuius cauſas natura continet,quod quidem fere è natura eſt.

Ci.đ Cla.166.b.Eiſq; libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendam impulſi ſumus.& Part.235.b.In obſcuris naturalibus ꝑ quęſtiõibus.& đ Fin.51.b.

Motus naturalis.& I.A.186.a.Pater naturalis.

Omnium cauſarum unum eſt naturale principium. de Cla.183.b.

Noſtrarum uoluntatum & appetitionum non ſunt cauſæ naturales & antecedentes, nihil enim eſſet in noſtra poteſtate.đ Fat.141.b.

Hæc enim duo genera diuinandi naturalia ſunt.đ D.81.a. Niſi ipſe ſe cum domeſtica diſciplina, tum etiã naturali quodam bono defenderet.ꝑ Cæl.36.b.

Artificioſa præſentio.X.naturalis diuinatio, quæ Phyſica diſputandi ſubtilitate referenda eſt ad naturam deorum.đ D.103.a.

Naturalis non fucatus nitor.đ Cla.167.b.

Naturalis quædam ſocietas.Off.11.a.

Vt homines adoleſcentes, ſi quid naturale forte non habeant,deterreantur.đ Or.94.b.

Naturalis atq; inſita in animus noſtris notio. de Fin.55.a. Natura fert ut &c.đ Som.119.a.i.nautrale eſt ut &c. Sed quæ naturæ principia ſunt ſocietatis humanę,repetendum altius uidetur Off.10.b.i.naturalia principia. Phyſiologia.i.naturæ ratio.đ N.6.a.

Facile cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraiſſe uitio deprauatæ uoluntatis.đ Cl.176.a.

Naturaliter. a natura. ſecundum naturã,naturæ ipſius habitu. Ci.Sen.81.b.Quod homini naturaliter inſitum èſt,eo uti decet.

Honeſtum per ſe nobis placet animosq; noſtros natura & ſpecie ſua commouet.Off.39.b.& ibi.Eos a natura ipſa diligere cogimur.

Ita ratio comparata eſt uitæ naturæq; noſtræ,ut alia ætas oriatur ex alia.đ Am.115.a.

Hoc ualeret inquam in commum conſenſu omnium, & dulciſſima commendatione naturæ.ꝑ Plat.165.b.

Natus,a,um. editus, procreatus,factus , alicuius ſatu uel partu editus.

Ci.đ N.68.b.Orpheus & Rheſus matre Muſa nati.& 69.a.Circe è perſide Oceani filia nata.

Thyeſtes Tãtalo prognatus,Pelope natus.Tuſ.196.a.

A parentibus paruus ſum procreatus,a uobis natus ſum conſularis.poſt.98.b.

Natus ſuſceptus,& inſtitutus ad laudem.đ Fin.139.b.

Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumq; cognoui.đ Or.93.a. & 91.a. Ita nati ſumus, ut rem geſtam exponere & de omnibus rebus loqui ſine arte poſſimus. Reperiebam hunc ad iſtius flagitioſas libidines natum atq; aptum fuiſſe.I.V.135.b.& factum l.factus.

Equus natus ad curſum , canis natus ad indagandum. de Fin.73.a.

Natus ad agendum ſemper aliquid dignum uiro. Epi.57.a.

Scipio natus mihi uidetur ad interitum exitiumq; carthaginis.đ Ar.244.a.& ibi.T.Annius ad hanc peſtem funditus delendam natus eſſe uidetur.

Vir ad dignitatem & gloriam natus.ꝑ Seſt.11.b.

Ille uir,qui ſe natum huic imperio.ꝑ Cęl.10.a.

L.Craſſus homo natus ad dicendi ſingularem quãdã facultatem.ꝑ Cor.55.a.

Cæſar deorum beneficio natus ad hæc tempora. I.A.241.a. Aliquis ad facinus prædãq; natus.I.A.138.b.

At hic noſter ad hoc unum eſt natus,in hoc ſolo ſe exercuit.Or.105.b.

Genus hominum eſt ad honeſtatem natum.Part.138.a.

Cn Pompeius uir ad oĩa ſumma natus.đ Cla.186.b.

Boum ceruices natæ ad iugum.đ N.58.a.

Syri natio nata ſeruituti.đ Pro.71.a.

Ille uir qui ſe natum huic imperio putauit.ꝑ Cęl.10.a.

Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo non laudi atq; gloriæ.I.P.88.a.

Multitudo & ſerũ cui nata eloquẽtia eſt.đ Cla.191.a.

Tuum eſt cato,qui non tibi ſed patriæ natus es , uidere &c.ꝑ Mur.143.b.

Non nobis ſolum nati ſumus ſed &c.Off.5.a.

Græci nati in literis.đ Or.154.b.

Non magis me mea cauſa puto eſſe natum ꝗ̃ reip.procreatum.Antequam.196.a.

Quidam ſunt ita habiles &c.ut non nati ſed ab aliquo Deo ficti eſſe uideantur.đ Or.94.b.

Animaduerterã poſſe pro re nata te non incommode ad me in Albanum uenire.At.106 b.

In his locis pro re nata non incommode poſſunt eſſe. At.111.b. Antonij colloquium cum Heroibus noſtris pro re nata non incommodum.At.214.a.

Eques ram prope annos LXXXX natus.I. V.160.b.

Annos natus unum & uiginti.đ Or.149 b. & đ Cla.185.a. Cum annos ad quinquaginta natus eſſet.ꝑ Clu 40.b. Isq; iã annos uiginti haberet.ꝑ Cec.195.a.

Homines ad iuſtitiam eſſe natos.đ L.161.b.

Natus,ti. procreatus,filius.đ Am. Ci.101.a.Ea charitas,quæ eſt inter natos & parentes.

A primo ſatu quo a procreatoribus nati diliguntur.de Fin.141.b. Neq; porro ex eo natus &c.đ Fin.77.b.

Nauale,lis.

Muri , naualia,portus,aquarum ductus.Off.41.b.

Naualis,le. Ci.đ Or.90.a.Si huic M.Antonio pro Hermodoro fuiſſet de naualium opere dicendum.

Pedeſtres naualesue pugnæ.đ Sen.79.b. & pro Mur.131.a.Pugna naualis ad tenendum.

Diſciplina naualis.ꝑ Pom.14.a.& 9.b. Nauale bellũ.

Nauarchus,chi. Ci.I.V.248.a.Sumptum omnem in claſſem Nauarcho ſuo quęq; ciuitas dabat.& 190.a.

Naui. Ci.đ D.108.a. Non habeo demq; naui Marſum Augurem.

Naufragium gij. Ci.Ep.159.b.Interea,qui cupide profecti ſunt,multi naufragia fecerunt. & đ D. 83.b. Tot clariſſimorum ducum Regumq; naufragium.

Maxima ac miſerima naufragia fiebant.đ In.41.b.

Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos S.Titij nauem afflictam et in quibus C.Decia-

ni naufragium fortunarum uideret .p Rab.95.b.
Hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. At.67.b.
Quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nudum eieciſti. p S.R.43.a.
Quod in naufragio reip. tenebris offuſis, demerſe popu lo &c. p Dom.241 a.
Naufragium rei Familiaris. Ep.10.b
In quo naufragio reip. colligendo & reficiendo ſaluti communi omnia reperientur P. Seſtij conſilia eſſe uerſa ta. p Seſt.5.b.
Vt tu naufragio expulſus penderes &c. I.P.88.b.
Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Anto niana ſaxa proiectus eſt. I.A.243 a.

Naufragus, a um. Ci. d In.81.a. *Naufragus quidam natanti.* & d Fat.140.b. *Vt in illo naufrago.* & I.C. 105.b. & 109 b.
Aliquis patrimonio naufragus. p Syl.175.a.
Marium Aphrica expulſum, naufragumq; uidit. I. P.88.b.

Nauicula, læ.
Ci poſt.202 b. *Marius cum parua nauicula traiecit in Africam.* & Acad. 37.a. *Nos ad nauiculas noſtras aſcendimus.*

Nauicularia, riæ.
Ci. I.V.141.a. *Nauiculariam facere.*

Nauicularius, rij. nauiculator.
Ci. Ep.160.a. *Nauiges cum honeſto aliquo homine, cu ius authoritate nauicularius moueatur.*
Ego nautas illum non putabam habiturum, ille confide bat, & eo magis quod audiret nauicularij hominis libe ralitas eſſet. At.136.b.
Vt aratores, ut mercatores, ut nauicularij. I.V.130.a.

Nauiculator, oris. nauicularius.
Ci. p Pom.5.b. *Mercatoribus ac nauiculatoribus iniu rioſius tractatis.*

Nauigans, tis. uector.
Ci. Off 70.a. *Nauigantes & uectores.*

Nauigatio, onis. curſus, curſus maritimus.
Ci. d N.76.b. *Videtis ne inquit amici quã bona a Dijs nauigatio ſacrilegis detur.* & Q. Fr.312.a. *Aiebant te prima nauigatione tranſmiſſurum.*
Multa maledicta, uerſus etiam præclariſſimi in Clodium Q.Fr.308.a.

Obſcuratio, onis. Ci. đ Fin.111.b. *In quibus propter earum exiguitatem obſcuratio ſequitur,* & ibi. *Quibus in rebus obſcuratio magna eſt.* l. exiguitas.

Obſcure. ἀδηλότως. X. *aperte, palam.*
Ci.I.C.119.a. *Hoc malum obſcure ſerpit* & 99.a. *Nō agam obſcure.*
Heraclitus de natura nimis obſcure memorauit. đ Fin.67.a.
Palam. X. *obſcure.* ꝑ Mil.109.b.
Huic ne perire quidem tacite obſcureq; conceditur. pro Quin.9.a.
Obſcure ferre aliquid. ꝑ Clu.28.b. & Parad.124.b.

Obſcuritas, tis. *obſcuratio, tenebræ, caligo, ænigma.*
Ci. đ Or.147.a. *Vt oratio, quę lumen rebus adhibere debet ea obſcuritatem & tenebras afferat.*
Satis ne igitur uideor uim uerborum tenere? an ſum etiā nunc græce loqui uel latine docendus? & tamen uide ne ſi ego non intelligam quid Epicurus loquatur, cum græce ut uideor luculenter ſciam, ſit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intelligatur, quod duobus modis ſine reprehenſione fit ſi aut de induſtria facias ut Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obſcure memorauit, aut cum rerum obſcuritas non uerborum facit, ut non intelligatur oratio, qualis eſt in timæo Platonis. đ Fin.67.a.
Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus maximaq; eſt & in ipſis rebus obſcuritas & in iudicijs noſtris infirmitas. Acad.3.a.
Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturæ. đ.D.87.b.
Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut ijdem uerſus alias in aliam rem accomodari poſſe uiderentur. đ.D.131.b. & 135.b. *Iam uero quo pertinent obſcuritates & ænigmata ſomniorum: intelligi enim a nobis Dij uelle debebant ea, quæ noſtra cauſa nos monebant.*
Philoſophia in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in uitam atq; mores. de Or.90.b.
Sed a libris te obſcuritas reiecit. Top.221.a.
In ea obſcuritate & dubitatione omnium Cannutio placuit iudices pronunciare. ꝑ Clu.32.b.
Duæ ſunt huius obſcuritatis cauſæ, una pudoris &c. altera ſceleris &c. ꝯ Rul.73.a.
In tenebris q̃ i luce cauſam uerſari maluit. ꝑ Plā.267.b.
Sed habeo alia ſigna quæ obſeruem, quæ & ſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent uel obſcuritatis uel erroris. Ep.83.b.
Ita ut nullum obſcurum poteſt nec dictum eius eſſe nec factum. Off.42.a.
Erat autem obſcuritas quędam &c. ꝑ Mar.135.b.

Obſcuro, as. *lucem eripio, noctem uel tenebras rebus offundo, tenebras offero, obſcuritatem affero, tenebras obduco, obcæco, inobſcuro, officio, obſtruo, perſtringo.*
Ci. đ.N.45.a. *Ætneorum ignium tenebræ finitimas regiones obſcurauerunt.*
Minora maioribus obſcurantur. đ Fin.138.b.
Lumen lucernæ obſcuratur & offunditur luce ſolis. de Fin.99.b.
Nox tenebris obſcurat omnia. I.C.98.b.
Quę ſcribam ἀλληγορίαις obſcurabo. At.35.a.
Nihil nec ſubterfugere reticendo nec obſcurare dicendo. ꝑ Clu.18.a.
Omnes eorum memoria ſenſim obſcurata eſt & euanuit. đ Or.117.b. & đ Or.163.b.
Obſcurari atq; penè obrui. & đ Fin.99.b. *Obſcurari & obrui atq; interire.*
Obſcurari quędā nec apparere quia ualde parua ſunt. đ Fin.111.b.
Tuas laudes obſcuratura nulla unq̃ eſt obliuio. pro Mar.135.b.

Obſcurus, a, um. *habens obſcuritatem. tenebricoſus, caliginoſus, tortuoſus, inuolutus, a natura inuolutus, latens, opertus, flexiloquus, ſpiſſus, cæcus.* X. *apertus, perlucidus, illuſtris.*
Ci. đ In.82.a. *Res apertæ obſcuriores fiunt oratione.*
Quia erant multa obſcura multa ambigua explanationes adhibitæ ſunt interpretum. đ.D.104.b.
Chryſippus totum uolumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obſcuris ut interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes, partim ambiguis & quæ ad Dialecticum referenda ſint. đ.D.132.a.
Non ut deorum naturam tollerem ſed ut intelligeretis q̃ eſſet obſcura & q̃ difficiles explicatus haberet. de.N.79.a. *Ius applicationis obſcurum ſanè & ignotum*

paterfactum eſt in iudicio atq; illuſtratum a patrono. de Or. 99. b.

Cur hoc tam eſt obſcurum atq; cæcum. ꝯ Rul. 73. a.

Dolor ap:ins. X. habet. At. 220. a.

Obſcurus. X. rerum multitudine nobilitatus. pi. 233. a.

Tua nobilitas ho minibus literatis eſt notior, populo ne ro obſcurior. p Mur. 127 b.

De oratione Rulli obſcura. ꝯ Rul. 68. b.

De Thucydide & eius oratione obſcuriſſima. Ora. 199. b. Ego autem, qui intelligeret, quid dicere uellet, adhuc neminem reperi. I. A 127 b. & ibi. Satius eſt mutum eſſe ꝙ qđ nemo intelligat dicere. De M. Antonio. Oratio nimia religione attenuata a multitudine deuoratur đ Cla. 191. a.

Cognitio multis obſtructa difficultatibus. Acad. 2. b.

Διὰ σημείων ſcribere. At. 215. b.

Philiſti Syracuſi & Thucydidis conciſæ ſententiæ interdum etiam non ſatis apertæ cum breuitate tum nimio acumine. đ Cla. 170 b.

Sermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis, ne ut quidã græca uerba inculcantes iure optimo irrideamur. Off. 22. b. Enphoriõ poeta nimis obſcurus. X. Homerus đ. D. 131. b. & ibi Heraclitus ualde obſcurus. X. Democritus, & ibi. Mea cauſa me mones qđ nõ intelligã, quid igitur me mones: & đ. D. 134. b. l. circumo.

De oratione obſcura. đ Fin. 67. a. & Acad. 9. b. & de Ora. 114. a. & đ N. 15. b. 16 a. & đ Ora. 111. a. & 146 a.

Obſecratio, onis. preces, deprecatio, obteſtatio.

Ci. đ In. 47. a. Si prece & obſecratione humili ac ſuppliciter utemur. & đ Or. 162. a.

Obſecratio, deprecatio, & p Fon. 284. a. & đ Ar. 258. b. Conſtituendæ nobis ſunt procurationes & obſecratio &c.

Obſecro, as. amabo te. Ci. p Dom. 219. b. Idem pro ſalute mea populum Romanum obſecrauit.

Denique ipſe pro mea nos ſalute non rogauit ſolum uerũ etiam obſecrauit Poſt 101. b.

Non ſolum hortabor ut elaboret &c. ſed etiam obſecro bo. đ Or. 116. b.

Neuium obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem per nomen propinquitatis. ut &c. p Quin. 18. a.

Cum multis lachrimis eum oraret atq; obſecraret Heroclius impetrare non potuit. I. V. 117. a.

Cum mihi C. Marcellus non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoq; me obſecraret &c. Ep. 55. a.

Ego uos P. C. oro atq; obſecro, ut &c. Ep. 166. b.

Itaq; te hoc obſecro, ut &c. p Quin. 18. a.

Obſecro inquit Torquate, hęc dicit Epicurus: đ Fi. 68. b

Obſecro mi Pomponi non uides &c. At. 43. a.

Obſecro Pyliæ ſalutem At. 190. b.

Quid obſecro te me miſerum, quid futurum eſt: Epiſt. 233. a. Sed obſecro te ita uenuſta habeantur iſta nõ ut uincula uirorũ ſint, ſed ut oblectamẽta puerorũ Ci. Sed (obſecro te) quid hoc miſerius ꝙ &c. At. 124. a.

Ad me (obſecro te) ut omnia certa perſcribas. At. 44. a.

Deinde me obſecras amantiſſime, ne obliuiſcar uigilare & ut animaduertam quæ fiant. At. 82. b.

Id ut facias, te obteſtor atq; obſecro. At. 170. b.

Attica mea obſecro te quid agit quæ me ualde angit. At. 208. a.

Obſecundo, as. Ci. p Pom 13. a. Iis cui ciues aſſenſerint, ſocij obtemperauerint, hoſtes obedierint, uenti tempeſtateſq; obſecundarint.

Obſepio, pis. Ci. p Mur. 135. b. Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, accuſandi obſepiebant.

Obſequens, tis. Ci. Ep. 148. b. Filius obſequens patri. et Sol. In Cic. 270. b. Filia tibi iucundior atq; obſequentior ꝙ parenti par eſt.

Obſequium, quij. indulgentia, patientia.

Ci. đ Am. 113. a Obſequiũ amicos, ueritas odiũ parit.

Itaq; effeci omni obſequio ut neutri illorum quiſq̃ eſſet me charior. At. 98. b.

Ego Antonium collegam patientia atq; obſequio meo mitigaui. I. P. 80. a. Comprehẽdere multos amicitia, tueri obſequio. p Cel 40. a.

Mulieres ita de intelligo delectari obſequio & comitate Adoleſcentis. At. 95. b.

Abuti obſequio alicuius ad omnes res. Ep. 152. b.

Cum animus cognitis uirtutibus a corporis obſequio indulgentiaq; diſceſſerit. đ Leg. 168. a.

Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeueritate. At. 157. a.

Ea uero non ſunt ab obſequio noſtro. At. 165. a.

Obſequia in homines. đ Leg. 164. b.

Obſequor, ris. morem gero, indulgeo, ſatisfacio, morigeror, gratificor, placeo. Ci. Or. 220. b. Dum tibi roganti obſequi uellem ſcribendi impudentiam ſuſcepi.

Ego uero inquit tibi obſequi ſtudeo. đ Or. 93. b.

Cum huic obſecutus ſis illi eſt repugnandũ. Tuſ. 240. a

In nauigando tempeſtati obſequi artis eſt. Ep. 15. b.

Obſequar igitur uoluntati tuæ. đ Fin. 68. a.

Vt ueſtræ naturæ bonitatiq; obſequamini. p Qui. 17. a.

Conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor. Or. 211. b.

Sed tamen etiam in his aſperitatibus rerum obſequar ſtudijs noſtris. đ Or. 85. a.

Obſequor tibi de te uel de aliqua re. p Clu. 49. b.

Obſero, ris. Ci. đ L. 183 a. Quod cũ proxime fecerant obductaq; terra erat frugibus obſerebatur.

Obſeruans, tis. ſtudioſus, cupidus, diligens.

Ci Ep. 203. a. Aulus Fuſius, obſeruantiſſimus noſtri.

Quem ſpero tui fore obſeruantem. Ep. 235. b.

Cognoui te mei ita cupidum, ut paucos æque amantes atq; obſeruantes me habere exiſtimem. At. 262. a.

Obſeruantia, tiæ. Ci. đ In. 70. b. Obſeruantia eſt per quam ætate aut ſapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes ueneremur & colimus, & 82. b. Cultu quodam & honore dignantur.

Sex Aufidius obſeruantia, qua me colit accedit ad proximos. Ep. 199. b.

Nulla eſt pœna, quæ poſſit obſeruantiam tenuiorum ab hoc uetere inſtituto officiorum excludere. p Mur. 141. a. & p Plan. 268. a.

Officia illius obſeruantiamq; dilexit. p Cor. 68. a.

Amicos obſeruãtia, rẽ parſimonia retinere. p Qui. 10. b

Ne magnum onus obſeruantiæ tibi imponerẽ. At.207.a.
Mea tibi obſeruantia nunq̃ defuit. Ep 64.b.

Obſeruatio, onis. *animaduerſio.*
Ci.d Cla.167.b. *Verum id natura magis aut caſu q̃ ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat.* & Or.214.b. *Verſus inuentus eſt terminatione aurium & obſeruatione prudentum.*
Obſeruatio diuturna notandis rebus fecit artem. de D.138.b. & ibi. *Quæ aſtris præſentiũtur hæc notata ſunt obſeruatione diuturna.* & ibi. *Neq; obſeruatione inueniri potuit ſcientia.*
Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putãtur effeciſſe, ut prædica futura poſſent. d D.8.a.
Valetudo conſeruatur notitia ſui corporis. & obſeruatione rerum, quę res aut prodeſſe ſolent aut obeſſe. Off.51.b. *Apud antiquos ſumma erat obſeruatio in bello mouendo.* Off.8.b.

Obſeruo, as. *animaduerto, noto, ſpeculor, aucupor, quaſi inſidior, ſeruo, pertracto, in ſpeculis ſum, colo, ueneror.* Ci.Ep.83.b. *Sed habeo alia ſigna, quæ obſeruẽ: quæ & ſi non ſunt certiora illis, minus tamen habẽt uel obſcuritatis uel erroris.*
Chaldæi motus ſtellarum obſeruauerunt, quibus notatis quid cuiq; ſignificaretur memoriæ prodiderunt. de.D.80.a. & 82.b. *Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatione euẽtus animaduerſa ac notata.*
Et ſi cauſæ non reperiuntur iſtarum rerum, res tamẽ ipſæ obſeruari animaduertiq; poſſunt. d.D.118.a.
Quomodo hęc infinita obſeruando notare poſſumus? d.D.138.b.
Sunt enim quidam oratorij numeri in oratione obſeruãdi ratione quadam. Or.204.a.
Et perſæpe me, quæ ſoleres in dicendo obſeruare docuiſti. d Or.93.a. & 94.a. *Quæ obſeruata ſunt in uſu ac tractatione dicendi.*
Quæ ſua ſponte homines eloquentes fecerunt, ea quoſdam obſeruaſſe, atq; collegiſſe. d Or.97.a.
Is nimium inquirens in ſeſe atq; ipſe ſeſe obſeruans, metuensq; ne uitioſum colligeret, etiam uerum ſanguinem deprauabat. d Cla.191.a.
Non enim id agit ut inſidietur, & obſeruet ſed iam fauet proceſſumq; uult. Or.217.b.
Multi occupationem eius obſeruant, tempusq; aucupantur. p.S.R.22.a.
Itaq; ei præcepi ut tempus obſeruaret epiſtolæ tibi reddendæ. Ep.175.a.
Nihil mali eſt canes ibi q̃ plurimos eſſe, ubi permulta obſeruandi, multaq; ſeruanda ſunt. p.S.R.33.b.
Obſeruare omnes motus alicuius. pad.123.b.
Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obſeruant, & ſi quid incidit, arripiunt. d.N.50.b. *Nec obſeruat ſtricte amicitia, ne plus reddat q̃ acceperit.* d Am.107.a.
Cum ſemper ita habitum obſeruatumq; ſit. At.50.b.
Quid tu id quemadmodum obſeruas? p Quin.16.a.
Metellus eum cenſum obſeruari iuſſit, qui Sex Peduceo prætore habitus eſſet. I.V.136.b.
Qđ ne accidat obſeruari nõ poteſt. Or.215.b.i. *caueri.*
Obſeruare leges. p Dom.227.a.
Maiores noſtri nunq̃ perinde ut rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem cenſoriam. p Clu.41.b.
Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pereant quas obſeruent. Off.41.a.
Quid in uiris idem ne obſeruabant? minime. Ad Her.29.a. *Ago gratias, quod meas obſeruationes tam diligenter obſeruas.* Ep.215.a.
Illud ⸗ιωδεσ ἑώ ...ον *ſic enim putatur, obſeruo* ... *præſertim in te quem &c.* At.114.b.
Colere & obſeruare aliquem. Epiſt.48.a. & 87.b. & *Omnes fere familiariſſimi eius quaſi deuincti meis magnis ueteribus officijs me diligenter obſeruant & colũt,* & d Am.101.b. *Coli & obſeruari ab aliquo.*
Qui me ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit. Ep.65.a.
Tribus officijs ab aliquo obſeruatus non largitione. pro Plan.267.a.
Neq; hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruẽt tribules ſuos, ne diligant. p Plan.262.a.
Per officioſe & peramanter obſeruare aliquem. Epiſt.239.a.
Obſeruare & diligere aliquem ſicut alterum parentem. Ep.61.a.
Cecilium colimus & obſeruamus. At.34.a. & I.V.345.b. *Vehementerq; illum ordinem obſeruo.*
Obſeruare & ſeruare idem. d.D.101.b.
Fac ut ſe abs te cuſtodiri atq; obſeruari ſciant. de Pet.213.b.
Sribis tibi in animo eſſe obſeruare Cæſarem, & ſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me uenturum. At.130.a.
Magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. At.221.a.

Obſes, dis. *pignus.* Ci.p Pom.10.b. *Pompeius eis ſpẽ deditionis non ademit, obſides imperauit.* & I.V.171.a. *Tantum quod oratoribus Metellus obſides nõ dedit.*
A nobis multos obſides habet populus Rom. Ab his pindeniſſo capto obſides accepti. Ep.245.b.
Stalenus hanc condemnationem dederat obſidem Bulbo. p Clu.35.a. & 57.b. *Nuptiæ quarum illa obſides filios ab eo accepit.*
Reip. tuus paruus filius in Capitolium a te miſſus obſes fuit. I.A.159.b.
Cum præcipuum uobis obſidem ſui animi ueſtram reliquerit libertatem. Anteq̃.197.a.
Paruus filius qui mihi uidetur amplecti Remp. tanquã obſidem conſulatus mei. I.C.118.b.

Obſeſſio, onis. Ci.p Dom.213.b. *Obſeſſio templorum occupatio fori, oppreſſio curiæ.* & p Cor.56.a. *Obſeſſio militaris uiæ.*

Obſeſſor, oris. Ci.p Dom.215.b. *Depopulator fori, obſeſſor patriæ.*

Obſeſſus, a, um. Ci.I.C.122.b. *Patria obſeſſa facibus & telis impiæ coniurationis.* & p.S.R.23.a. *Domus obſeſſa.*
Græcia Aſiæ oram maritimam cinxit urbibus non ut muniẽdam colonijs illam gentem ſed ut obſeſſam teneret.

pro Fla.159.b.

Obſideo, es. *circunſideo. obſeſſum teneo, occupo, foſſa & uallo ſeptum teneo, oppugno.*

Ci.I.A.212.a.*Qui Mutinam & conſulem deſignatum obſederit, & ibi. Antonius armis obſedit aut excluſit ſenatum. & pro Dom.231 a.Qui impelluntur ut obſideant Senatum.*

Cum ui ferro, metu obſeſſi teneremini Poſt.204.b.

Obſidere, oppugnare, labefactare aliquam urbem. de Ar.244.b.

Ab his gentibus obſeſſum capitolium eſt. ꝑ Fon.280.a. đ Ar.255.b.*Is obſeſſus eſt domi.*

Vrbem cAzicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo Rege maxima multitudine & opp. grauium uehementiſſime. quam L.Lucullus ſummis obſidionis periculis liberauit pro Pom.7.b

Qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur. I.V. 265.b.& ibi *Aut promontoria tenuiſſe.* & I.A.205.b *Cum is qui audit ab oratore iam obſeſſus eſt ac tenetur.* Or.217.b.

Totam Italiam ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat. ꝗ Rul.81.a.

Cum curia ſpeculatur atq; obſidet roſtra. ꝑ Fla.158.a.

Dictatura, quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat. I.A.153.a.& .177 a.*Cũ omnes aditus armati obſiderẽt.*

Iacere humi ad obſidendum ſtuprum. I.C.102.b.

Obſedere tempus alterius. I.V.67 b.

Sceptus equitum turmis incluſum in curia ſenatum ſalamine obſederat At.85.b.

Nos quoniam ſuperum mare obſidetur, infero nauigabimus. At.144 a.

Antonius militibus obſeſſurus eſt ſenatum At.240.a.

Obſidio, onis. Ci.At.129.a.*Domitium periculo obſidionis liberare cupio.* & ꝑ Font.283.b *Colonia, quæ per hunc obſidione liberata eſt.*

Vrbes partim ui partim obſidione cepit. ꝑ Mur.128.b

Antonius ſolet accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. I.A.236.b.

Qui ex obſidione fœneratores exemerit. Epiſt.63.a.& ꝑ Pom.7.b.

Obſignator, oris. Ci At.191.a.*Obſignatores teſtamentorum.* & .264.a.*Nobis teſtibus & obſignatoribus.* & pro Clu.57.a.

Obſigno, as. *ſigno, conſigno.* X *reſigno.*

Ci.ꝑ Fla.150.b.*Lex tabulas iudicum ſignis obſignari iubet.*

Cũ obſignes tabulas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo ille capiatur. đ Or.99.a.

Furacem ſeruum ſolum eſſe, cui domi nihil nec obſignatum ſit nec occluſum. đ Or.131.a.

Decretum quod obſignatum eſt ab ampliſſimis uiris. At.262.b.& .264 a.*Decretum, quod ego obſignaui cũ multis ampliſſimis uiris.*

Eius rei conditioniſq; tabellas obſignauerunt uiri boni complures. ꝑ Quin.12.a.

Literas obſignandas publico ſigno curaui. I.V.232.b. & 256.b.*Obſignare tabellas ſignis amicorũ.* & .106.b.*Quod tum codicem obſignaſſem.*

Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minus multis ſignis, ꝗ è lege oporteat. I.V.100.a.

Quæ cognoui egomet apud iſtum in ædibus, cum obſignandi cauſa ueniſſem. I.V.86.a.

Hæc quæ eſt a nobis prolata laudatio obſignata erat creta illa aſiatica, qua utuntur omnes in publicis & priuatis literis. ꝑ Fla.154.a.& ibi. *Noſtra igitur laudatio conſignata creta eſt.*

Obſignata iam epiſtola ſuperiore, quam &c. At.122.a.& .164.b.& .250.b.*Signata iam epiſtola, Formiani &c.* *Agere cum aliquo tabellis obſignatis.* Tuſ. 234.b.

Quædam Matrona uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturam, retulit, reguuit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe at alter prægnantem eſſe dixit, nam inane obſignari nihil ſolere. de D.138.a.& Ep.266.b.*Obſignare legenas inanes.*

Tabulæ obſignantur. đ In.81.a.

Obſignatam iam epiſtolam meam quam te puto perlegiſſe. At.78.b.

Admiratus ſum ut uidi epiſtolã obſignatam, breuitatẽ eius. At.97.a.& .100.b.*Curij teſtamentum, Ciceronum ſignis obſignatum.*

Obſiſto, ſtis. *reſiſto, repugno, occurro, interpono.*

Ci.I.V.222.a.*Qui primo cum obſiſtere & defendere conarentur, repulſi ſunt.*

Obſtitiſti uidelicet ne ex Italia tranſire in Siciliam poſſent. I.V.236.a.& ꝑ Fla.165.a. *Græcis Lydis obſiſtent Rhodij &c.*

Conſilijs Catilinæ occurri atq; obſtiti. I.C.114.b.& 286.a.*Niſi Panſa obſtitiſſet.*

Qua facile poſſet repugnari obſiſtiq; fortunæ. đ Fin. 110.a.& Tuſ.181.a.*Obſiſtere dolori.*

Ambitionem mihi putabis obſtitiſſe. At.2.a.

Obſiſtere niſis aſſenſuſq; ſuſtinere. đ Fin.96.b.et Acad. 27.a.*Obſiſtere opinionibus, repugnare uiſis.*

Obſiſtere ſermoni alicuius. Q.Fr.300.a.

Qui autem non defendit, nec obſiſtit iniuriæ, tam eſt in uitio, quam ſi &c. Off.5.b.

Multorum odijs nullæ opes poſſunt obſiſtere. Off.37.a

Vitia quibus alij facile non poſſunt obſiſtere. Off.40.a

Audacter obſiſtere alicui. Son.92.a.

Obſitus, a, um. Ci.Tuſ.158.b.*Loca obnubila, obſita teneris loca.*

Obſoleo, les. Ci.I.A.180 b.*In homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia.*

Obſoleſco, ſcis. *tenebris uetuſtatis opprimor.*

Ci.Acad.41.a.*Hæc incluſa habebam & ne obſoleſcerent renouabam cum licebat, legendo.* & de In.52.a. *Res quæ propter uetuſtatẽ obſoleuerunt.* & .42.b.*Hoc uero a pleriſq; eorum deſertum obſoleuiſſe.*

Virtus ſplendet per ſeſe ſemper nec alienis unq̃ ſordibus obſoleſcit. ꝑ Seſt.16.a.

Chartæ quoq;, quę illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerunt. ꝑ Cęl.49.a.

Vectigal qđ amiſſis alijs remaneat, intermiſſis nõ conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. ꝗ Rul. 64.b. *Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis ꝗ uerbis refutata*

bis reſiſteta. ꝓ Pom.13.b.
Cuius ſplendor oĩs his moribus obſoleuit. ꝓ Qui.10 b.
Quæ ſanè nunc obſoleuerunt. đ Or.55.a.
Obſolete. Ci I.V.107.a.*Obſolete ueſtitus.*
Obſoletus, a, um. Ci.I.V.87 a.*Hæc nimis antiqua &* *obſoleta ſunt* &.259.a.& đ Or.116 b.*Abiecta & obſoleta uerba fugienda ſunt.* & At.19.a. *Barbara quædam & obſoleta.*
Hæc uulgaria & obſoleta ſunt. ꝓ Quin.10.b.
Vereor ne paulo obſoletior ſit oratio. đ Or.145.a.
Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus. Off.75.b.
Studijs militaribus apud iuuentutem obſoletis. ꝓ Font. 282.b. *Veſtitus obſoletior, corpus incultum & horridum.* ꝓ Rul.68.b. *Atq; inde obſoletus Theſſalonicam ueniſti.* I.P.98.b.& Ad Her.35.a. *Numitor obſoletus.*
Obſonium, nij. Ci.Ep.138.b.
Obſono, as. Ci.Tuſ.247.a.*Socratem ferunt, cum uſq; ad ueſperum contentius ambularet, quæſitumq́; eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe, ſe, quo melius cœnaret, obſonare ambulando famem.*
Obſtinatio, onis. pertinacia, pertinacia nimia ꝑſeuerãtia. Ci.đ Pro.77.b.*Quæ ego omnia non ingrato animo ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.*
Obſtinatus, a um. pertinax pugnax.
Ci.I.V.79.b.*Hunc in iudicãdo nimiũ ſui iuris ſuiæq; cognoſco.* *Qui nimis præfracte aliquid defendit.* Off. 69.b. *Qui negat aliquid & in eo ꝑſtat.* Off.6.a.
Illius uoluntas obſtinatior. At.6.a.
Quem de ſuſcepta cauſa propoſitaq; ſententia nulla uis nullum periculum poſſet depellere. ꝓ Lig.141.a.
Obſtippus, a, um. Ci.đ.N.47.a *Obſtippum caput.*
Obſto, as, obſiſto, officio, impedio.
Ci.Acad.6.a.*Maxima eſt in ſenſibus ueritas, ſi omnia remouentur, quæ obſtant & impediunt.*
Aut aliquid afferet, qđ oppoſitum probabilius ſit q̃ illud qđ obſtabit. Or.101.b.& ꝓ Quin.7.a.
Officere & obſtare commodis alicuius. ꝓ S.R.37.a.
Niſi quę cauſa grauior obſtiterit. đ.D.109.a.
Quid autem obſtat, quo minus ſit beatus ſi nõ ſit bipeſt.
Obſtitiſti uidelicet, ne &c.l.obſiſto.
Cui pecuniæ uita ſex. Roſcij obſtare atq; officere uidetur. ꝓ S R.19.b.
Milonis facinoris ſuſpicio non facti crimen obſtat. pro Mil.120.b.
Obſtrepo, is. obloquor. Ci.đ Or.147.a.*Ipſi ſibi in dicendo obſtrepere uidentur.* & Ep.62 a *Quæ res fecit, ut tibi litteris obſtrepere non auderem.*
Sed tamen eiuſmodi res neſcio quomodo etiam dũ leguntur, obſtrepi clamore militũ uidentur. ꝓ Mar.132.a.
Obſtrictus, a, um. Ci. ꝓ Cæl.54 b. *Hunc addictum, deditum, obſtrictum nobis habebitis.*
Obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. ꝓ Plã.159.a
Aliquem fœdere obſtrictum teneri. I.P.85.b.
Obſtringo gis. deuincio, obligo.
Ci.At.86.a. *Cũ ſex libris tanq̃ prædibus me ipſum obſtrinxerim.* & ꝓ Clu 57 b.*Quæ illum domi mulieribus & ſpe hæreditatis obſtrinxit.*
Omneis iã amicos meos ære alieno obſtrinxi. Ep.172.b
Te ita exiſtimare nolo, quibuſcunq; rebus Atticum obſtrinxeris, uſdẽ me tibi obligatũ fore. Ep.112.a.
Tanta religione obſtricta tota prouincia eſt, tanta ſuperſtitio mentes ſiculorum occupauit, ut &c.I.V.227.a.& At.205.a.*Ego me magna uoti religione obſtrictũ puto.*
Memmius religione ciuitatem obſtrinxit. đ Or.133.b. &.I.A.176.a *Obſtrinxiſti populũ Rom. religione.*
Me omnium officiorum obſtringi religione arbitror. I. V.242.b. *Qui tot ſceleribus ſe obſtrixerit.* I.V.77. b.&.216.a.*Qui tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe nõ ſentit.* & đ Off 68.b.*Qui ſe obſtrinxerit.*
Qui nefario patriæ parricidio ſe obſtrixerit. I.A.237.a
Si defendes eum, quem obſtrictum eſſe patriæ ſuſpicere. ꝓ Syl.168.a. *Sibi e obſtrictus uoluptatibus teneretur.* ꝓ Cæl.47.a. *Qui tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti.* ꝓ Dem.237.a.
Maximis beneficij uinculis obſtrictus. X.liber & ſolutus. ꝓ Plan.274.b. *Quem nobis in perpetuũ obſtringere.* ꝓ Clu.60.b.
An legibus obſtrictos in tantis moleſtijs eſſe æquũ eſt. đ In.79.a.
Obſtructio, onis. Ci. ꝓ Seſt.7.b.*Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt nec obducta ita ut curioſis oculis perſpici non poſſit.*
Obſtructus, a, um. Ci.Acad.2.b.*Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus.*
Obſtruo, is, obſepio, obthuro, oppilo.
Ci.đ Cla.166 a.*Ad quos omnis nobis aditus, qui pene ſolis patuit, obſtructus eſt.*
Munite cõmunem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum. ꝓ Syl.182.a.
Primo ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur. ꝓ Dom.236.a.b.*Sic Catonis luminibus obſtruxit hęc poſteriorũ quaſi exaggerata altius oratio.* đ Cl.170.b
Sic autẽ officiẽns ſignis mons obſtruet altus. Ci.I.Ara.
Zopyrus dixit Socratem iugula concaua nõ habere, obſtructas enim eas partes & obthuratas eſſe. đ Fa.142.a
Qui iter pœnis uel corporibus ſuis obſtruere uoluerunt. Sen.92.b.
Obſtupeſio, fis. Ci.I.C.107.b.*Si Catilina obſtupefactus ac perterritus mea diligentia in exiliũ abierat.*
Homines admiratione obſtupefacti. ꝓ Deio.150.a.
Cum ea pars animi ſit immoderato obſtupefacta potu atq; paſtu. đ D.93.a.aliter tumefacta,
Obſtupeſco, ſcis. Ci.đ D,119.a.*Eius aſpectu cum obſtupuiſſet Bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit.* *Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt, nullos honores mihi decerni ſino.* At 82.a.
Sic enim obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ut &c. I.C.113.b. *Quid nã torpentes ſubito obſtupuiſtis Achiui?* đ.D.122.a.& Ep.112.b.
Obſtupeſcent poſteri imperia & prouincias tuas. pro Mar.135.b.
Obſum, es. fraudi ſum. Ci.đ Or.91.a.*Pudor qui nõ modo non obeſſet eius orationi ſed etiam probitatis cõmendatione prodeſſet.* *Quid illis adiumento futurũ eſſet, aut offuturum nobis.* Ad Her.31.b.

Obſurdeſco ſcis. Ci. d Som. 119. a. Hoc ſonitu comple- tæ aures obſurduerunt. & d Am. 112. b. Obſurdeſci- mus tamen nec ea quæ monemur audimus.

Obtego gis. Ci. p Seſt. 20. a. Frater meus in comitio ia cuit ſeq; ſeruorum libertorumq; corporibus obtexit. & In. Vat. 31. a. Vt adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate ac ſordibus tuis obtegatur.

Quæ uita multis poſtea uirtutibus obtecta adoleſcen- tiæ excuſatione defendi poſſunt. p Cæl. 46. b.

Quemadmodũ os reiectum terræ obtegatur. d. L. 181. a

Fingere, diſſimulare, & obtegere. At. 16. a.

Obtemperatio, onis. Ci. d. L. 164. b. Iuſtitia eſt obtem- peratio legibus &c.

Obtempero, as. obedio, pareo.

Ci. p Quin. 1. b Si id eſt defendere cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius innocentes poſſit opprimere.

Si ſerui ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi poteſt, obtemperent. p Cec. 295. a.

Te audi, tibi obtempera. Ep. 31. b. & Tuſ. 177. a. Obtẽ- perat ipſi ſibi.

Sed tamen quod me uos ſperare uultis nobis obtempe- rabo. At. 43 b.

Obtendo, dis. Ci. Q. Fr. 293. b. Vniuſcuiuſq; natura te gitur & quaſi uelis quibuſdam obtenditur.

Obtento, as. Ci At. 145. a. Spes quædam me obtenta- bat. fore &c.

Obtero, ris. contundo. Ci d Or. 141. a. Quos cũ huma re uellent, non potuerunt obtritos internoſcere.

Qui nouam rationem ſuſcitant, ueteres maiorum obte- runt laudes. Anteq̃ 195 a.

A pertaq; aitem obterere extiſpicum. d. D. 86. a.

Proſternere & obterere obtrectationes maleuolorum. Ep. 65. b. Laudem imperatoriam criminibus auari- tiæ obteri I. V. 135. b.

Ita calumniam obtriuit ac contudit. p Cec. 288. b.

Obteſtatio, onis. Ci. Ep. 110. b. Meis offi cijs te me memi niſſe, qua obteſtatione decedens mihi ne paterer fieri mandaris. Sanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo aut obteſtatione & conſecratione legis aut pœna, cum &c. Ci. Quid ergo tua obteſtatio tibicinis uolunt p Dom. 238. a.

Mulier obteſtatione uiri domo exire non debuit. pro Clu. 24. b.

Obteſtor, aris. teſtor appello, imploro.

Ci. I. V. 174 b Deos omnes imploro atq; obteſtor. & p Mur. 144 b. Veſtram fidem obteſtor, miſericordiã imploro. Quem enim alium appellem? quem obte- ſter? quem implorem? p Fla. 146. b.

Mecũ uos ſimul miſerrimus obteſtatur parens & p uno filio duo patres deprecantur, ne lite iudices per uos per fortunas ueſtras per liberos inimicis meis dare lætitiã p Plan. 281. a.

Oro obteſtorq; uos, ut miſericordiam huic tribuatis. p Mil. 119 b. Iure igitur uos obteſtor, quos mihi & debere & poſſe intelligo opitulari. Anteq̃. 193. a.

Oro atq; obſecro te mi Cicero neceſſitudinem noſtram tuamq; in me beneuolentiam obteſtans, obliuiſcaris &c. At 280. b & Ep. 40. a. Obteſtans omnes deos &c.

Cum ego te Flacce cœlum noctemq; conteſtans flens flen tem obteſtabar, cum tuæ fidei ſpectatiſſimæ ſalutem ci- uium commendabam. p Fla. 165. b.

Te obſecro obteſtorq; per ſenectutem ac ſolitudinem meam, nihil aliud niſi, ut &c. p Quin. 17. a.

Idq; ut facias te obteſtor atq; obſecro. At. 170. b. & p Seſt 28. b. & p Syl. 184. b. Id ſibi ne eripiatis uos ob- teſtatur. De quo te te patria obteſtor, me fugiſſe etc. p Seſt. 12. b.

Quare obteſtor oroq; uos iudices, ut &c. p Cel. 54. a.

Nunc ego uos obteſtor, ut uelitis &c. Anteq̃. 197. a. & 204. a. Si uobis parum cumulate gratias egero, quæſo obteſtorq; uos, ne &c.

Oro obteſtorq; te ut. Q. Fratrem ames. At. 51. a.

Vos enim Albani tumuli atq; luci, uos inq̃ imploro & obteſtor ueſtræ tum aræ ueſtræ religiones uiguerunt. pro. Mil. 218 a.

Obthuro, as. obſtruo, intercludo, oppilo.

Ci. d Fat. 142. a. Zopyrus, quod Socrates iugula conca ua non haberet, obſtructas eas partes & obthuratas eſſe dicebat.

Obtineo, es. teneo, adipiſcor, uinco.

Ci. p Quin. 5. b. Nemo adhuc præter te fuit, ubi noſtrũ ius contra illos obtineremus. & I. V. 89. a. & p Cec. 291. a. tenere ius ſuum.

Verres totam inſulam obtinebat, Cyclops Ætnam ſolã tenuiſſe dicitur. I. V. 261. b.

Pompeius malas cauſas ſemper obtinuit, in optima conci dit At. 117. a. & p. Q. R. 46. b. Totam litem aut obti- nere aut amittere.

Hoc ad obtinendas cauſas ualet plurimum. Or. 203. a. & I. V. 112. b.

Hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, ut ſi ueritatem uolent re tinere, grauitaté poſſint obtinere. p Quin. 13. b. & ibi. Non ad obtinendum mendacium. ſed ad uerum proban- dum authoritas adiuuat.

Neceſſitudinem, quæ eſt nobis cum publicanis, obtine- re & conſeruare poſſumus. Q. Fr. 297. a.

Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij ſuauitatem obtinebat. p Syl. 170. a.

Calamitas mihi maledicti locũ aut criminis obtinebit? p Dom. 230. b.

Suam quiſq; domum tum obtinebat. I. A. 169. b.

Saluſtio Africam interiorem obtinente In Sal. 275. a.

Obtinere prouinciam cum imperio. Ep. 13. b.

Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. de Or. 88. b. Q. Hortenſius, qui hoc iudicio partes accu ſatoris obtinet. p Quin. 1. b.

Ad actionis uſus maximam ſine dubio partem uox obti net. d Or. 164. a.

Sol qui aſtrorum obtinet principatum. d. N. 35. b.

Obtinere priſtinam dignitatem ſuam. Ep. 58. a.

Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanita tem. Ep. 57. a. Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortu nas obtinendas. Ep. 53. b. & 9. b. Omnia, quæ uoles tu obtinebis. A nobis agentur omnia, ut neq; ſi quid ob tineri poterit, non contendamus, neq; ſi non obtinueri- mus &c. Ep. 5. a. Quæ uolebamus & contendimus

obtenta

obtenta non ſunt. ꝑ Cor. 67. b.
Regnum quod a Tantalo proditum iure obtinebatur. Off. 69. a.
Hi ſunt qui niſi me ciuitate expuliſſent obtinere ſe non poſſe putarunt licentiam cupiditatum ſuarũ. At. 156. b.
Nunc hoc uel honeſtatem teſtudinis, uel ualde bonum æſtiuum locum obtinebit. Q. Fr. 318. a.
Filij eius mortui numerũ obtinẽt iure cæſorũ. Off. 41. b.
Quem locũ apud Cæſarem obtinuiſti? quo numero fuiſti. I. A. 174. a.
Hęc tanta lenitas, quantum tu per te, per te inq̃ obtinei. ꝑ Lig. 139. a.

Obtingo, gis. obuenio. Ci. In Vat. 31. a. *Cum tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet.*
Quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. Off. 5. a.
Quam mihi obtigiſſe dicis ὀπώρας nurũ deſeram. At. 20. a *Cum optatiſſimum nuncium accepiſſem, te mihi Quæſtorem obtigiſſe. Ep. 29. b.*
Deinde ſi quid obtigerit, æquo animo paratoq; moriar. I. C. 118. b. *Cum ei obtigiſſet ut bellum gereret cum rege Perſe ď D. 101. b. & 116. a. Talia cuiq; exta eſſe qualis cuiq; obtigerit hoſtia.*

Obtorpeſco, ſcis. Ci. ꝑ Dom. 240. b. *Miror ei non & linguã obmutuiſſe & manum obtorpuiſſe. & Tuſ. 205. a. Sed iam ſubiectus miſerijs obtorpui.*

Obtortus, a, um. Ci. I. V. 204. b. *Quem obtorta gula in carcerem abripi iuſſit. & ꝑ Clu. 29 b. Aliquem obtorto collo ad ſubſellia reducere.*

Obtrectatio, onis. Ci. ď Cla. 178 b. *Obtrectatio inuidiæ, quę ſolet lacerare pleroſq;.*
Aliqui & ciuilibus ſtudijs atq; obtrectatione domeſtica inimici. ꝑ Font. 279 b.
Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi Zelotypiam uolo, ægritudo ex eo, quod alter quoq; potiatur eo, quod ille ipſe concupierit. Tuſ. 212 b
Hæc res habet obtrectationem Ep. 154. a. & Epi. 7. b. Maleuolentiſſimæ obtrectationes.
Inuidia & obtrectatione impediri. ď Iu. 45. b.
Poſterorum erit uerius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum. Q. Fr. 298. b.

Obtrectator, oris. inuidus, maledicus, iniquus.
Ci. ꝑ Plan. 271. a. *Nonnulli noſtri iniqui, multi communes obtrectatores, atq; omnium inuidi multa finxerunt.*
A tuis inuidis et obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. Ep. 4. a. & 165. b. Verebar ne obtrectatores mei &c. & ꝑ Font. 279. b. cum ſtudiorum ſuorum obtrectatorem ſuſtuliſſent.
In tam ſuſpicioſa & maledica ciuitate locum ſermeni obtrectatorum non reliquit. pro Fla. 160. b. & ď Ar. 255. b. Obtrectatores eorum atq; aduerſarij.
Quid ſperem potentiſſimo inimico, dominatione obtrectatorũ, infidelibus amicis, pluribus inuidis. Q. F. 305. b.

Obtrecto, as. aduerſor. Ci. Tuſ. 221. b. *Obtrectare uero aut illa uitioſa æmulatione quæ riualitati ſimilis eſt æmulari quid habet utilitatis? cum ſit æmulantis angi alieno bono, quod ipſe non habeat, obtrectantis autem angi bono alieno quod id etiam alius habeat.*
Nõ tam id laboro ut ſi qui mihi obtrectent a te refutentur, q̃ intelligi cupio, me a te amari.
Hanc tibi, cõſuetudinem pleriſq; in rebus boni obtrectãdi ſi quis detraxerit, quis tibi uelit obtrectare non relinquetur. I. A. 221. a. & Acad. 5. a. Arceſilas Zenonem obtrectans. Qui huic obtrectant legi atq; cauſæ. ꝑ Põ. 8. a
Si obtrectabitur, utar authoritate ſenatus. At. 52. a.
Ipſum illud Æmulari & obtrectare non eſſe inutile, cũ aut ſe non idem uideat conſecutum qđ alium, aut alium idem quod ſe. Tuſ. 218. b.
Quo mihi etiam indignius uidetur obtrectatum eſſe adhuc. ꝑ Pom. 14. b.

Obtrudo, dis. Ci. I. V. 218. b. *Qui nõ modo obtruſit aliqua ex parte monimenta Scipionis ſed funditus ſuſtulit & deleuit.*
Adhibenda eſt q̃ obtruſa ratio, quæ mutari non poteſt. ď Cla. 188. b.

Obtrunco, as. Ci. ď. N. 73. a. *Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit.*

Obtundo, dis. retundo, perſtringo, onero.
Ci. Tuſ. 165. a. *Multa enim e corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multaq; quæ obtundant.*
Ego ſi ſomnum poſſem capere, tam longis te epiſtolis nõ obtunderem. At. 118. a.
Ingenia obtundi nolui corroborari impudentiam. de Or. 151. b.
Non obtundam diutius aures ueſtras. I. V. 225. b. & 183. a. Obtuderunt eius aures, te ſocium prætoris fuiſſe.
Nihil eſt enim qđ tam obtundat eleuetq; ægritudinem. Tuſ. 198. a.
Cupio nõ obtundere te ſi non delectare noſtro ſtudio. Ep. 70. b. *Cum patronus uocem in dicendo obtudiſſet. ď Or. 135. a.*

Obturbo, as. Ci. At. 190. a. *Me litteræ non leniunt ſed obturbant, & 191. a. Philippus obturbauit mihi ſolitudinem.*

Obtuſus, a, um. retuſus. Ci. Anteq̃. 194. b. *Æqui auditores adhibebuntur, aures non obtuſæ criminatione ſed uacuę præbebuntur. & Ad Her. 19. a. Si aures auditorum obtuſæ uidebuntur.*
Animus is qui plus cernat & longius. X. Ille cuius obtuſior ſit acies. ď Sen. 94 b.

Obtutus, tus. Ci. ď D 133. b *Quodam obtutu oculorũ duo lucernæ lumina pro uno uideri. & ď. N. 61. b. Cũ idem obtutus eſſet amborum oculorum.*
Qui uultum eius obtutumq; oculorum in cogitando probe noſſet ď Or. 144. a.
Animus oculorũ effugit obtutum. ď Vn. 199. b. & Off. 29. b. Oculorũ obtutus. et ꝑ Plan. 263. a. Oculorũ coniectus. *Figere obtutum aliquo. ď. N. 47. a.*
Fortibus oculis ſpectare aliquem. At. 242. b.
Obtutum in cauda maioris figere dicas. ď N. 47. a.

Obuallo, as. Ci. ꝓ Rul. 66. b *Quem locum nobilitas firmatum & omni ratione obuallatum tenet.*

Obuenio, nis. obtingo Ci. I. V. 112. a. *Verri ſorte prouincia obuenit. & 112. b. Quod hæreditas ei obueniſſet. & Ad Her. 31. b.*
Sin aliqua neceſſitas huius muneris alicui reip. obuenerit, danda erit opera ut &c. Off. 48. b. Id igitur obuenit

uitium.quod tu futurum eſſe præuideras.
*In ſortitione prouinciarum,quæ cuiq; apta erat,ea cuiq; obuenit.*I.A.188.a.

Obuerſatio,onis. Ci.p Mur.135.b.*Etenim obuerſationes,teſtificationes* &c.*animaduertebant* &c.

Obuerſor,aris. Ci.p Seſt.4.a.*Sed mihi obuerſatur ante oculos* Reip.*dignitas.* & p Dom.242.b.R*eſp.obuerſabatur ante oculos exterminatoris ſui.*
*Obuerſentur ſpecies honeſtæ animæ.*Tuſ.186.a.
*Non ne ipſa ueritas & grauis & recta ratio mihi obuerſetur?*Acad.35.a.

Obuerto tis. Ci.In Arat..*Obuertunt nauem magno cũ pondere nautæ.*
*Quẽ ſpectabant,cuius ob os Graij ora obuertebãt ſua.*Tuſc.199.a.

Obuiam,procedo,egredior. Ci.I.A.175.b.*Cæſari ex Hiſpania redeunti obuiam longiſſime proceſſiſti.*
*Epicrates longe mihi obuiam cum ſuis omnibus proceſſit.*I.V.121.a.
Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti. pro Mur.140.a.& ibi.*Deinde ipſe Accuſator cum bene magna caterua obuiam uenit.*& Ep.27.a.*Cum in cumanũ mihi obuiam ueniſti.*
*Si mercede conducti obuiam candidatis iſſent.*p Mur.140.a.
*Ex oppido, prodire obuiam alicui.*I A.171.b.& Ep.35.b. *Huic ad urbem uenienti tota obuiam ciuitas proceſſerat.*p Seſt.18.b.
*Tironem Dolobellæ obuiam miſi.*At 187 b.&.42.a.
Illi obuiam miſimus Athenas.& Ep 35.b.
*Cum ipſa pene inſula mihi ſeſe obuiam ferre uellet.*pro Plan.270.b.
*Cum mihi ipſa Roma prope conuulſa ſedibus ſuis ad cõplectendũ cõſeruatorẽ ſuũ pcedere uiſa eſt.*I.P 90.b.
*Malorum conatibus obuiam ire.*Antẽq.194.a.
*De obuiam itione ita faciam ut ſuades.*At.180.a.
*Properare obuiam alicui.*Ep.236.a.
*Prodire obuiam alicui.*At.21.a.
*Obuiam pro contra.*At.65.b.*Huic obuiã Cato et Seruilius Pr.ĩt aperte.i.contra hunc* &c.
Obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit &c.Att.
*Obuiam fit ei Clodius expeditus ĩ æquo.*p Mil.106.b.

Obuius,a,um. a.currens. Ci.p Mil.110.b.*Quippe ſi ille ei obuius futurus non erat.*
Sin autem ingrædienti cum armata multitudine obuius fuerit &c.p Cec.299.b.
*Nam & Mamertinos obuios & quoſdam Viteenſes ciuitate conauit.*p Cor.65.b.
*Tu autẽ fac ut tuæ literæ mihi uolent obuiæ.*At.94.b.

Obuoluo,uis. Ci.Or.20 b *Pictor ille uidit. obuoluẽdum caput Agamemnonis eſſe,quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari.*
*Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum repiebãtur.*I.V.250.a.
*Os autẽ obuolutum eſt folliculo & p̃ligatũ.*ď In.81.a.

Obuolutus,a, um. Ci ď D.94.b.*Fax obuoluta ſanguine.*& ad Her.4.b.*Obuolutus & obligatus corio.*

Occæco as.obcæco,cæco. Ci.ď Or.117.a.*Noctis et nimbum occæcat nigror.*& ď.D.85.b.& ď Fin.55.b.
Occæcati cupiditate non prouident.

Occalleſco.ſcis percalleſco,obdureſco.
Ci.At.33.b.*Sed iam prorſus occalui.*

Occaſio,onis.Locus,tempus.opportunitas, facultas, anſa, campus, cauſa,diuerticulum,tempeſtas, tempus oblatũ.
Ci.I.V.83.a.*Simulac primum ei occaſio uiſa eſt prouĩciam deſeruit.*& Ep.198.a.*Ego tamen ut primum occaſio data eſt,feci* &c.
*Qui occaſione aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus adeptus eſt imperium.*ď Cla.191.a.
Iſte amplam occaſionem nactus &c.I.V.121.a.
*Occaſio eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatẽ.*ď In.51.a.& *In occaſione ad ſpatium temporis faciendi quædã apportunitas intelligitur adiuncta.*
*Tempus autem actionis opportunum græce εὐκαιρία latine appellatur occaſio.*Off 29.a.
*Qui aliqua occaſione conſules facti ſunt.*ꝯ Rul.66.b.et ibi.*Veſter bonos ad alienæ petitionis occaſionem interceptus.*
*Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum occaſionem regnandi habuit.*At.271.b.& Pom.4.b.*Occaſionem ſibi ad Aſiam occupandam oblatam eſſe putant.*
Hæ gentes mala noſtra ſuam putant occaſionem. Epiſt.241 b. *Habere occaſionẽ ad agendum aliquid.* Ep.147.b. *Teneo quam optabam occaſionem neq; remittam.*ď Leg.156 b.&.Q ď Pet.209.a.*Hoc tempus tibi oblatum noli prætermittere.*
Captare occaſionem ď Ar.256.b.
*Alijs cõſiliũ,alijs animus,alijs occaſio defuit.*I.A.166.a
*Qui familiarem iugularat, quid hic occaſione data faciet inimico?*I.A.212.b.
*Occaſio commoda,idonea.*Ad Her.37.a.
*Illum ne data quidem occaſione repulimus.*At.114.a.
*Amittere occaſionẽ.*p Cec.287 b.& At.242.b.*Amiſſa occaſio.* *Obire locũ & tps ſuancris.*p Mil.106.b
Facile patior oblatum mihi tempus in quo &c.p Syl.167.a.& I.A.129.b.*Non tempore oblato ut emini et* ibi.*Nullum erit tempus hoc amiſſo.*
Facile patior datum tempus, in quo &c. At.263.b.& Par.142.a.*Diuerticula peccatis dare.Gaudeo mihi cauſam oblatã* &c.l.oblatus,& *Arripere cauſam ad agendum aliquid.* *Nunc locus nobis datus eſt,ubi poſſitis* &c.p Mil.192.a. *L.Quintius oblatam ſibi facultatem putauit,ut poſſet* &c.p Clu.33.b.
*Qui nos tantæ laudis occaſiõe priuauerit.*p Lig.141.a
*Quæ tũ nõ modo occaſio ſed ẽt cauſa illius opprimendi fuit.*p Mil.109.a.b. *Quẽ ſi ĩterficere noluiſſet,quãtæ quoties occaſiones quã p̃claræ fuerũt.*p Mil.109.a
*Si fuerit occaſio,manu. ſin minus locis nos defendemus.*At.72.a. *Antiſtium ſe acerrimũ ꝓpugnatorẽ cõis libertatis præſtitiſſet ſi occaſioni potuiſſet occurrere.*At.279.b.~ *Caſus eſt enĩ in capiẽdo,locus,euẽtus,occaſio.*ꝑ Fl.151.b. *Certati poſthac mihi crede ad hoc opus curretur nec occaſiõis tarditas expectabitur.*I.A.182.b
*Hãc igitur occaſionem oblatam tenete per Deos immortales.*I.A.190.a.

Occaſus, ſus.
Occatio, onis.
Occidens, tis.
Occidio, onis.
Occido dis.
Occido, dis.

Exempla huius & quinq; ſequentium uocabulorum quære in extrema litera O, ibi enim ea reponēda curauimus, cum a librarijs hoc loco per imprudentiam eſſent omiſſa.

Occiſio, onis. cędes. Ci. p Cæc. 293. a. Tu num negabis eſſe factam ſi cædes & occiſio facta non erit? & I. C. 212. b. Cum cædem infinitam ciuium feciſſent. & Ad Her. 35. a.
Cū Panſa hoſtiū copias occiſione occiderit. I. A 265. a. Cognoui magnum equitatum eorum a cohorte prętoria occiſione occiſum. Ep 244. b. aliter occidione.
Occiſus, a, um. cæſus, occiſione occiſus.
Ci. I. C. 102. b. Vigilare ad inſidiādum bonis occiſorū. & Ep. 244. b. occiſione ociſus.
Occludo, dis. Ci. d Or. 131. b. Furax ſeruus, cui nihil domi eſt nec obſignatum nec occluſum.
Occludi tabernas iubes. Acad. 36. b.
Quęſtus occluſis tabernis minui ſolet. I. C. 121. a.
Occo, as. Ci. d Sen. 87. b. Terra ſubacta cū ſemen ſparſum excepit primum id occatum cohibet, ex quo occatio quæ id efficit, nominata eſt.
Occulo, lis. occulto. Ci. At. 76. a. Appij uulnera non refrico ſed apparent, nec occuli poſſunt.
Mulieres in urbibus melliſſimo cultu parietum umbris occuluntur. Tuſ. 182. b.
Puncta argumentorum plerunq; occulere. d Or. 124. b
Occultator, oris. Ci. p Mil. 111. a. Ille latronum occultator & receptor locus.
Occulte. abdite, ex occulto, ex inſidijs, circuitione. X. recta aperte. Ci. p Rul. 61. a. Quę res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. & 74. a Occulte latere, reconditum eſſe.
Nec conſulto dicis occulte, ut Heraclitus. d. N. 16. a.
Conditum eſſe & abdite latere. I. V. 145. a.
Occulte peruenire aliquo. I. C. 111. a.
Cum multi boni uiri ex occulto interueniſſent. p Clu. 27. a.
Occulto, as. tego, obtego, contego ſupprimo, inuoluo, tenebris obſcuro, ab oculis remoueo, diſſimulo, obſcure fero, obſcuritate & ſordibus obtego.
Ci. Off. 25. b. Quæ natura occultauit, eadem omnes ab oculis remouent. & I. V. 92. b. Cauſam huius tanti terroris occultas.
Stellæ quæ tum occultantur tum rurſus aperiuntur. de N. 36. a.
Occultari, deliteſcere. X. emergere, aperiri. l. Aperio.
Marius ſenile corpus paludibus occultauit demerſum. p Seſt. 14. a.
Frontis tibi integumento ad occultanda tanta uitia diutius uti non licebit. Poſt. 207. b.
Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. p. S. R. 32. a.
Intemperantis eſt ſcribere, quod occultari uelis. Acad. 39. a. & 82. a. Intus ueritas occultatur.
Occultare. i. occultum manere. At. 124. a. & 146. b. Inuentus eſt uix in hortis ſuis occultans.
Quoniam ſententiæ atq; opinionis meæ uoluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. d Or. 99 a.
Mithridates ita regnat, ut ſe neq; Cappadociæ latebris occultare uelit. p Pom. 5 a
Sed ſiquis eſt paulo erectior, quis uoluptate capiatur, occultat, & diſſimulat appetitum uoluptatis propter uerecundiam. Off. 21. b.
Occultus, a, um. latens, abditus abſconditus, reconditus, a natura inuolutus, abſtruſus, tectus, obſcurus, tacitus, penetralis, clandeſtinus, furtiuus.
Ci. p. S. R. 35. b. Paulo occultior atq; tectior ueſtra iſta cupiditas eſſet.
Si quid erit occultius & ut ſcribis, reconditū. Ep. 178. a.
Res occultæ & ab ipſa natura inuolutæ. Acad. 41. b. & d Fin. 55. a. Occulta quædam & quaſi inuoluta aperiri, X. prompta & aperta indicari.
Res occultas & latentes indagare. d Fin. 139. a.
Occultum, inteſtinum & domeſticum malum. I. V. 84. a.
Res occultæ & penitus abditæ. d N. 11. b.
Serui quibus occulta credantur. p Cæl. 49 b.
Cum multi boni uiri ex occulto interuemiſſent. p Cl. 27 a. & 34. a. Qui tum prope in occulto ſletiſſent.
Incluſum atq; abditum latere in occulto. p Rab. 95. a.
Veritas in occulto latet. Or. 120. a.
Occumbo. bis, obeo, oppeto.
Ci. Tuſ. 170. b. Vt eſſet qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.
Occupatio, onis. obſeſſio. Ci. At. 37. b. Ex eo colligere potes quanta occupatione diſtinear. & 17. b. Summæ atq; incredibiles occupationes meæ.
Deus nullis occupationibus eſt implicatus. d. N. 12. a.
Ipſe erā maximis occupationibus impeditus. Ep. 161. a.
Propter moleſtiſſimas occupationes meas, quibus ſi me relaxaro (nam ut plane exoluam non poſtulo) docebo &c. Ep. 95. b.
Nam antea diſtinebar maximis occupationibus. Ep. 207 a. & Or. 200. a. In maximis occupationibus nunq̄ intermittis ſtudia doctrinæ.
Expedire ſe ab omni occupatione. At. 49. a.
Occupatio ambitionis. d Or. 55. a. & 86. b. In tanta occupatione urbis ac uitæ. & 107. a. Multo minus ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem deſcendendum eſt.
Bellum in quo magna rei militaris occupatio eſſe ſolet. Acad. 2. a. Cum ſorore ages attentius, ſi occupatione iſta relaxaris. At. 262. a.
A negotijs nullus dies mihi uacuus eſt. d Cla. 194. a.
Nullum tempus illi unq̄ uacat aut a forenſi dictione, aut a ſcribendo. d Cla. 190. a.
Occupatio eſt cum dicimus nos præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere id quod tunc maxime dicimus. Ad Her. 32. b. Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiæ. p Dom. 213. b.
Ita diſtinebar ut uix huic tantulę epiſtolæ tempus habuerim, atq; id ereptum ſummis occupationibus. At. 8. b
Occupatus, a, ū. diſtentus, diſtrictus, impeditus, implicatus, aliquo maiore negotio detineri. Ad Her. 23. a.
Ci. d N. 79. a. Vides ergo diuinam prouidentiam non

eſſe tum occupatum q̃ putatis, ſed ſuc eſſe diſtentum, cœlum uerſantem, terram tuentem, maria moderantem.

Amores nunq̃ hunc occupatum impeditumq; tenuerunt. ꝓ Cæl. 47. a.

Quamuis occupatus ſis, otij tamen plus habes. Ep. 201. a. & ꝓ Mur. 144. b. Occupatus in faciendo aliquid.

Comitiorum dies occupatiorem me habebant. Ep. 114. a

Et quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negotium quidem nunq̃ otioſum. ꝓ Plan. 273. a.

Suſpenſo animo & occupato, Craſſum tibi reſpondiſſe uideo. đ Or. 105. b. & đ In. 49. a. Habere animum occupatum in aliqua re.

Quæ pro uobis tot annos in Dijs immortalibus placandis occupata eſt. ꝓ Fon. 283. b.

Dum in alijs rebus erat occupatus, qui ſummam rerum adminiſtrabat. ꝓ S R. 33. b.

Homo uehementer occupatus. ꝓ Mur. 130. b.

Sum occupatus de Q. Fratre. At. 159. a. i. q̃ Q. Fratre mihi exhibet negotium.

Nec occupata opera nec impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt. đ Leg. 157. b. In Dolobella opprimendo occupati eſſe debemus. At. 276. a.

Habere animum occupatum in aliqua re. đ In. 49. a.

Nullum mihi tribuitur uacuum tempus & liberum. de Leg. 157. a.

Nunq̃ a cauſis & iudicijs diſtrictior fui. Q. Fr. 317. a. et ibi. Ne paulum otij habeo.

Incredibile eſt mi frater q̃ egeam tempore. Q. Fr. 325. b. & 327. a. Et ſi diſtentus cum opere, tum animo ſum multo magis. Mihi ne ad ea quidem, quæ pro ſalute omnium geſſi, recordanda & cogitanda quicq̃ relinquitur temporis. ꝓ Syl. 172. a.

Tot tantisq; negotijs diſtrictus ſum, ut reſpirare libere non poſſim. ꝓ S. R. 22 a.

Dum me reip. non ſolum cura ſed quædam etiam procuratio multis officijs implicatum & conſtrictum tenebat. Acad. 41. a.

Occupo, as. obſideo, teneo, uſurpo, poſſideo, præſidijs interclusum teneo, præſidijs deuincio.

Ci. 2 Rul. 81. a. Rullus totam Italiam ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat.

Cæſar magnam Italiæ partem occupauit. At. 131. a. & đ Cla. 192. a. Locus in ſubſellijs occupetur, compleatur tribunal. Qui regibus exactis regnum occupare uoluerunt. I. A. 197. b. & Off. 70. a. Occupare tyrannidẽ. & ad Bru. 181. a. Alterius locum occupare.

Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, quod omnia laus occupauit. ꝓ Mur. 126. b. Si hoc alius quiſpiam me impedito occuparit. đ Or. 100. b.

Vt ante occupet quod putat opponi. Or. 209. b.

Magnitudine rei occupare animos eorum qui audiunt. ꝓ Fon. 278. a.

Ante occupetur animus ab iracundia q̃ prouidere ratio potuit ne occuparetur. Q. Fr. 297. b.

Tanta ſuperſtitio mentes Siculorum occupauit, ut etc. I. V. 127. a. Ne odij locum riſus occupet. Or. 205. a.

Verba cuiuſq; rei propria & ornatiſſima atq; optima occupaſſe Ennium. đ Or. 97. b.

Pecuniam grandi fœnore adoleſcentulo occupauiſti. ꝓ Fla. 157. a. & 158. b. i. ut ego opinor, commodauiſti.

Qui in patria funditus delenda occupati ſunt & fuerunt. Off. 12. a.

Occupaui inquit te fortuna atq; cepi, omneſq; aditus tuos interclusi ut ad me aſpirare non poſſes. Tuſ. 233. b.

Occurro, ris. obuius ſum, obuiam procedo, reſpondeo, obſiſto, obijcior, in mentem uenio.

Ci. At. 276. b. Scripſi ad eum ut mihi Heracleam occurreret. & ꝓ Mil. 111. a. Cur non ante occurrit, ne in uilla reſideret? & I. A. 114 b. Non quo me ad tempus occurſurum putarem, ſed &c.

Occurrent ad Lentulum. At. 124. a.

Tum ei uiſa quietis occurrent tranquilla atq; ueracia. de D. 93. b. & ibi. Tum ei uiſa obijciuntur a ratione uacua.

Loci certi, qui ad cauſam explicandam ſtatim occurrãt. đ Ora. 120. b.

Omnes loci artis inquirentibus nobis omniq; acie ingenij contemplantibus oſtendunt ſe & occurrunt. đ Or. 97 a. & 112. a. Nihil te effugiet, atq; omne quod erit in re occurret atq; incidet. et. 160. b. Ipſi pedes occurrent orationi, ipſi uũq̃ ſe offerent, & reſpondebũt non uocati.

Mihi occurrunt Atticæ & quaſi lucent Athenæ tuæ. de Cla. 167. a. Permulta mihi de ueſtro itinere cogitanti in utranq; partem occurrunt. At. 148. b.

Qui quodcunq; in mentem ueniat aut quodcunq; occurrat ſe ſequi dicent. đ Fin. 116. b.

Sed ego occurrãm expectationi ueſtræ iudices etiã &c. ꝓ Clu. 30. b. Sentio iudices occurrendum eſſe ſatietati aurium. I. V. 224. b.

Occurretur enim ſicut occurſum eſt. Acad. 12. a. & Ep. 113. a. Bruti erit officium occurrere ei &c.

Maleuolentiæ hominum in me, ſi poteris, occurres. Ep. 373. a. Futura quoq;, niſi ante ſit occurſum explores, ne ſe inſinuent. At. 286. b.

Chryſippus illi rationi ſic occurrit, ſi &c. đ Fat. 148. b.

Sed mihi omnis oratio eſt cum uirtute non cum deſidia. p Seſt. 26.b.
Appij uolubilis ſed paulo feruidior erat oratio. đ Cla. 174.b. *Homo uolubilis præcipiti quadam celeritate dicendi.* p Fla. 156.b.
Feruidum quoddam & petulans & furioſum genus dicendi. đ Cla. 187.a & ibi. *Inconditum genus dicendi.*
Antiquior eſt eius ſermo & quędam horridiora uerba. đ Cla. 170.b. & 171.b. *Exilis oratio & redolens antiquitatem.*
Oratio carens numeris, diſſipata, inculta. & fluens eſt. Or. 218.b. et 220.a. *Oratio diſſipata, diffluens, ſoluta.*
Oratio tum obſcura, quia peracuta, tum rapida & celeritate cæcata oratio. đ Cla 189.a.
Oratio aſpera, horrida triſtis, neq; perfecta neq; concluſa. Or. 198.b. & ibi. *Leuis inſtructa & terminata oratio.* & ibi. *Alia pulchra.*
Triſte & ſeuerum genus dicendi. Cla. 174.a.
Duritas & ſeueritas & quaſi mœſtitia orationis. Or. 201.b. *Ne immoderata aut fluens aut diſſoluta aut anguſta ſit oratio.* Or. 216.b.
Genus dicendi ſummiſſum & humile. Or. 203.b. & ibi. *Orator tenuis, ſubtilis, acutus.* Ci.
Ille capitalis, creber, acutus, breuis, pene puſillus Thucydides. Q Fr. 314.b.

Diſputator ſubtilis, orator parum uehemens, dulcis tamen. Off. 1.b.
Eos quorum altior oratio, actioq; eſſet ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. đ Cla. 190.b.
Horride, inculte. X. *eleganter enucleateq; dicere.* Or. 199.a. & *inquinate loqui.*
Anguſtia concluſæ orationis non facile ſe ipſa tutatur. de N. 30.a.
Cauenda eſt preſſo illi oratori inopia & ieiunitas, amplo autem inflatum & corruptum dicendi genus. de Cla. 182.b.
Attenuate preſſeq; dicere. X. *ſublate ampleq; dicere.* de Or. 181.b.
Oratio inflata, arida, exanguis, exilis. Ad Her. 27.a. & ibi. *Fluctuans diſſoluta.*
Res philoſophicas ornate dicere uelle puerile eſt, plane autem & perſpicue expedire docti et intelligentis uiri. đ Fin. 94.a.
Oratio philoſophorum qualis. đ Or. 114.a. & đ Cla. 175.a.b.
Oratio platonis & Democriti qualis. Or. 203.a..
Oratio philoſophorum pacatior, oratorum pugnacior. de Cla. 275.b.
Oratio tua non multum a philoſophorũ lenitate abeſt. de L. 158.a. & đ Or. 128.b. *Genus dicendi in quo uis atq; cõtẽtio queritur.* & Tuſ. 237.b. *Lenitas orationis. De oratione philoſophorum multa & pulchra.* Or. 292 b. *Oratio Stoicorum aſtricta & contracta.* X. *libera, lata.* đ Cla. 175.b.i. *Academicorum ueterũ & Platonis.* & đ Or. 91.a. *Oratio Stoicorũ ſpinoſa et exilis. Stoici oratiõis genus habent fortaſſe ſubtile et certe acutum ſed ut in oratore exile, inuſitatum, abhorrens ab auribus uulgi, obſcurum inane, ieiunum.* đ Or. 149.a.
Oratio hiſtoricorum qualis. đ Or. 114.a. et Or. 202.b.
Siculorum dicendi genus adiectum. Or. 219.b.
Grandis et ut ita dicam Tragicus orator. đ Cla. 183.a.
Neq; paruis in rebus adhibendę ſunt hæ dicendi faces. đ Or. 127.b. et ibi. *Tragedias agere in nugis.*
Compta Oratio et mitis. đ Sen. 82.b. *Sermo quietus et remiſſus.*
Ex Neſtoris lingua, ut ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio. Sen. 83.a.
Cauſarum illuſtrium, quaſcunq; defendi, nunc quàm maxime conficio orationes. đ Sen. 84.b.

Orator, oris. *is qui dicit, eloquens, legatus.*

Ci. đ Or. 90.b. *Is orator erit mea quidem ſententia hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunq; res inciderit, quæ ſit dictione explicanda, prudenter, compoſite, ornate et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate.*
Orator plenus atq; perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poſſit uarie copioſeq; dicere. đ Or. 90.a. et. 150.b. *De oratore ſummo et perfecto.*
Oratorem eum puto eſſe qui et uerbis ad audiendum iucundis, et ſententijs ad probandum accomodatis, uti poſſit in cauſis forenſibus atq; communibus eumq; eſſe preterea inſtructum uoce et actione et lepore quodam uolo. đ Or. 103.a.

Sit orator nobis is qui ut craſſus deſcripſit, accomodate ad perſuadendum poſſit dicere.đ Or.108.a.& .96.b. Oratorem ubicunq; conſtiterit, conſiſtere in ſuo.

Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri poteſt.đ Or.91.b.et 94.b. Fingendus eſt nobis detractis omnibus uitijs orator atq; omni laude cumulatus.& 156.a.

Si quærimus quid unum excellat, doct· oratori palma danda eſt, & ibi. In oratore perfecto ineſt omnium philoſophorum ſcientia.

Oratoris ꝓpriū apte, diſtincte ornateq; dicere. Off 1.a

Oratorem hoc uno excellere i. oratione, cætera in eo latere indicat nomen ipſum. Or.202.b.& ibi. Dicendi.i. eloquendi maxima uis ſoli oratori conceditur. & Or. 207.a. Diſputandi ratio & loquendi Dialecticorum ſit, oratorum autem dicendi & ornandi.

Vt oratorem decet late exprimere. Part.142.b.

Vt illum efficeret oratorem uerborū actoremq; rerum. đ.Or.148.a. & Or.120 a. Orator compoſitus. X.inconditus. & đ Cla.174.a. Orator canorus et uolubilis.

Orator præſtat minutis imperatoribus.đ Cla.188.a.

Antronius & Statienus mali oratores.đ Cla.187.b.

Vis oratoris profeſſioq; ipſa benedicendi, hoc ſuſcipere ac polliceri uidetur, ut omni de re quæcunq; ſit propoſita, ab eo ornate copioſeq; dicatur.đ Or.86 b.

Oratoris eſt cōpoſite ornate copioſe eloqui.đ Or.89.a.

Nemo eſt in oratorum numero habendus, qui non ſit omnibus ijs artibus quæ ſunt libero homine dignæ perpolitus.đ Or.91.a.

De oratorum tam græcorum quàm latinorum differentia.đ Or.145.a.

C.Fabricius ad Pyrrhum de captiuis reddendis miſſus orator.đ Cla.169.a.& đ Ar.251.b. Oratores contra ius faſq; interfectos.i.legatos.

Fœderum pacis belli, induciarum oratores fœciales, iudices ne ſunto đ L.173.b.

Oratorie. Ci.Or.219 a. Pulchre et oratorie dicere.& Ad Her.41.b.

Oratorius,a,um. Ci.Acad 45.a. Huic quaſi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accomodatę.

Et illam diſputandi prudentiam concertatio captioq; uerborum, & hanc oratoriam uim inanis quædam profluentia loquendi imitatur. Part.137.a.

Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri fortem & uirilem non uideri. đ Or.105.a. & đ Cla. 188.b. Illa oratoria ornamenta dicendi.

Stoice nullis oratorijs ornamentis adhibitis, dicere. Parad.116.a.

Oratus,tus. Ci.ꝓ Fla.163.b. An ēt ſcripſit oratu tuo?

Orbatus,a,um. priuatus. Ci.ꝓ Clu.16.b. Mater orbata filio Epi.54.b. Nec eam multis claris uiris orbatam priuare etiam aſpectu tuo.

Omni ſpe ſalutis orbatus. Epi.83.a.

Orbiculatus,a,um. Ci.Ep.124.a. Malis orbiculatis eſſe paſti uidentur.

Orbis,bis. circus, circulus, ambitus, rotundus ambitus. Ci.đ N.35.a. Duæ formæ præſtātes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis, qui græce ciclos dicit. Stellæ circulos ſuos orbesq; conficiunt celeritate mirabili.đ Som.128.a.& ibi.b. Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa ſunt omnia. & đ N.35.a. Circuitus orbium ſolis conuerſionem conficiunt annuam.

Quæ curſu interiore breui conuertitur orbe. Aca.17.a.

Orbis ſignifer & orbis ſignorum.đ N.36.b.

Orbis lacteus, & circulus lacteus.đ Som.128.a.

In orbem torquere.đ Vn.199.a.

Cum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem. I.P.84.a.

Minore ſonitu quàm putaram orbis hic reip. eſt conuerſus. At.28.a.& .35.b.et ꝓ Plan.279.a. Stare debemus tanquam in orbe aliquo reip. qui uerſetur &c.

Circuitus & quaſi orbis uerborum.đ Or.161.b.

Forma ipſa concinnitasq; uerborum conficiat orbem ſuum. Or.210.b.

In Thucydide orbem orationis deſidero. Or.210.a.

Sententiæ illorum in hunc orbem, quem circunſcripſimus, incidere non poſſunt đ Fin.119.b.

Africa tertia pars orbis terrarum. ꝓ S.R.35.b.

Orbis terrarum gentiumq; omnium. ꝯ Rul.72.b.

Orbem omnium peregraſſe terrarū. I.V.215.a.& Ep. 27.a.& ibi. Hæc orbis terrarum perturbatio.

Vir princeps orbis terræ. ꝓ Dom.235.b.

Ager campanus orbis terrę pulcherrimus. ꝯ Rul.71.a.

In hoc orbis terræ grauiſſimo conſilio. I.C.99.a.

Sed ſcito ea quæ nos pro ſalute patriæ geſſimus, orbis terræ iudicio comprobari. Epi.64.a.

Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuiduntur.đ Fa.143.a.

Orbita,tæ. Ci.At.35.b. Orbis Reip ſic eſt conuerſus, ut uix impreſſam orbitam uidere poſſimus.

Orbitas,tis. Solitudo liberorum. Ci.ꝓ Dom.132.a. Ci.đ Or.104.b. Inſtituere aliquē tutorē filiorū ſuorū orbitati.& .143 a. Craſſus deplorauit caſum et orbitatē ſenatus. Bonū liberi, miſera orbitas. de Fin.144.b.

Maxima orbitate reip. uirorum talium. Ep.145.a.

Orbo,as. priuo, ſpolio, nudo. Ci.Acad.16.a. Ea philoſophia, quæ confundit uera cum falſis, ſpoliat nos iudicio, priuat approbatione, oibus orbat ſenſibus.& .9.a. Ipſumq; animal orbat animo.

Ne uictor multis fortibus ciuibus remp. orbaret. ꝓ Seſt. 11.a. Cum reſp. non ſolum parentibus perpetuis uerum etiam tutoribus annuis eſſet orbata. Poſt.205.a.& ꝓ Mur.144.a. Ne orbetur auxilio reſp.

Cum forum uoce erudita ſpoliatum atq; orbatum uideret.đ Cla.165.a.

Theſeus filio Hippolito orbatus. Off.7.a.

Orbus,a,um. Ci Q.Fr.305 a Sed te incolumi orbi nō erunt.i. filij. Reſp. orba conſuli fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. Poſt. 200.a.

Vt tam orba ciuitas tales tutores cōplecti debeat. Ep. 43.b. Vſq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut &c. ꝓ Fla.157.b. Orbę eloquentię quaſi tutores relicti ſumus.đ Cla.196.a.

Quam philoſophiæ rationem nunc propemodum orbā eſſe in Græcia intelligo.đ N.4.a.

Itaq; orbus ijs rebus omnibus, quibus &c. Ep.57.a.

Hereditatis ſpes, quem nutum non obſeruat locupletis orbi ſenis? Parad. 123. b.

Ne ue plebem orbam Tribunis relinquſſeto. đ L. 185. b.

Orcheſtra ſtræ. Ci. đ Pro. 72. a. Piſo iam cum Græcis in Orcheſtra belluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

Orcus, ci. Dis pater, pluto. Ci. đ N. 68. a. Iupiter & Neptunus, ergo etiam Orcus frater.

Vt Verres alter Orcus ueniſſe Ennam & Proſerpinam rapuiſſe uideretur. I. V. 226. a.

Mihi ſex menſes ſatis ſunt uitæ, ſeptimum Orco ſpondeo. đ Fin. 69. a.

Acherontia templa alta Orci pallida. Tuſ. 158. b.

Ordinate, ordinatim. Ad Her. 41. b. Diſtincte & ordinate diſponere.

Ordinatim, ordinate.

Ci. Ep. 174. a. Ille enim it paſſim, ego ordinatim. & 50. a. Honores ordinatim petere.

Ordino, as. compono, conſtituo, deſigno, digero, ratione diſpono, in ordinem adduco uel redigo.

Ci. ꝓ Syl. 177. a. Cum omnia ordinarentur, inſtituerentur, pararentur.

Tum deniq; ordinandæ ſunt cæteræ partes orationis. de In 46. b.

Ea mihi uidentur in lite ordinanda, & in conſilio dando eſſe poſita. đ Or. 212. a.

Referebatur de ordinandis prætoribus. Q. Fr. 307. b. aliter ornandis.

Referebatur de prouincijs quæſtorum, & de ordinandis prætoribus. Q. Fr. 307. b.

Ordior, iris. orſus ſum, incipio.

Ci. đ D. 114. a. Itaq; ordiar ab Aruſpicina, quàm &c. et đ Fin. 51. b. Vt autē a facillimis ordiamur, prima etc. & đ Or. 160. b. Ordiri orationē a pæane. et Or. 208. a.

Alterius uitæ quoddam initium ordimur. At. 54. a.

Dixeras autem mihi te reliquas res ordiri. Ep. 67. a.

Craſſus admodum adoleſcens orſus eſt in foro dicere. de Cla. 193. a.

Craſſus princeps eius ſermonis ordiēdi fuit. đ Or. 93. a.

De quo paulo altius ordiar, & repetam memoriam religionis. I. V. 285. a. & đ Cla. 166. b. Eloquentia, de qua diſputare ordimur.

Vt ordiar ab initio & perducam ad finem. Oſt. 329. b.

Proinde ordire. đ Fa. 140. b.

Vis ne igitur te inſpiciamus a puero: ſic opinor, ordiamur a principio. I. A. 169. a.

Ego autem animi pendere ſoleo, cum quid orſus ſum, ſi traducor alio. đ L. 157. b.

Sed iam ordire explicare quæſo de iure ciuili quid ſentias. đ L. 158. b.

Nam ſi hoc non probas a Deo cauſa ordienda eſt potiſſimum. đ L. 160. a.

Sed unde eſt orſa in eodem terminetur oratio. pro Mar. 136. a.

Ordo, nis. ratio, diſtributio, diſpoſitio, collocatio, ſocietas, natio, (ut ita dicam) grex.

Ci. At. 84. a. Nec tuum ordinem meam inſtituam ſed ordinem conſeruabo tuum. & ꝓ Q. R. 45. b.

Vt præpoſtere tecum agam mox referam me ad ordinem. Acad. 17. b.

Ordo & diſpoſitio argumentorum. đ 224. b.

Nam & ordinem ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis. Off. 29. a. & 28. b. eu̇taxia in qua intelligitur ordinis conſeruatio. & ibi. Itaq; uidetur eadem uis ordinis & collocationis fore.

Ordo ē qui memoriæ maxime lumē affert. đ Or. 241. a.

Inuenta non ſolum ordine ſed etiam momento quodam & iudicio diſponere. đ Or. 96. b.

Sed ordinem ſequens in memoriam notam & æqualem neceſſario incurro. đ Cla. 287. a.

Verborum ordinem immuta, fac ſic, comprobauit filij temeritas. Or. 218. a.

Fatum id eſt ordo ſeriesq; cauſarum. đ D. 106. b.

Rerum ordo ac uiciſſitudo. đ Ar. 248. a.

Vt in ijs perturbem ætatum ordinem. đ Cla. 185. a. & 166. a. Explicare ordines temporum.

Quicquid peccatur perturbatione peccatur rationis atq; ordinis. Parad. 120. b.

Mihi uero ordo iſte rerum placet. đ L. 185. a. & ibi. b.

Tu uero iſtam rationem quàm cœpiſti, tene.

Præcepta quæ habent ordinem. đ Cla. 289. a.

Sed ex ea materia particulas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas. Acad. 29. b.

Redigere in ordinem ea quæ inuenimus. Ad Her. 19. a.

Hæc ſunt deiecta, illæ in ordinē confectæ. ꝓ S. R. 46. a.

Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. ꝓ Cec. 289. a.

Domeſtica ordine adminiſtrantur. At. 161. a.

Ordine interrogare aliquem. Part. 229. b.

Recte, ordine, è rep. facere aliquid. I. V. 192. a.

Recte atq; ordine aliquid factum eſſe. ꝓ Quin. 4. b. & ibi. Modo & ratione omnia facere.

Vt quiſq; ætate antecedebat, ita ſniam dicebat ex ordine. I. V. 233. a. & đ Fin. 69. b. Cōpellans Gumas ex ordine noſtros. Quā tu mihi ex ordine de legis ſcripto recita populi Rom. auctionem. p̃ Rul. 75. b.

Collocare aliquid ex ordine. Ad Her. 22. a. & 21. b.

Item putamus oportere ex ordine hos locos habere.

Si in ordine ſtantes notos q̃ plures uiderimus. Ad Her. 21. b. Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem ſunt commiſſa. ꝓ Dom. 216. b. & ibi. Negat oportere quicquam uni extra ordinem decerni. & đ Pro. 73. a. Cum prouinciam extra ordinem decernebant.

Iudicem pecuniam ab reo clam atq; extra ordinem accepiſſe. ꝓ Clu. 35. b. Non eſt idem ordo dignitatis et renuntiationis, propterea quod renuntiatio gradus habet, dignitas autem eſt perſæpe eadem omnium. Ci.

Lyſanias adeptus eſt ordinem Senatorium. ꝓ Fla. 155. a. & ꝓ Dom. 227. b. Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. & ꝓ Clu. 50. a. & 39. a. Fidiculanus cuius erat ordinis? Senatorij.

Maximeq; uiſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Epi. 3. a.

Hæ ſunt ijs, quorū ordini cōueniunt honeſtæ. Off. 30. b.

Si cuiquam ordini ſiue aratorum, ſiue pecuariorum, ſiue mercatorum probatus ſit. I. V. 112. a.

Omnium generum atq; ordinum conſenſus. Epi. 152. b.

Tum

Tum certe ordinis tui facile princeps. Epiſt.87.b.& 107.a.Ordo publicanorum.
Omnes ſocietates,omnes ordines.ꝑ Dom.242.a.
Quid per tuum ſeruulum ordines aſſignati.I.P.98.b.
Nemo noſtro loco natus.ꝑ Quin.5.b.& đ Am.109.a
In noſtro(ut ita dicam)grege.
Aliter uideo cenſeri Marcello,& cæteris noſtri ordinis qui hic ſunt.At.119.b.
Omnium quæ fiunt quæq; dicitur ordo ac modus.Off.4.a. His enim rebus quæ tractentur in uita, modum quendam adhibentes & ordinem,honeſtatem & decus conſeruabimus.Off.4.b.
Arborum ordines in quincuncem directi.đ Sen.89.b.
Illa perniitioſa ambitio cuius primos ordines Saluſtius duxit.In Sal.273.a.
Pecunia ciuitatis ordines partiunto.đ.L.181.a.
Locus certe non deerit,quoniam tenes ordinem rerum. đ Leg.160.a.
Id ex inordinato in ordinem adduxit.đ Vn.196.b.
Ampliſſimorum ordinum delecti uiri.ꝑ Mil.102.a.
Vir fortiſſimus qui ordines duxit.I.A.156.b.
Sediſti in quatuordecim ordinibus.cum lege Roſcia ꝑ bibereris.I.A.169.a.
Aliquem recte atq; ordine exq; rep feciſſe & facere.I.A.191.a.
Literas Bruti recte et ordine ſcriptas uideri.I.A.221.a
Qui ordo in ſententijs rogandis ſeruari ſolet,eundem te nebo in uiris fortibus honorandis.I.A.201.a.
Frugem ſpicæ ordine ſtructam.đ Sen.88.a.
Oreſtes, ſtæ. Ci.đ Am.100.b.
Oreſtis,idis. pars Macedoniæ. Ci.đ Ar.251.b.
Orichalcum,ci. Ci.Off.70.b.Si quis aurũ uendens orichalcũ ſe putet uendere,& đ Fin.69.b.In God.germ.
Oriens,tis. Ci.đ.N.59.a.Qui terras ab oriente ad occidentem colunt.
Oratio uel oriens,uel media,uel cadens.Or.218.b.
Vis oriens & congregata.X.iam diſtricta et extincta. ꝑ Dom.226.b.
Origo,inis.principium,initium,cauſa,ortus, ſtirps,ſemen, fons, caput, author.
Ci.đ Vn.195.b.Nullius rei cauſa remota reperiri origo poteſt. Atq; ab his initijs profecti omnium uirtutum & originem & progreſſionem perſecuti ſunt.de Fin.110.a.
Verborũ delectum originẽ eſſe eloquẽtiæ.đ Cl.188.a.
Si quid ſine capite manabit,& eius author non extre.ꝑ Plan.171.a.
Vitium qđ ab Egeſia fluxit.Or.219.b.i.initiũ duxit.
Quæ cauſa impulerit eum,qui hæc machinatus ſit ut originem rerum & molitionem nouam quæreret.de Vn.196.a.
Orion,onis. Ci.In Arat.Fabula orionis, & Dianæ.
Orior,oreris. naſcor,exorior,in uitã introeo,proficiſcor, mano,hanc a natura propriam lucem accipere.
Ci.đ Fin.81.a.Sed ipſum a ſe oritur & ſua ſponte naſcitur.& ꝑ Mur.140.a Tu qui ab illo ortus es.
Hoc ſolum in quo tu ortus & procreatus es. đ Leg.169.b. Vos qui deorũ ſatu orti eſtis.đ Vn.202.a.
Officia,quæ oriuntur a ſuo cuiuſq; genere uirtutis.de Fin.141.a.
Ea,quæ ſunt orta de cauſis.đ Or.124.a.
Sed ne quis oriretur, aliquando, qui diceret &c. pro Dom.227.a.
Orithia, thiæ. Ci.đ.L.156.b.Orithiã aquilo ſuſtulit.
Oriundus.a, um. alicuius ſatu ortus, cuius genus profectum eſt alicunde.
Ci.Top.323.a.Qui ab ingenuis oriundi ſunt.
Eſt enim ipſe a materno genere Municipalis. pro Syl.171.a.& ibi.a.
Hoc dico inquit te eſſe ex Municipio,generis illius antiquitas Tuſculano ex clariſſimo municipio profecta. ꝑ Font.282.b.
Vos qui deorum ſatu orti eſtis.đ Vn.202.a.
Ornamentum,ti. honor,dignitas,decus inſigne,lumen.
Ci Ep.64.a.Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationẽ pro omnibus ornamentis tuis.
In animis ego ueſtris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris,monumenta gloriæ,laudis inſigna cõdi uolo.I.C.116.b.
Intueor corã hæc lumina atq; ornamenta reip.đ Pro.73.a.& 74.b.Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum non putaui.& ibi.Alij ſine ullis uerborum ornamentis dabant.
Flos Italiæ,firmamentum imperij noſtri, ornamentum dignitatis.I.A.185.b.
Omnia generis inſignia atq; ornamenta occiderunt.ꝑ Syl.184.a.
Equidem mihi hoc ſubſidium comparaui,non ſolum ad uſum forenſem ſed etiam ad decus atq; ornamentum ſenectutis.đ Or.101.b.& ꝑ Cec.290.a. Falcula decus atq; ornamentum ciuitatis.
C.Cæſar populum iſtum maximis ornamentis affecit. ꝑ Cor.63.b.
Sententiarũ ornamenta & conformationes.đ Cla.177.a.& 188.b.Illa oratoria ornamenta dicendi.
Neminem omnium tot ac tanta quanta eſſent,in Craſſo habuiſſe ornamenta dicendi.đ Or.119.b.
Cum ad nos mitteret Cotylam ornamentum atq; arcem amicorum ſuorum.I.A.218.a.
Q.Hortenſius lumen & ornamẽtũ Reip.ꝑ Mil.108.b
Ornate,non inornate,eleganter,polite,non inculte,ſplendide,luculenter.
Ci.đ Or.147.b.Qui diſtincte,qui explicate,qui abundanter,qui illuminate & rebus & uerbis dicunt,& in ipſa oratione quaſi quendam numerũ uerſumq; conficiunt, id eſt quod dico ornate.
Poteſt id quidẽ fuſe & copioſe & omnibus electiſſimis uerbis grauiſſimisq; ſententijs rhetorice & augeri & ornari.đ Fin.95.b.
Philoſophicas res ornate dicere uelle puerile eſt.đ Fin.94.a Ornate ſplendideq; dicere.Off.1.b.
Ornate politeq; dicere.ꝑ Cæl.39.a.
Oratoris eſt cõpoſite,ornate,copioſe eloqui đ Or.89.a
Qui profitẽtur ſe neq; diſtincte,neq; diſtribute,neq; eleganter,neq; ornate dicere,Tuſ.176.a.

Ornatus,a,um. *politus, luculentus, excultus,comptus,expolitus,nitens,elaboratus.*

Ci.I.V 59.b.*Frater tuus lectiſſimus & ornatiſſimus* Adoloſcens.& đ Cla.177.b

*Splendidiſſimus atq; ornatiſſimus uir.*p Fla.156.b.

*Agro bene culto nihil nec uſu uberius nec ſpecie ornatius.*đ Sen.89.a.

*E fundo ornatiſſimo deyci.*p Quin.18.a.

*Homo in dicendo ornatus & grauis.*đ Or.88.b.

*Res uero bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictas.quis non legat:*đ Fin.51.b.

Omnes apud Pacuuiũ ornati elaborati; ſunt uerſus. Or.200.a.

*Prouincia exercitu & pecunia inſtructa & ornata.*I.P.80.a.

*Sapiens plurimis & grauiſſimis artibus atq; uirtutibus inſtructus & ornatus.*đ Fin.88.a.

*Locus ad agendum ampliſſimus,ad dicendum ornatiſſimus.*p Pom.4.a.

Vir coniuge,liberis,multis affinibus ornatus. ad Bru. 189.a. *Is terret etiam nos ac minatur,tribus prædys, hoc eſt præmys ſceleris ornatus.*p.S.R.37.a.

*Compoſita oratio & ornata, & artificio quodam & expolitione diſtincta.*Ci.

Ornatus,tus. *lux uerborum flos orationis.*

Ci.đ Or.89.a *Ornatus uerborum oratoris putandus eſt.*&.141.b.*Diſtinctio & ornatus oratoris.*

*Ornatus orationis tanq̃ ueſtis.*đ Cla.189.a.&.196.a.

Concinnitas illa ſententiarum manebat, ſed ea ueſtitu illo orationis,quo conſueuerat, ornata non erat.& Or. 198.b.*Omnemq; orationem ornamentis modicas uerborum ſententiarumq; diſtinguit.*&.203.a.*Clariſſimis uerborum luminibus utitur Plato,*&.204.a.*Inornata mulier,incompta oratio.*

*Tum remouebitur omnis inſignis ornatus quaſi margaritarum,ne calamiſtri quidem adhibebuntur.*Or.204.a & ibi.*Fucati uero medicamenta cãdoris & ruboris omnia repellentur,elegantia modo & munditia remanebit.*& ibi.*Collocata uerba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt,quod mutatis uerbis non maneat manente ſententia,*&.b.*Illa concinnitas, que uerborum collocationem illuminat his luminibus,quæ græci quaſi quoſdam geſtus orationis σχήματα appellant.*& ibi. *Elaborata concinnitas.*

*Schemata,quæ uocant græci in uerbis pingendis & illuminandis ſententiys habent pondus.*đ Cla.177.a.

Verborum ſententiarumq; illa lumina,quæ uocant græci σχήματα quibus tanq̃ inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio đ Cla.190.a.

*Quando enim nobis ullus orationis uel copioſæ uel elegantis ornatus defuit:*đ Fin.51.a.

*Traſlata uerba,quaſi ſtellæ illuſtrant orationem.*Ora. 205.a. *Orationis lumina & quodãmodo inſignia.* Or.209.a.*Hæc quaſi lumina magnum afferunt ornatum orationi.*

*Sed ita diſtinctum ut ſint quaſi in ornatu diſpoſita quedam inſignia & lumina.*đ Or.151 b & ibi.*Flores.*& đ Cla.186.a.*Nullus flos neq; lumen ullum orationis.*

*Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus uerborum & ſententiarum.*đ Or.161.b.*Ante periclem litera nulla eſt,quæ quidem ornatum habeat.*

*Itaq; ad hanc elegantiam uerborum latinorum adiũgit etiam illa oratoria ornamenta dicendi.*đ Cla.188.a.

*Catonis lineamentis nihil niſi eorum pigmentorum,quæ inuenta nondum erant, flos et color defuit.*đ Cla.193.a.&.195.b.*Ornata ſententiarum concinnitas.*& ibi.*Ex ornato & faceto genere uerborum.*

*Omnes aut certe pleraſq; aliqua ſpecie illuminare ſententias.*Or.209.b.

*Splẽdidis nominibus illuminatus eſt uerſus.*Or.212.b.

*Omni ex genere orationem aucupantur,& omnes undiq; floſculos carpunt & delibant.*p Seſt.25.a.

*Statuas uidemus ornatu ferè militari.*Off.13.a.

*Cyri purpura ornatuſq; perſicus, multo auro multiſq; gemmis.*đ Sen.29.b.

*Non inceſſu ſolũ ſed ornatu atq; comitatu.*p Cæl.47.b.

*Hoc ſimulacrum quidam ad ornatum ædilitatis ſuæ deportauit.*p Dom 235.b.

*Ornare aliquem alieno ornatu.*đ Or.105.a.

*Pulcherrimo ueſtitu,ornatu regali.*đ Fin.79.a.

Orno,as. *exorno,diſtinguo,illuſtro,illumino,noto,pingo, elaboro,uario, ornatum affero,in aliquẽ omnia ornamenta congero,ornamento ſum,ornamẽto afficio, honoro,decoro,honeſto,augeo,amplifico, collocupleto, commodis augeo,laudo,adorno,paro,inſtruo.*

Ci.đ Or.145.a.*Quibus orationem ornari & illuminari puto.*&.96.b.*Veſtire atq; ornare oratione res inuentas.*

Fuit ornãdus in manilia lege Pompeius,temperata oratione ornandi copiam perſecuti ſumus. Or.206.a.& Q.Fr.309.a.*Ornare aliquẽ ueris & diuinis laudibus.* & Ep.25 b.

*Ornare aliquem inſignibus gloriæ.*Ep.14.a.

*Cum tu a me rebus ampliſſimis atq; honorificentiſſimis ornatus eſſes.*Ep.59.b.

*Qui frequentia ſua aduentum ueſtrum ornauerunt ac celebrauerunt.*I.P.86.a.

*Mirabilius,& magnificentius augere aliquid atq; ornare.*đ Or.92.b.

*Tota illa regio ſe huius honore ornari,ſe dignitate augeri putabat.*p Plan.263.b.

*Oratio,in qua authoritas ornatur Senatus.*đ.179 a.

Tibiq; non modo tuendos ſed etiã ornandos illos uiros. Ep.134.a.&.174.b.*De adornando Adoleſcente.*

*Non modo non læſi te uerũ etiam ornaui.*p.S.R.41.b.

*Quos ego non ſolum tuli.ſed ornaui.*At.15.b.

Tu uero iſtam artem ne reliqueris,quam ſemper ornaſti,illa enim,ſi uere loqui uolumus,te ornauerat. Tuſc. 173.a.& Ep.17.b.*Is ordo,quem ſemper ornaſti.*

*Si uis ad me alium mitte,quem ornem.*Ep.98.a.

*Ego omnibus rebus Appium ornaui.*At.95.a. & đ.D. 113.a.

*Ornare aliquem beneficijs omnibus.*I.V.83.a.& At. 81.b.*Ornare ciuitatem beneficijs omnibus.*

*A populo Rom.ſemper ſum defenſus amplificatus.& ornatus.*p Dom.231.b.

Quæ

Quæ geſſi in conſulatu priuatus tuebor atq; ornabo. I.C.117.a.
Per quos res eius ſecundæ quondam erant ornatæ, nũc ſubleuantur aduerſę.ꝓ Syl.181.a.
Ornare aliquem.X.ſpoliare aliquem.ꝓ Fla.158.b.
Deiotarus clariſſimorum imperatorum teſtimonijs ornatus.đ Ar.250.b.& ꝓ Mur.144.a.Reſp.ſuis præſidijs ornata.
Heſageretus magnus meis beneficijs ornatus. Ep.214.b.
Ornare prouincias conſulibus.At.67.a.&.51.b.
Domicilium ornatum ſignis & picturis, inſtructumq; rebus omnibus neceſſarijs.đ.N 45.a.
Armatos uere appellamus,qui ſcutis telisq; parati ornatiq; ſunt.ꝓ Cec.196.b.
Muneribus deorum nos eſſe inſtructos & ornatos.de Leg.163.a.
Domicilia regia omnibus rebus ornata atq; referta.pro Pom.7.b.
Deinde ornat apparitoribus . ſcribis,librarijs &c. ꝯ Rul.72.b.
Qui maximas ædificaſſet ornaſſetq; claſſes.ꝓ Pom.5.a.
Ornare & apparare conuiuium.I.V.210.a. & pro Quin.17.b.Ornare conuiuium magnifice ſplendideq;.
Lectum ſibi ornari & ſterni iubet.ꝓ Clu.20.b.
Sepulcrum L.Catilinæ floribus ornatum eſt. pro Fla. 164.a.
Nouo & alieno ornatu ornare iuris ciuilis ſcientiam.đ Or.105.a.
Quod tanq̃ ſtellis quibuſdam notat & illuminat orationem.đ Or.105.a.
Caietam ſi quando abundare cœpero, ornabo. At.3.a.
Bibulum ornauit Cato.At.102.b.
Senectuti uero celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium q̃ iuris interpretatio? đ Or.101
Lepidus ornatus cum honoribus ampliſſimis a Senatu. At.280.a.
Ornare aliquem omnibus decretis.At.287.b.
Ille a me ſingularibus meis ſtudijs ornatus eſt.Q.Fra. 314.b.
Hic non ſolum meis laudibus me ornat ſed etiam honorat alienis.I.A.165.a.
Græcia.M.Bruti imperio,authoritate,copijs,non ſolum inſtructa ſed etiam ornata dextram tendit Italiæ.I.A. 226.a.
Ornari & exornari ab aliano.i.I.A.238.a.
Oro,as. rogo, obſecro, obteſtor, orationem habeo.
Ci At.170.b.Te etiam atq; etiam oro,ut me totum tuendum ſuſcipias.
Orare aliquem pro ſalute alicuius.At.284.b.
Rogandi ſunt orandiq; ut &c.Tuſ.226.b.
Rogare atq; orare aliquem.I.V.128.a.&.217.a.Orare atq; obſecrare aliquem,& obteſteri.
Teq;.C.Flaui oro & obteſtor &c.ꝓ Plan.281.a.
Qua propter uos oro atq; obſecro iudices, ut &c.pro S R.20.a.& Ep.166.b.Ego uos.P.C . oro atq; obſecro ut &c.
Orat multis & ſupplicibus uerbis,ut liceat. At.197.a.
Idq; poſtremum parentes ſuos liberi orabant,ut &c.I. V.260.a.
Illud ad extremum Te oro & hortor,ut &c . Q.Fra. 299.a.
Quo liberos adire ne orandi quidem cauſa fas erat.I. V.223.b.i.In quod ſonum.
Dic oro te clarius.At.59.b.
Nemo unq̃ melius ullam orauit capitis cauſam. đ Cla. 168.b.Legati domum re inorata reuerterunt.
Quis poſſit neſtra in nos uniuerſa promerita non dicam complecti orando ſed percenſere numerando.Poſt. 204.a.
Orphicus,a, um. Ci.đ.N.71.a.Sacra orphica.
Orſus,a, um. Ci.đ Cla.176.b. Eius collega.L. Beſtia bonis initijs orſus tribunatus triſtes exitus habuit conſulatus.&.193.a.Hortenſius &c.l.Ordior.
Orſus, ſus. Ci.đ.D.121.b.Auguris ut noſtri Chalcantis fata queamus Dicere ratos ne habeant an uanos pectoris orſus.
Ortus,tus. exortus.X.occaſus.đ.D.112.a.
Ci.đ.D.118.b.Sed quid pluratortum uideamus Aruſpicinæ.&.127.a. Cum ortus naſcentium luna moderetur.
Tribunatus cuius primum ortum inter arma procreatũ uidemus.đ Leg.188.a.
Iuris ortum a fonte repetamus.đ Leg.160.a.
Non ſolum nobis nati ſumus ſed ortus noſtri partem patria,partem parentes uendicant.Off.5.a.
Cato ortu Tuſculanus fuit, ciuitate romanus. de Legi. 170.a.
Simulacrũ ſolis ortum curiamq; conſpiciens.I.C.215.a.
Quæ ortum habere gignią; diximus. đ Vn.195.b.& ibi.Quod ſemper eſt,neq; ullum habet ortum. & ibi. Mundum nullo ortu fuiſſe generatum.
Sol ab ortu ab occaſum commeans.đ.N.35.b.
Signorum ortus & obitus ſeruant.đ Iu.54.a.
Siderum ortus obitusq; cognoſcere.đ.D.207.a.
Ortus occaſusq; ſiderũ non fieri eodem tempore apud omnes.đ.D.227.b.
Os, oris. Ci.đ.N.50.a.Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt.
Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt.đ.D.96.b.
Inſerere cibum in os alicui đ Or.223.b.
Os fœtidum.I.P.82.a.&.I.V.229.a.Gorgonis os cinctum anguibus.
Draco cum rediculam in ore teneret, locutus eſt.de.D . 137.b.
Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore,cũ paſcitur.đ.D.86.a.
Quæ palam in ore atq; oculis omnium geſta ſunt.I.V. 125.a.
Iſtius iniquitas tum in ore uulgi & in communibus prouerbijs uerſabatur.I.V.101.a.
Ora omnium atq; oculos intuemur.ꝓ Mil.109.b.
Video.P.C.in me omnium ueſtrum ora atq; oculos eſſe conuerſos.I.C.118.a.
Sic expectabat populus atq; ora tenebat.đ.D.102.b.
Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens atq; in foro

& in ore omnium quotidie uerſabatur. p. ſ. R. 21. a.

Deinde habent in hore nos ingratos. At. 237. a.

Habere aliquid ſemper in ore. Ep. 92. a.

Vigere in ore. Tuſ. 174. a.

Illa ſemper tibi in ore ſunt. d Fin. 80. b.

Conſolatio peruulgata, quam ſemper in ore atq; in animo habere debemus Ep. 71. b.

Tu cuius mihi os ante oculos ſolet uerſari. At. 91. b.

Vnde illud ut ex ore aliquo quaſi imago exprimatur. Or. 197. b.

Cui orationi Cæpionis ore reſpondit Ælius. de Cla. 179. b. & p Deo. 149. a. Non debebas optimo uiro fugitiui ore maledicere, & Tuſc. 156. a. Plato quem ex ore tuo admiror.

Nihil non conſideratum exibat ex ore. d Cla. 189. a. et Or. 209. a. Verbum ex ore nullum niſi elegans exeat. & In Vat. 29. b Non putas fas eſſe uerbum ex ore exire cuiuſq̃. quod non &c.

Verbum ecquod unq̃ ex ore huius excidit, unde quiſq̃ poſſet offendi? p Syl. 180. b.

Noſtis os hominis, noſtis audaciam. I. V. 118. b.

Mihi uidetur ore duriſſimo eſſe, qui præſente Roſcio geſtum agere conetur. p Quin. 14. a.

Cum os perfricuiſti. Tuſ. 199. a.

Noſti perfecto os adoleſcentioris Academiæ. Epiſt. 129. b.

Sed os tuum ferreum Senatus conuitio uerberari noluiſti. I. P. 93. a.

Os ſuum alicui tradere. p. S R. 42. b.

Præbere os alicui ad male audiendum. At. 17. a.

Ora iudicum aſpicere & os ſuum populo oſtendere I. V. 76. b.

Studium dicendi, niſi acceſſit os, nullum poteſt eſſe. de Or. 121. a.

In ipſo aditu atq; ore portus. I. V. 241. b.

In ore ponti & anguſtijs. I. V. 230. a & ibi. Introitus ponti.

In tuis oculis in tuo ore uultuq; acquieſco. pro Deio. 144 b.

Te uero cuius mentem ſenſuſq; & os cernimus, quibus laudibus efferemus? p Mar. 132. b.

Quod tandem os eſt illius patroni qui ad eas cauſas ſine ulla ſcientia iuris audet accedere? d Or. 96. a.

Tibi autem ualde ſolet in ore eſſe. At. 93. b.

Brutus erat in deſiderio ciuitatis, in ore & in ſermone omnium. I. A. 227. a.

Sermo qui tum ferè erat multis in ore. d Am. 95. b.

Os, oſſis. Ci. d N. 54. a. Quid dicam de oſſibus quæ ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent. & ibi multa de utilitate oſſium.

Atq; utinam imitarẽtur, nec oſſa ſolum ſed etiam ſanguinem. d Cla. 170. b.

Cur hunc dolorem cineri eius atq; oſſibus inuſſiſti I. V. 99. a. & 262. a cineri atq; oſſibus filij.

Oſcinis, ne.

Ci de D. 58. b. Aues & alites & oſcines, ut augures noſtri appellant.

Aues, quæ tum huc tum illuc uolant, alites, quæ tum a dextera tum a ſiniſtra parte canant, oſcines. de. D. 105. a.

Ex cantu ſiniſtro oſcinis augurari. Ep. 83. b.

Oſcitanter. Ci. d Cla. 190. b. Tam ſolute egit, tam leniter, tam oſcitanter.

Oſcitor, aris. dormito. Ad Her. 35. b. cum etiam maiores calamitates impendere uideantur ſedetis & oſcitamini.

Iſta quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt. d. N. 25. a. et d Or. 221. b. Iſta oſcitans & dormitans ſapientia. & Cla. 282. b. Oſcitans iudex.

Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis Ducis. pro Mil. 212. a.

Et eum, quod iandiu nihil quæſierat, triſtem atq; oſcitantem impellit. p Clu. 32. a.

Oſculatio, onis. Ci. p Cæl. 47. b. Complexu & oſculatione &c.

Oſculor, aris. ſuauior, ſuauium do.

Ci. d Som. 127. b. Ille me amplexus atq; oſculans flere prohibebat.

Mater filium ſuum oſculata eſt. p Mur. 145. a.

Vt eum dormientem oſcularetur. Tuſ. 168. a.

In precibus & gratulationibus non ſolum id ſimulacrũ uenerari ſed etiam oſculari ſolent. I. V. 222. a.

Quoniam mihi uideris iſtam ſcientiam iuris tanq̃ filiolã oſculari tuam, non patiar &c. p Mur. 129. a.

Inimicum meum ſic amplexabantur ſic in manibus habebant ſic fouebant, ſic oſculabantur &c. Ep. 22. a.

Complecti & oſculari aliquem. At. 254. a.

Oſculum, li. Ci. At. 185. b. Atq; utinam continuo ad complexum meæ Tulliæ & ad oſculum Atticæ poſſim currere.

Oſcus, a, um. Ci. Ep. 95. a. Oſci ludi.

Oſsa. Ci. At. 187. a. Quod autẽ oſsa hanc rem ſ'ewerat a te fac.

Oſtendo, dis. demonſtro, doceo, propono, argumento planum facio, declaro. ſignificationem habeo.

Ci. d Or. 97. a. Omnes loci artis inquirẽtibus nobis oſtẽdunt ſe & occurrunt.

Os tuum non modo oſtendis ſed etiam offers. pro. S. R. 33. a.

Nec tam nefarijs criminibus & tam multis teſtibus conuictus, ora iudicum aſpicere & os ſuum populo rom. oſtendere auderet. I. V. 76. b.

Cui errato nulla uenia proponitur, non dubitandi fidele conſilium oſtenditur. 2 Rul. 67. a.

Hæc nobis & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorũ ſigna patefecit. d Ar. 249. a.

Hic tu oſtendas oportet patriæ lumen animi conſilijq; tui. d Som. 227. a.

Sicut & uiuus multis ipſe rebus oſtendit, & in morte ſua teſtamento declarauit. p Cec. 281. a.

Et ſi munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus, tamen &c. Ep. 129. b. i. promiſerit.

Iſte tum metum tum ſpem oſtendere. I. V. 217. a. & At. 177. a Cum preſertim ne ſpes quidem ulla oſtendatur.

Tribuni ſunt nobis amici, conſules ſe optime oſtendunt, pretores habemus amiciſſimos. Q. Fr. 303. a.

Palam oſtendi đ Vn.101.a.i.palam apparere.& pro Arch.188.b.Si non hic tantus fructus oſtenderetur.

Demonſtraui hæc Cæcilio.ſimul, & illud oſtendi.&c. At.2.a.

De his primum partibus oſtendendum,eſt deinde.&c. Ad Her.10.b.

Nam de Italia nihil mihi unq̃ oſtenderas.At.127.b.

Oſtentatio,onis. ueditatio,ſimulatio,uanitas,gloria. Ad Her.40.a.

Ci.ꝑ.R.P.128.b.Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis & gloriæ.

Vitanda eſt ingenij oſtentationisq; ſuſpicio. de Ora. 139.a.

Et eo magis quod nulla mihi oſtentatione uideris eſſe uſurus.đ Or.111.b.

In fronte oſtentatio ſit,intus ueritas occultetur.đ Fin. 81.a.&.111.b.Oſtentatio glorioſa.

Conſul ueritate non oſtẽtatione popularis,ꝯ Rul.65.a

Qui ſimulatione & inani oſtentatione ficto non modo ſermone ſed etiam uultu ſtabilem ſe gloriã conſequi poſſe rentur,uehementer errant.Off.41.b.

Philoſophorum diſciplina oſtentatio ſcientiæ non lex uitæ.Tuſ.177.a.

Quæ ab oſtentatione proficiſci potius q̃ a uoluntate uideantur.Off.10.a.

Vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis? pro Fla.157.a.

Intelligis oſtentationes nunc in diſcrimen eſſe adductas &c.At.75.a.

Virtus ueditatio quædam atq; oſtentatio eſſe dicitur. đ Am.112.a.

Quæ eſt iſta in commemoranda pecunia tua tam inſolẽs oſtentatio? pad.124.a.

Oſtentator,oris. Ad Her.39.b.Vt ſi uelis oſtentatorem pecunioſum deſcribere.

Oſtento,as. uendito.præ me fero.

Ci.ꝯ Rul.68.a.Largitio,quæ uerbis oſtentari poteſt,re uera fieri nullo pacto poteſt.& ibi.Aliud obſcure moliri aliud ſpecie ſimulationis oſtentare.

Agrum quẽ uobis oſtentant,ipſi concupiuerunt. ꝯ Rul. 81.b.

Huic tu inſeruias,huic te oſtẽtes,oportet.ꝑ Mar.133.b

Cum ei filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata. pro Clu. 22.a.

Pecunia,quæ ex liberalitate huius promiſſa ſit,& oſtentata.ꝑ.Q.R.47.a.

Clodius omnibus præ ſe fert & oſtentat.At.38.a.

Quid enim me oſtentem? qui &c.Epiſt.4.b.&.145.a.

Oſtentare prudentiam.

Bellum ex altera parte cædem oſtentat,ex altera ſeruitutem.Ep.58.a.

His qui ſe magnifice iactat & oſtentat. Ad Her.30.b.

Venditare ingenium & oſtentare memoriam.Ad Her. 85.a.

Oſtentum,ti. oſtenta quia oſtendant aliquid.đ D.96.b. L.Monſtrum Ci.I.V 225.b. Cum magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur. & đ Ar.245. b.Gaudeo mihi dicendum eſſe de toto hoc oſtẽto, quod haud ſcio an grauiſſimum multis his annis huic ordini nuntiatum ſit.

Crœſi filius infans locutus eſt,quo oſtento regnum patris concidit.đ.D.105.b.

Scis Appium hic oſtenta facere de ſignis & tabulis. Cęl.Ep.123.b.

Oſtiatim. Ci.I.V.210 b.Nolite expectare dũ ego hoc crimen agam oſtiatim.&.212.a.

Oſtium ſtij. ianua.

Ci.Tuſc.230.b.Extra oſtium limenq; carceris.

Alicui ab oſtio quærenti reſpondere.đ Or.134.b.& đ Ar.148.b.

Aſpera arteria oſtium habet adiunctum linguæ radicibus.đ.N.83 a.

Quæ ſi ſignificant uoluntatem eſſe abditã,parui refert patere oſtium.đ Pet.211.b.

Inſula in utriuſq; portus oſtium aditumq; proiecta.I. V.227.b.

Ante oſtium Tyberinum.pro Pom.10.b.& ibi.Intra oceani oſtium.

Aperto hoſtio dormientes eos repertos eſſe.pro.S.R. 29.a.

Ad hoſtium fluminis Cydni.I.A.165.b.

Oſtrea,ſtreæ. Ci.đ.D.115.a Oſtreis & conchylijs omnibus contingit ut cum luna creſcant pariter pariterq; decreſcant.

Qui me oſtreis,& murenis facile abſtinebã.Ep.107.b

Oſurus,a,um, Ci.đ Am.107.a.Ita amare oportere ut aliquando ſis oſurus.

Otior,aris. nihil ago,ceſſo,uaco otio perfruor.

Ci.Off.63.b.Cum ſe Syracuſas otiandi cauſa non negotiandi(ut ipſe dicere ſolebat)contuliſſet.

Otia qui ſtudijs læti tenuere decoris.đ.D.85.a.

Nihil agere & planè ceſſare.đ Or.110.b.

Otioſe.per otium, uacuo animo,

Ci.I.V.207.a.contemplari unumquodq; otioſe.& de Fin.113.b.Tum licebit otioſe iſta quærere.

Otioſe uiuere dom.Off.71.b.

Otioſus,a,um. ceſſans,nihil agens,feriatus, uacuus, laxatus curis,otio nimio affluens,animo uacuo eſſe, ſolutus opere , qui cura uacat & negotio,qui ſecum eſt ſecũq;, ut dicitur,uiuit,uacans animo,iners,languidus.X.operoſus.ſemper agens aliquid.

Ci.đ Cla.165.a. Cum inambularem in xiſto eſſemq; otioſus domi.& At.109.b.Niſi eris ualde otioſus.

Cur non rebus humanis aliquos otioſos deos præfecit.đ N.79.a.

Quid dicam de occupatis meis temporibus,cui fuerit negotium nunq̃ otioſum.ꝑ Plan.273.a.

Idq; perſpiciam his ſupplicationum otioſis diebus.Q.Fr. 327.a.

Ociosus.X.occupatus.Ci.

Si otioſum eum redideris.Ep.141.b.

Dicere ſolitum Scipionem accepimus,nunq̃ ſe minus otioſum eſſe q̃ cum eſſet otioſus.Off.52.b.

Otioſam ætatem & quietam ſine ullo labore & contentione traducere.đ Sen.94.a.

Ceſſatio libera atq; otioſa.đ Leg.167.b.

Siuero habet aliquid tanq̃ pabulum ſtudij atq; doctri-ne nihil eſt otioſa uita iucundius. đ Sen. 87. a.
Otioſus & nihil agens. I. A. 231. a.
Quo in ſtudio hominum ingenioſiſſimorum otioſiſſimorum totas ætates uidemus eſſe contritas. đ Or. 103 b
Sed & facilior, & tutior, & minus alijs grauis, aut moleſta uita eſt otioſorum. Off. 14. b.
Spectatoresq; ſe præbuerunt otioſos leutricæ calamitatis. Off. 38. a.

Otium, tij. tempus, ſpatium, uacuum tempus, laxamentum, ceſſatio libera atq; otioſa, remiſſio, quies, uacatio ætatis, legatio libera, tranquillitas uitę, facultas.
Ci. đ Or. 80. a Et quantum mihi uel fraus &c. uel cauſæ &c. uel reſp. tribuet otij, ad ſcribendum potiſſimum conferam. & At. 20. b. Quod mihi de forenſi labore temporis datur, in his ſtudijs conquieſco. & 98. a. Cum non eſſet temporis mihi ad ſcribendum ſatis.
Non deſpero fore aliquẽ aliquando, qui & ſtudio acriore q̃ nos ſumus atq; fuimus, & otio ac facultate diſcendi maiore ac maturiore exiſtat talis orator, qualem &c. đ Or. 93. a.
Otium quod & raro datur, & nunc peroptato nobis datum eſt. đ Or. 110. b. & ibi. Otij fructus eſt non contentio animi ſed relaxatio.
Philiſtus otium ſuum conſumpſit in hiſtoria ſcribẽda. Ci. Horum libros delectationis cauſa cum eſt otium, lego. đ Or. 114. a. & 121. b. Cum ſe de turba & a ſubſellijs in otium, ut cogitat, ſolitudinemq; contulerit.
Otium & ſolitudo langorem afferunt hominibus. pro Seſt. 8. b.
Inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium. ꝯ Rul. 84. b.
Quod maxime eſt optabile & bonis & beatis cum dignitate otium. ꝑ Seſt. 23. b.
Iſtos, quibus otioſi otium feciſſemus, otioſiſſimos reddã. ꝯ Rul. 87. a. & ibi. Vos omni ratione otium tenere debetis. & ibi. Qui propter deſidiam in otio uiuunt.
Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquatur. Acad. 2. a.
Pluribus uerbis ad te ſcribam, cum plus otij nactus ero. Ep. 35. a. & 22. b.
Plura ſcribam, ſi plus otij habuero. Ep. 161. b.
Quamuis enim occupatus ſis, otij tamen plus habes, aut ſi ne tu quidem uacas, noli mihi moleſtiam exhibere. Ep. 201. a. Quoniam tantum habemus otij, quantum iam diu nobis non contigit. đ Or. 98. a.
Si tibi eſt otium & ſi uis. Part. 229. b. & ꝑ Flac. 147. b.
Et magis etiam tum, cum plus erat otij. & Off. 33. b. Scribendi otium non erat.
Ergo tunc cum bello fugitiuorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus ſummo in otio fuit. I. V. 237. a.
Hebeſcere & languere in otio. Acad. 2. b. & đ. N. 3. b. Cum otio langueremus.
Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani requiem atq; otium. đ Or. 104. a.
Si antea auditum erit otium eſſe in Syria. Ep. 28. b.
Tantum ne ab re tua eſt otij tibi, ut etiam oratorem legas? At. 188. a.
Homines otio nimio affluentes. đ Or. 248. a. & ibi. Summa facultas uacui & liberi temporis.
Homines abundantes otio. đ Ora. 154. b. & ibi. Græci diffluentes otio.
M. Cato in principio originum ſuarum ſcripſit clarorũ uirorum atq; magnorum non minus otij q̃ negotij rationem extare oportere. ꝑ Plan. 273. a.
Otium moderatum & honeſtum. X. inertia atq; deſidia. đ Cla. 161. b. Otium litteratum. Tuſ. 248. b. & Referre ſe in otium. Ep. 130. b.
Et ſi negotijs familiaribus impediti uix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus, & id ipſum quod datur otij, libentius in philoſophia conſumere conſueuimus, tamen &c. Ad Her. 1. a.
Honeſta ſtudia per otium concelebrata ab optimis uiris. đ Iu. 42. b.
Philoſophi in angulis otium conſumunt. đ Or. 89. b.
Si ſpatium ad dicendum noſtro commodo, uacuosq; dies habuiſſemus. I. V. 76. a.
Opera quæ non modo tempus ſed etiam animum uacuũ ab omni cura deſiderat. Q. Fr. 324. b. D. 327. a. Plura ad te uacuo animo ſcribam.
Mihi ne ad ea quidem, quæ pro ſalute omnium geſſi recordanda & cogitanda quicq̃ relinquitur temporis. ꝑ Syl. 172. a.
Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum uacabit a publico munere. đ. D. 109. b. & At. 199. b. Si uacabis. i. ſi otium habebis.
Ἐπὶ σχολῆς ſcribe. At. 25. b. i. per otium.
Itaq; & ſæpe alias, & quodam liberiore q̃ ſolebam & magis uacuo ab interuentoribus die, cum ille ad me ueniſſet, primo. &c. đ Fa. 140. a. & Q. Fr. 326. a. Abduco me ab omni cura, dedoq; literis.
Græci non ſolum ingenio & doctrina ſed etiam otio ſtudioq; abundantes. đ Or. 86. b.
Iſtam oſcitantem & dormitantem ſapientiã Scæuolarũ & cæterorum beatorum otio concedamus. đ Or. 121. b
In ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid atq; diſcendi remoti ab oculis populi omne otium tempusq; contriuimus. đ Am. 115. b.
Mihi nullum tribuitur uacuum tempus ac liberum. đ. L. 217. b. & ibi. Nec occupata opera, nec impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt. & ibi. Vtrunq; opus eſt & cura uacare & negotio. & ibi. Mihi nullum uacuum tempus eſt conceſſum.
Plura ſcribam ſi plus otij habuero. Ep. 161. b.

Ouans, tis. Ci. At. 283. b. Vt ouanti introire Cæſari liceret, decreui.
Imperatorem ornatum a ſenatu ouantem in Capitoliũ aſcendiſſe. đ Or. 116. a.
Quo pacto hoſtes ouantes irruerent in ciuitatem. Ad Her. 26. b.
Heri me ouantem et propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit. I. A. 260. b.

Ouis, uis. pecus. Ci. đ. N. 58. a. Ouium uillis confectis atq; contextis homines ueſtiuntur.
O præclarum cuſtodem ouium, (ut aiunt) lupum. I. A. 188. b. & đ Am. 108. a.

Ouum,ui. Ci.d.N.50.b.Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus.& .52.a.Piſces,ut aiunt,oua cum genuerint,relinquunt.& ibi.Gallinæ ex ouis pullos excludũt. Vides ne ut in prouerbio ſit,ouorũ inter ſe ſimilitudo? Acad.5.a.& ibi.Hi cum ouum inſpexerant,quæ id gallina peperiſſet,dicere ſolebant.
Defert ad coniectorum quidam ſomniaſſe ſe, ouum &c. d.D.136.a.
Integram famem ad ouum affero.Ep.138.a.

Quæ ſupra omiſſa fuerant hoc loco repoſita ſunt.

Occaſus,ſus. obitus,interitus,obliteſco .X. ortus,exortus. Ci.d.N.35.b.Sol ab ortu ad occaſum commeãs,& Ad Her.23.a.Occaſus ſolis.X.exortus.& d In.54.a.Obitus ſignorum.X.ortus.
Qui dies poſt obitum occaſumq; noſtrum reip. primus illuxit.I.P.86.b.
Totius urbis atq; imperij occaſus appropinquat.I.C. 215.a.
Cum ad occaſum interitumq; reip. Catilina in caſtris dux eſſet conſtitutus.p Syl.173.a.
Senatus reip.occaſum atq; interitum luget. I.P.83.a.
Occatio,onis. Ci.d Sen.87.b.Terra ſemen occatum cobibet,ex quo occatio,quæ id efficit nominata eſt.
Occidens,tis. Ci.d.N.49.a.Qui terras ab oriente ad occidentem colunt.
In orientis aut obeuntis ſolis partibus.d Som.129.b.
Occidio,onis.i.occiſio.
Occido,dis. cado,morior,condor.
Ci.d.N.30.b.Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipſi & extinguimur.
Nolite hunc natura ipſa occidentem uelle maturius extingui uulnere ueſtro q̃ ſuo fato.p Cæl.54.b.
Cum ſuis ſe laudibus uita occidens conſolari poteſt. Tuſc.172.a.
Eudemus prælians ad Syracuſas occidit.d.D.91.b.
Ex nihilo oriri.X.in nihilum occidere.d.D.116.a.
Vt beneficia quæ in me contuliſtis in huius exitio occaſuro eſſe iubeatis.p Mil.121.a.
Prope iam occidente ſole.d.D.85.b.
Occiſus .i. mortuus.I.V.94.b.
Hic ornatus nunq̃ dilapſus occidet.Acad.30.a.
Aliquid opis occidenti reip.tuliſſemus.Ep.45.b.

Vita occidens.Tuſc.172.a.
Sin planè occidimus (me miſerum) ego omnibus meis exitio fuero,quibus ante dedecori non eram. Q.Fr. 305.b.
Occido.dis. interficio,interimo,cædo,neco,macto,iugulo, trucido,perimo,uitam eripio,de medio tollo,luce communi priuo,uitam aufero.necem affero,mortem affero, cædem facio,uita priuo,morte mulcto,morte afficio, mortem cõſciſco,uitam adimo,uitam alicui exhaurio,alicuius cædem efficio,interitum affero,alicuius rei interitum atq; obitum conficio,uita expello,occiſione occido, conficio,opprimo,uitam patris uiolare,ui interire.X. morbo extingui,mortem hoſtibus obtuli,qui mortem obtulerit parenti,mortem oblatam eſſe patri a filio,cædem & occiſionem facere.
Ci.p.S.R.35.a.Nullus modus eſt hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. Occiditur ad balneas palatinas rediens a cœna Roſcius.p.S.R.21.a.
L.Virginius Virginiam filiam manu ſua occidit.d Fin. 78.b.
Remp.condere meo diſceſſu q̃ omnium interitu occidere malui.p Dom.232.a.
Cædem,qua.P.Clodius occiſus eſt contra remp. eſſe factam.p Mil.103.b.
Cũ Panſa hoſtiũ copias occiſione occiderit.I. A.261.a.

Ci. Att. 197 b. Et pædagogi probitas, & medici aſſiduitas id me ſuſpicari uetat.

Iſto enim modo nutrices & pædagogi maxime erunt diligendi Am. 110 a & Ad Her. 27. a Conturbatus eſt adoleſcens; nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas ue ſantur.

Pæon nis. græce παίων. ωνος. genus numeri in uerſu. l. Pæan.

Pæſtum, ſti. Ci. At. 181. b.

Paganus, a, um.

Ci. p Dom. 228. a. Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani, qui nõ &c. Pagani et montani conuenticula erant plebis Romanæ.

Pagella, læ.

Ci. Ep. 25. a. Extrema pagella pupugit me. & 179. a. Non imitor λακωνισμὸν tuum, altera, iam pagella procedit.

Pagina, næ.

Ci. Or. 200. b. Et enim ut ſcis quaſi in extrema pagina phædri his uerbis, loquens Socrates, Adoleſcens &c.

Quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ prima mea, nunc ad primam reuertar tuam. At. 90. a.

Et ſi meam in eo parſimoniam huius paginę contractio ſignificat. At 70. b. & 142 a Epiſtolæ prior pagina.

Etenim hæc decantata erat fabula, ſed complere paginam uolui At. 216 b.

Cum hanc paginam tenerem L. Flauius ad me uenit. Q Fr. 301. a.

Verum igitur tibi uideor an totas paginas commouere. d Em 118. a.

Varie ſum affectus tuis literis, ualde priore pagina conturbatus, paulum altera recreatus Ep. 258. a.

Reſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ moleſtiæ fuit. At. 29. b.

Paginula, læ.

Ci. At. 59. b. Longæ paginulæ in codicillorum faſtis futurorum conſulum.

Pago, gis. pepigi uel pegi pactum.

Ci. p Q R. 49 a. Dic pactionem feciſſe, non pepigit.

Ex pacto ius eſt, ſi quid inter ſe pepigerunt, ſi quid inter quos conuenit. Ad Her. 10 a.

Obtinuiſti prouinciam ijs finibus, quos lex cupiditatis tuæ non quos lex generi tui pepigerat. I. P. 87. a. b.

Nec ab eo qui cum pepigerat impetret, ut &c. Off. 70. b.

Requiri placet terminos, quos Socrates pegit, ijsq parere. d L. 167. b.

Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Ad Her. 10. a.

Pagus, gi.

Q de Pet. 209. a. Collegium omnium paganorum, uicinitatum.

Pala, læ. Ci. Off. 59. b. Is eum palam annuli ad palmam conuerterat a nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat.

Palæmon, nis. l. Leucothea.

Palæſtra, ſtræ. Gymnaſium.

Ci. d In. 62 a. Illi ſtatim hominem duxerunt in palæſtram, atq ei pueros oſtenderunt multos magna præditos dignitate.

Palæſtra adiuuat Hiſtrionem. Or. 198. a.

Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta orationi attulit. Or. 225. a.

Motus hic habet palæſtram quandam. Or. 219. a.

Sed palæſtræ magis & olet, quàm huius ciuilis turbæ atq fori. d Or. 91. b.

Palæſtra palatina. At. 15. a.

De palæſtra & palæſtritis. I. V. 115. b.

Non enim ut in palæſtra, qui tędas candentes accipit celerior eſt in curſu continuo, quàm ille qui tradit, ita melior Imperator nouus qui accipit exercitum q̃ ille, qui decedit propterea quod defatigatus curſor integro facem, hic peritus Imperator imperito exercitum tradit. Ad Her. 38. b.

Palæſtricus, a, um.

Ci. I. V. 119. b. Nunquam Vos prætorem tam palæſtricum uidiſtis. l. Palæſtrita.

Nam palæſtrici motus ſępe ſunt odioſiores. Off. 26. a.

Palæſtrita, tæ.

Ci. I. V. 115. b. Faciemus ut palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas.

Set ita ut palæſtritę ſpatiari in Xyſto ut liceat. d Opt. 243. b. Aliter palæſtricæ.

Palàm. manifeſte, aperte, in conſpectu, in oculis omnium, in ore atque oculis omnium. X. clam, per præſtigia.

Ci I. V. 125. a. Quę in foro palam Syracuſis in ore atq oculis omnium geſta ſunt.

Palam in eum tela iaciuntur, clam ſubminiſtrantur. p Cęl. 41. b.

Cuius primum tempus ętatis palam fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum Poſt 206. a.

Cum arma in templum Caſtoris luce ac palam comportarentur. I. P. 84. a b.

Stipendium militibus numeratum eſt, menſis palam propoſitis. I. P. 98. a.

M. Antonius palam ſecum habuit armatos. In An. 197. b.

Ci. I. V. 56 b. De quo non præiudicium, ſed planè iudicium factum putatur.
Cum hoc diceret Metellus præiudicium ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. I. V. 181. b.
Exceptio, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. d In. 69. b. & ibi. Non oportet in recuperatorio iudicio eius iudicij, de quo inter ſicarios quæritur, præiudicium fieri. Præiudicia de aliquo facta eſſe a iudicibus. pro Clu. 19. b. & 29 b.
Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere. p Mur. 138. a
Cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparaſtis p Plan. 270. b.
Nimis graue præiudicium in ordinem noſtrum. At. 87. b.
Præiudicium eſt res quæ cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod ſequantur.
Præiudico as. præiudicium facio.
Ci. d Leg. 193. b. Qui magiſtratu abierint, apud cenſores edant & exponãt, quid in magiſtratu geſſerint, deq; ijs cenſores præiudicent.
Vt per illum, qui attulit uenenum de hoc præiudicaretur. p Clu. 54. a.
De aliquo homine non modo præiudicare ſed etiam grauiſſime iudicare. I. V. 182. a.
Satis in cauſæ ſit, quare de aliquo maiore maleficio præiudicetur. d In. 69 b.
Quod nondum Senatus cenſuit nec populus rom. iuſſit, id arroganter non præiudico neq; reuoco ad arbitrium meum. At. 275. a.
Prælabor, ris. Ci. d. N. 48. a. Quorum alter paulo prælabitur ante. & In Arat.
Præligo, as. Ci d In. 81. a. Os autem obuolutum eſt folliculo & præligatum.
Prælior, aris. prælio dimico, prælium facio uel committo, rem gero, certo, pugno.
Ci. Antequam. 191. b. Hoſtibus in ipſa acie, cum prælientur, licet loqui.
Eudemus prælians ad Syracuſas accidit. d D. 91. b.
Vehementer præliatus ſum. At. 50. b.
Prælium lij. dimicatio, certamen, pugna.
Ci. Epi. 81. a. Præliorum exitus ſunt incerti. & Epi. 252 b Prælio facto.
Prælium rectum hoc fieri. Tuſ. 218. a.
Salinator ex arce tarentina multa prælia præclara fecit. d Or. 134 a. & d D. 96. b. Cum hoc calamitoſum prælium fieret.
Cum A. poſthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. d N. 27. a.
Prælium committo. d D 96. b.
Committere prælium cũ aliquo. At. 131. a. & p. S. R. 43. b & I. A. 215. b. Prælium commiſſum.
Prælijs frango, & prælijs decerto. d pro. 75. b.
Prælium pharſalicum. p Deio. 149. a.
Vidimus tuam uictoriam præliorum exitu terminatam. p Mar. 133. b.
Noſter exercitus prælijs uſus erat ſecundis. p Pom. 8. b. & Off. 8. b. Monet igitur eũ ut caueat ne præliũ ineat.
Cæſar ſecundum prælium fecit. I. A. 263. b.
Clodius cum prælium commiſiſſet uulnus accepit. pro Mil. 118. a.
In hoc certamine & prælio &c. I. C. 100. a.
Thucydides res geſtas & bella narrat & prælia Or. 199 b. Scribis prælia te mea cauſa ſuſtinere. Epi. 131. b.
Præloquor, ris.
Ci. Ep. 122. a. Vix hæc erat prælocutus.
Præluceo, ces. Ci In Sal. 272. b. Ego meis maioribus uirtute præluxi.
Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum. d Am. 100. a.
Præludium, dij. proluſio. Ci. I. A. 219. b. Præludium illud & portentum L. Antonius &c.
Præmando as. Epi 61. b. Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardæi eſſe, de quo tu mihi nihil mandaſti, ego tamen terra mariq; ut conquireretur præmandaui.
Idem poſtea præmandatis requiſitus. p Plan. 265. b. *
Præmaturus, a, um. Plan Ep. 148. a. Quod præmatura denuntiatio boni ciuis imparati quàm eſſet periculoſa, ex caſu collegæ uidebam.
Præmeditatio, onis.
Ci. Tuſ. 196. b. Præmeditatio futurorum malorum.
Præmeditatus, a, um. meditatus, cogitatus, domo allatus, paratus, præparatus,
Ci. Off. 42. b. Craſſus oſtendit id ſe in foro optime iam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cũ laude meditari.
Accuſator dicet eum præmeditatum fuiſſe, quod ſibi eſſet uſu uenturum. Ad Her. 7. b.
Quod uerbum tibi non excidit fortuito, ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. I. A. 225. a.
Ad cauſas nunquam niſi paratus & meditatus accedo. d L. 158. a.
Vltroq; affero res multum ac diu cogitatas. d Sen. 84. b
Præmeditor, aris. I. præmeditatus.
Ci. At. 92. b. Vt poſſim præmeditari quo animo accedam

dam ad urbem.

Accuſator dicet eum uſq; adeo præmeditatum fuiſſe, qđ ſibi eſſet uſu uenturum, ut &c. Ad Her.7.b.

Sapiẽtis eſt quicquid homini accidere poſſit, id p̃meditari ferendum modice ſi aduenerit eſſe. I.A.231.a.

Præ me fero, præ te fers, præ ſe fert. *præ me gero, aperte fero non obſcure fero præfero, inſcriptum in fronte eſt quid &c. quod animo ſentio id & uultu promptum habeo & lingua.*

Ci.đ.N 4 b. *Tantam facultatem conſecutum eſſe me non profiteor, ſecutum eſſe præ me fero.*

Semper præ me tuli nihil me malle q̃ pacem. At.127.b.

Fortaſſe cæteri tectiores, ego ſemper me didiciſſe pręme tuli. Or.210.b.

Noli quæſo præ te ferre, uos planè expertes eſſe doctrinæ. đ.N.31.a.& Ep.18.a.

Poetæ, qui cum magnam ſpeciem doctrinæ ſapientiæq; pręſe tulerunt, audiuntur &c. Tuſ.190.b.

Ille, qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit. I.A.166.a.

Præ ſe ferre & confiteri facinus. ꝓ Mil.109.b.

=*Præ ſe gerere, uide in uerbo Gerendi in extremo.*

ὑπόθεσιν autem hanc habent eamq; præ ſe ferunt. Att. 236.b & .260.b. *Sum ab illo alienatus, idq; p̃ me fero.*

Reliquum eſt Quirites ut uos in iſta ſententia, quam pręnobis fertis, perſeueretis. I.A.193.a.

Actio præ ſe motum animi fert. đ Or.164.a.

Cladius Sampſiceramno negat, cæteris præ ſe fert & oſtentat. At.38.a.

Vocem unam præ nobis indicem ueſtrarum erga me uoluntatem tuliſtis. ꝑ Rul.66 a.

Vna ex tribus his rebus præ nobis eſt ferenda, ut nihil aliud niſi docere uelle uideamur. đ Or.137.b.

Atticum quanti facias pręte ſoles ferre. At.263.b.

Niſi ſpeciem præ te boni uiri feras. Off 40.b.

=*Affectionis ratio perſpicuam præ ſe gerit coniecturam.* đ In.65.a.

Præmitto, tis. Ci.At.112.a. *Faunius cum imperio in Siciliam præmittitur.*

Filius in Macedoniam cum equitatu præmiſſus eſt. Att. 271.b.& .I.C.102.a.

Antonius præmiſit mihi odioſas literas hoc exempla. Att.161.b.

Præmium, mij. *merces, fructus, beneficium.*

Ci.At.182.a. *Salon remp. duabus rebus contineri dixit, præmio & pœna.*

Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus & ſupplicia uitijs. đ Or.106 b. & đ.N.77.a. *Recte factis præmia peccatis ſupplicia deberi.*

Tanta mihi pręmia pro hac induſtria ſunt data, quanta antea nemini. ꝓ Mur.125.b.

Ita ſacerdos precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate. Tuſ.173.a. *quod maximum bonum dari poſſit a Dea.*

Poſtremo hodierno die præmia legatis Allobrogum dediſtis ampliſſima. I.C.119.a. & ꝓ Rab.97.a. *Quod ei præmium dari par fuiſſet*

Tribuere præmium alicui. ꝓ Arch.190.b. & .I.V.84. a. *Ei præmia poſtea tamen liberaliter tribuit.*

Quod enim eſſet pręmiũ dignitatis quod populus rom. cum huius maioribus ſemper detuliſſet, huic denegaret? ꝓ Flac.146.a.

Quibus pro tantis rebus nullum præmium uirtutis, nullum inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtula. I.C.116.b.

Quã ob cauſam a Chryſogono tantis præmijs donabantur? ꝓ S.R.36 a.& ꝓ Arch.186.b. *Itaq; eum Neapolitani ciuitate cæteriſq; præmijs donauerunt.*

Qui nulla conditione huius ciuitatis præmijs affici poſſet. ꝓ Cor.59.a.

Prouinciæ, quas peſtiferi illi conſules pro euerſæ reip. præmijs occupauerunt. đ Pro.69 b.

Cum mihi ſumma & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas. ꝓ Dom.236.a.

Xerſes præmium propoſuit, qui inueniſſet nouam uoluptatem. Tuſ.232.a. *Elicere aliquem pręmijs ad faciẽdum aliquid.* ꝓ Cor.61 b.

Quaſi eximio præmio ſceleris expoſito cupidiſſime contendere. Ci.

Cum uerus iuſtus & honeſtus labor, honoribus, pręmijs, atq; ſplendore decoratur. đ Or.101.a.

Inimici qui tuis te pręmijs appugnent. Anteq̃.194 a.

Totam remp. prouinciæ pręmio uendidiſti. I.P 82.b.

Licebat enĩ celerius legis præmio. Acad 1.a.i. *beneficia.*

Eos qui in eodem genere in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent, ad præmia legis uenire oportere. pro Clu.38.a. *Non ſupplicium deprecarer, ſed præmiũ poſtularem.* ꝓ Rab.97.a.

Repetere officij pręmium & fructum. Anteq̃.193.a.

Perſoluere pręmium alicui. ꝓ Cæl.51.a.

Amplis præmijs ad perdiſcendum cõmoueri. đ Or.86.a

Tributum quod ex centeſima collatum impudenti cenſu locupletum, in duarum legionum præmijs conſumitur. Bru.289 b.

Minime fructum laborum. pręmia periculorum contemnere debuiſti. I.P.93.a.& .99.a. *Mitto ereptam libertatem populis, ac ſingulis, qui erant affecti præmijs nominatim.* & .I.A.263.b. *Atq; utinam omnibus ciuibus ſoluere nobis præmia quę promiſimus, liceret.*

Quæ p̃mia militibus promiſimus nos rep. recuperata tributuras, ea cumulate cum tempus uenerit, cenſeo perſoluenda. I.A.264.b.

Magnis & amplis præmijs aliquẽ afficere. ꝓ Mil.112 b.& ibi *Perſoluere meritum præmium alicui.*

Ex omnibus pręmijs uirtutis ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium gloriam. pro Mil. 120.b. *Inuitare aliquem præmijs ad agendum aliquid.* ꝓ Lig.139.a.

Præmoleſtia, ſtiæ. Cic Tuſ.223 b. *Alij autem metum præmoleſtiam appellabant, quod eſt quaſi dux conſequẽtis moleſtiæ.*

Præmoneo, nes. Ci.đ Ar.241.b. *Reperietis ex hoc toto prodigio atq; reſponſo nos ex iſtius ſcelere at furore ab impendentibus periculis maximis propè iam uoce Iouis optimi maximi præmoneri.*

Quod putaui & p̃monui fit ut Cæſar te impliceat. At. 131.a.& .I.V.70.b. *Me ut magnope cauerẽ p̃monebat.*

Præmunio,nis. Ci.At.71.a.Per fortunas illud præfulci & præmuni quæſo ut ſimus annui.& ꝓ Cęl.41.a.
Quæ p̄ præmuniuntur omnia reliquo ſermoni diſputatio-niſq; noſtræ.đ Leg.163.a.
Præmunire ante.Or.209.b.
Præmunitio,onis. Ci.đ Or.137.a. Sine præmunitione acerbe inuehi in aliquem. &.162.a. Præmunitio ad id quod aggrediare.
Præneſte. Ci.đ D.126.b.Nunq̃ fortunatiorem q̃ præne ſte fortunam eſſe.
Præneſtinæ ſortes.Ci.đ D.126.b.
Prænomen,nis. Ci.I.A.152.b.Omnes habent tantam ſi militudinem inter ſe ut in eorum prænominibus errem.
Quod ſine prænomine familiariter ad me epiſtolam mi ſiſti primum addubitaui num a Volumnio Senatore eſ-ſet &c.Ep.110.a.
Aliquis cui prænomen ſit Decimo.Ad Her.22.a.
Q.Claudia.đ Ar.250.a.
Prænoſco,ſcis. præſentio.
Ci.In Arat.Hoc ſignū ueniens poterūt p̄noſcere nautæ.
Futura prænoſcere Dij poſſunt.đ.D.98.a.
Prænotio,onis. prima notio,anteceptis animo rei quædā informatio.
Ci.đ.N.10 b.11.a.Hanc nos habemus ſiue anticipatio-nem ut ante dixi ſiue prænotionem deorum, ſunt enim nouis rebus noua ponenda nomina,ut Epicurus ipſe πρό-ληψιν appellauit,quam antea nemo nominarat.
Prænuntio,as. Ci.đ D.82.b. Eſt enim natura quædam, quę futura prænuntiat.
Prænuntius,a,um. Ci.đ.N.28.b. Stellæ magnarum ca-lamitatum prænuntię.& ꝓ Mur.134.b.Inquiſitio candi dati prænuntia repulſę.
Aurora prænuntia ſolis.In Arat.
Præoccupo,as. ante occupo,ante uerto,anticipo.
Ci.I.A.124.b.Quas partes ipſe mihi ſumpſerā,eas præ occupauit Antonius.
Præpando,dis.Ci.In Arat.387.C.
Præparatio,onis. Ci.Off.15.a.In omnibus negotijs.pri uſq̃ aggrediare,adhibenda eſt præparatio diligens.
Multum prodeſt prouiſio animi & præparatio ad mi-nuendum dolorem.Tuſ.196.a.
Præparatus,a,um. Ci.Or.205 b.Si is non præparatis au ribus inflammare rem cœpit,furere uidetur.
Iam Pythagoras & Plato,quo certiora in ſomnis uidea-mus,præparatos quodam uictu atq; cultu proficiſci ad dormiendum iubent.đ D.133.b.et.105.b.Qui ſe tradet ita quieti præparato animo tum bonis cogitationibus tū rebus ad tranquillitatem accommodatis.
Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato otio nec exi-guo tempore abſolui.đ Leg.157 b.
Præparo,as. præparationem adhibeo, præmunio . præ-fulcio. Ci.đ In.52.a.Impijs apud inferos pœnas eſſe præparatas. Ad uitam degendam præparare res ne-ceſſarias.Off.3 b.
Appius miſcet,Hircius præparat Q.Fr.328.a.
Habes hortos ad Tyberim,ac diligenter eo loco præpa raſti,quo omnis iuuentus natandi cauſa uenit. pro Cel. 45.a.

Sunt enim hæc minora q̃ illa ipſa quorum cauſa præpa rantur.đ Leg.161.a.
Præpeditus,a,um. Ci.ꝓ Rab.94.b.Q.Scæuola confe-ctus ſenectute,& præpeditus morbo.
Præpes,tis. Ci.đ.D.102.b.Auis præpes &c.bis.
Præpondero,as. ponderis plus habeo.
Ci.Off.55.b.Qui omnia metiuntur emolumentis , neq; ea uolunt præponderari honeſtate.
Præpono,nis. antepono,præfero,antefero,antiquior mihi eſt,p̄ficio. Ci.I.A.223.b Qui ſalutem populi rom. uitæ ſuæ præpoſuit,& ꝓ Rab.95.a.Præponere amici-tiam patriæ.
Præpoſitum ex eo credo appellatum eſt,quod prępona tur alijs.đ Fin.222 b.
Præponere unum alteri.I.V.55.a. Et præferre unum alteri.ꝓ Plan.261.b.
Vt nobiliſſimis hominibus lōge p̄poneret.ꝯ Rul.67.b.
Præponere principia cauſis proportione.đ Or.138.a.
Non ſunt & naui,quibus in præponitur . Or.212.& At.103.a.Non enim hoc ut oppido præpoſui, ſed ut lo co .i. in.
Cœlium præpoſui prouincię.Ep.26.a.
Ille quem bello prædonum præponeretis.ꝓ Pom.16.a.
Aurelius,qui eſt præpoſitus ab Hircio.At.215.b.
Tuus libertus nullo tuo p̄poſitus negotio.ꝓ Cec.296.a
Cum is præpoſitus Aphricæ eſt.ꝓ Lig.237.b.
Omne ſeruitium in alteram ſcęnam immiſſum,alteri præ poſitum.đ Ar.249.b.
Præporto,as. Ci.In Arat.L.Scorpios.
Præpoſitio,onis. Ci.Or.212.a.Vna præpoſitio eſt ab uel abs,eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet &c.
Præpoſitio in priuat uerbum ea ui,quā habebat. Top. 214.b.
Neq; tamen illa præpoſitio tali ad eum finem ꝑtinebit đ Fin.102.b.
Præpoſitus,a,um. Cl.I.V.256.a.Qui nauibus præ-poſiti fuerant.& đ.D.96.a. Sacerdos quę præpoſita erat oraculo.& ꝓ Mil.205.b.
Hoc non dico,me omnibus patronis eſſe præpoſitum. I.V.57.a.
Domitius iſti quæſtioni præpoſitus eſt,& đ Or.212.a
Aliquem alcui muneri eſſe præpoſitum.& Ep.224.b.
Præpoſitus negotio publico. Exercitus,cui præpoſitus eſt ſapiens imperator.đ In.54.a.
Præpoſitum ex eo credo appellatum eſt,quod prepona tur alijs.đ Fin.122.b &.201.b.
Præpoſtere. peruerſe.X.ordine. Ci.Acad.17.b.Vt p̄ poſtere tecum agam,mox referam me ad ordinem & At.123.b.Omnes arbitror tibi tuas literas redditas eſſe ſed primas præpoſtere,reliquas ordine.
Præpoſterus,a,um.peruerſus. Cl.đ Or.146.b.Ne quid perturbatum ac diſcrepans aut præpoſterum ſit.
Itaq; ut erat ſemper præpoſterus atq; peruerſus, initiū facit a Bulbo.ꝓ Clu.31.a.
Iſte omnia præpoſteris uerbis pronunciauit. ꝓ Dom. 241.b.
O præpoſteram gratulationem.ꝓ Syl.184.b.
Præpoſteros habes Tabellarios,qui cum a me diſcedūt

flagitant

flagitant literas, cum ad me ueniunt, nullas afferunt. Epiſt.253.b.

Præpoſteris utimur conſilijs, et acta agimus. Am.111.a

Non diſcerptis ſententijs, non præpoſteris temporibus, nõ confuſis perſonis, nõ perturbato ordine. đ Or.147.a

Noſter hic præpoſterus imperator &c. I.P.99.b.

Quid tam peruerſum præpoſterumue excogitari poteſt? pro R.P.128.b.

Præpotens,tis. Ci.ꝓ Cor.61.b. *Præpotens terra mariq; Carthago.* & đ D.117.a. *Rerum omnium præpotens Iupiter.* & ꝓ R.P.129.b. *Clarus ac præpotens uir.*

Natura deorum præpotens & excellens. đ N.41.a.

Siue quem iſta præpotens & glorioſa Philoſophia delectat. đ Or.101.a.

Non ſolum callidus uerum etiam præpotens, ut M. Craſſus. đ Fin.76.b.

Itemq; in ſermonibus alium quidem uidemus, quãuis præpotẽs ſit, efficere ut unus de multis eſſe uideat. Off.22.a.

Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. Am.106.b.

Præpotens Deus. đ L.260.b.

Præproperus,a,um. Ci.Ep.99.b. *Cognoui præproperam feſtinationem tuam.* & 160.b.

Fuit hęc illius præpropera prenſatio. At.1.a.

Præripio.pio. antefero. Ci.Ep.72.b.

Ci.ꝓ S.R.28.b. *Ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, ut alijs eam præreptam uelim.* & Off.68.a. *Marius præripuit collegis popularem gratiam.*

Ne deorum immortalium beneficium feſtinatione præripuiſſe uideamur. I.A.159.a.

Facile celare, tacere, diſſimulare, inſidiari, præripere hoſtium conſilia. Off.22.a.& Ep.72.b. *Præripere aliquid conſilio.*

Alterum mihi eſt certius, non præripiam tamen, ſed expectabo conſilium tuum. Att.154.b.

Præripere alicui deſponſam iam & deſtinatam laudem. de Ar.244.b.

Prærogatiua,uæ. quaſi ſpecimen, tanquam præiudicium. Ci.I.V.71.a. *Dedit enim prærogatiuam ſuæ uoluntatis eiuſmodi, ut iſti ꝓ prærogatiuis iam reddidiſſe uideat.*

Is cui primam comitijs tuis dederas tabulam prærogatiuæ. I.P.21.b. *Tu me comitijs prærogatiuę primum cuſtodem præfeceras.* Poſt.208.a.

Prærogatiuam maiores omnes iuſtorum comitiorum eſſe uoluerunt. đ D.101.b.

Is qui in prærogatiua referenda ſubito concidiſſet. đ D.114.a. *Sortitio prærogatiuę.* I.A.176.a.

Si triũphi prærogatiuã putas ſupplicationẽ. Ep.247.a.

Non dico ὑπερβολὰς uel centies HS conſtituunt in prærogatiua pronunciare. Q.Fr.316.b.

Prærogatiua ſignificat aliquid aut dictum aut factum liberaliter ab eo qui nobis benefacturus eſt, ante ipſum beneficium nobis præſtitum. Aſcon.64.

Prærogatiuus,a,um. Ci.ꝓ Mur.133.b. *Tanta illis comitijs religio eſt, ut adhuc ſemper omen ualuerit prærogatiuum.* & đ D.125.b. *Prærogatiuum omen iudiciorũ.*

Vna centuria prærogatiua ꝓ Plan.269.a.& ibi. *Non exigua pars populi ſed uniuerſus populus uoluntatem ſuam declarauit.*

Prærogo,as. Ci.ꝓ Plan.269.a. *Cuius in honore non unius tribus pars ſed comitia tota comitijs fuerint prærogata.*

Præruptus,a,um. Ci.I.V.265.b. *Qui aliqua promontoria aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur.*

Præs,dis. ſponſor, qui pro altero ſe obligat in cauſa præſertim pecuniaria. Ci.Att 103.b. *Plancus præs pro Flaminio eſt.* HS XX. & I.V.106.b. *Prædibus acceptis de* HS DLX.

Aut præde litis uindiciarum tum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret. I.V.99.b.

Laoditeæ me prædes accepturũ arbitror omnis pecunię publicæ, ut et mihi & populo cautum ſit. Ep.18.b. & 75.b. *Prædes Valeriani tenentur.*

Ne L. Plancus prædes tuos uenderet. I.A.175.a.

In bonis prædibus prædijsq; uendendis. I.V.105.a.

Præs aliquando factus eſſet. At.105.a. *aliter expert.* *

Cum ſex libris tanquam prædibus me ipſum obſtrinxerim. Att.86.a.

Cum Q. egi per prędem ille daret. Att.144.a.

Opinor Antonium propter prędes ſuos accurriſſe. Att.291.a. *Sunt lites æſtimatæ A. Gabinio nec prædes dati.* ꝓ R.P.124.a

Si aut prædes dediſſet Gabinius aut tantum ex eius bonis, quanta ſumma litium fuiſſet, populus recepiſſet, quãuis magna ad Poſtumum ab eo pecunia perueniſſet, non redigeretur. ꝓ R.P.128.b.

Præſagatio,onis. Ci.đ D.106.a. *Cum uterer, qua ſoleo, præſagatione diuina.*

Præſagio,gis. Ci đ D.94.a. *Is igitur, qui ante ſagit q̃ oblata res eſt, dicitur præſagire, id eſt, futura ante ſentire.* & ibi. *Præſagibat animus fruſtra me ire, cum exirem domo.* *Exiguitas copiarum receſſum non dimicationem mihi tuam præſagiebat.* Ep.120.a.

Qui idem quaſi præſagiret &c. đ Am.98.a.

Præſagitio,onis. Ci.đ D.94.a. *Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus iniecta & incluſa diuinitus.*

Præſcribo,bis. deſinio, præſinio, præſtituo, uoce præeo. Ci.đ N.3.b. *Arbitramur nos ea præſtitiſſe, quæ ratio et doctrina præſcripſerit.* & 16.b. *Natura homini præſcripſit, ut nihil pulchrius q̃ hominem putaret.*

Simus igitur ea mente, quam ratio & ueritas præſcribit. Ep.78.b. *Veſtra authoritate hoc conſtituetur, hoc præſcribetur, qui cum &c.* ꝓ Cec.299.b.

Cum ei præſcriptum eſſet, ne ſine Seſtij noſtri ſententia ageret. At.253.a.

Et ſi iniquum eſt præſcribere mihi te, quemadmodum a me diſputari uelis. Tuſ.231.a.

Neq; ut omnia, quæ præſcripta & quaſi imperata ſunt defendamus, neceſſitate ulla cogimur. Acad.3.a.

Præſcribere alicui quo modo agat aliquid. pro Cec.286.b. *Vel qualis eſſe debeat.* ꝓ Flac.166.b. *Vel quemadmodum ius ſuum perſequatur, uel quid dicat aut reſpondeat.* Tuſ.231.a. & Ep.214.b.

Tibi quid facias præſinit. ꝓ Quin.15.b.

Si hos iudices præſcriptum lege aut officio putatis, teſtibus credere. pro Font.278.b.

præſentia,tiæ. conſpectus, aſpectus.
Ci.d̄ N.17.a. *Pręſentiam ſępe diui ſuam declarant.* & 59.b *Deorum præſentię,quales ſupra commemoraui.*
*Pręſentię tuæ deſiderium meo labore minuã.*Epi.61.a.
*Alicuius aſpectum præſentiamq; uitare.*I.C.100.b.
Periculum in pręſentia & ante oculos propoſitum eſt. pro Dom.215.a.
*Pręſentia animi.*ꝓ Mil.113.a.i.Fortitudo.
Præſentio,tis. cogitatione pręcipio, pręſagio, futura ante ſentio,pręcognoſco. Ci.d̄ N.34.b. *Cum talem eſſe Deum certa notione animi præſentiamus.*
*Sapientiſſimi cuiuſq; animus pręſentit in poſterum.*pro Rab.96.b.& ꝓ Arch.191.a.*Si nihil animus præſentiret in poſterum.* *Multa diuina præſenſa & prædicta reperiri.*d̄ D.106.a.
*Furore diuino incitatus animus futura præſentit.*d̄ D. 229.a.& 87.b.
Præſepe,pis. Ci.I.P.88.b.*Verum audis in pręſepibus audis in ſtupris &c.*
Pręſertim. & eo magis,eoq; magis,maxime , nec minime.
Ci.At 83.b.*Meditare aduerſus Brutum cauſam meam, ſi hæc cauſa eſt,contra quam nihil honeſte dici pōt,præſertim cum integram rem cauſamq; reliquerim.*
*Facis iniuſte Lęli,ſi putas &c,pręſertim quod tua negligentia factum arbitrere.*ꝓ Fla.154.b.
*Itaq; non tam iſta me ſapientiæ fama delectat,falſa præſertim,quam quod &c.*d̄ Am.98.b.
Ego tibi in hac præſertim imbecillitate magiſtratuum præſtare nihil paſſum Ep.4.b.
*Admiror tantam fuiſſe obliuionem in ſcripto præſertim.*d̄ Cla.184.b. *Liceat ex hac flammis euolare,pręſertim qui &c.*Antequam.193.a.
*Proprijs enim & ſuis argumentis tractanda quęq; res eſt,tanta præſertim.*Tuſ.232.a.
Præſes,dis, cuſtos, uindex, antiſtes.
Ci.I.V.274 a.*Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes,* & 3 Rul.69.a.*Tribunus pleb. Pręſes cuſtoſq; libertatis.*& ibi.a.*Cuſtos ac uindex cupiditatum.*
*Senatus reip.cuſtos,præſes,propugnator.*ꝓ Seſt.26.b.
*Cuſtos ac pręſes tēpli.*ꝓ Dom.142.a.et ibi.b. *Vos qui huic urbi et reip.pręſides eſtis.*
Præſideo,des. cuſtos uel præſes ſum.
Ci.ꝓ Syl.183.b.*Vos dij patrij,qui huic urbi atq; imperio præſidetis.* *Deę,quæ cunctæ Siciliæ præſidetis.* I.V.274.b. *Dij qui huic loco temploq; præſident.* pro Pom.17.a.et I.C.118.b.et I.A.250.a.
*Senatus ille qui quondam florens orbi terrarum præſidebat.*I.A.163.b.
Vobis huic iudicio præſidentibus Milo ejicietur? pro Mil.121.b.et In.Vat.32.b.*Pręſidētibus in templo duobus conſulibus.*
*Galli,quæ ſemper præſidet atque præſedit huic imperio libertatique cōi,merito uereq; laudetur.*I.A.201.b.
Præſidium,dij. cuſtodia,ſtatio,comitatus,opes.
Ci.I.A.157 b.*Armati in præſidijs multis in locis collocabuntur.*et I.V.190.a.*Claſſis pulcherrima Sicilię propugnaculum,præſidium prouinciæ.*
*Q.Catulum in præſidijs reip.collocemus.*d̄ Cla.184 b.
*Ad iudicium cum pręſidio uenire.*ꝓ S.R.20.b.
*Aliquem ſatis firmo pręſidio defendi.*ꝓ S.R.19.a.
*Italiam totam armis præſidijſque teneri.*At.136.b.
Quis locus tam firmum habuit p̄ſidium , ut tutus eſſet? ꝓ Pom.10.a.et ibi.b.*Atque hæc tria frumentaria ſubſidia reip.firmiſſimis p̄ſidijs claſſibuſque muniuit.*
*Coſſ p̄ſidia omnia deducturi ſunt.*At.130.b.i.ex oppidis.et Epi.28.a.
*Itaque omnia p̄ſidia,quæ magna et firma parauerant, dimiſi.*Ep.28.a.
*Firmare aliquem locum p̄ſidijs.*Ep.7.a.
Italiam p̄ſidijs confirmare , colonijs occupare. 3 Rul. 63.b.et 64.b.*Si p̄ſidium non proponitur huic urbi iſta colonia.* *Totam Italiã ſuis p̄ſidijs obſidere et occupare cogitat.*3 Rul.81.a.et ibi.*Pręſidijs interclusum teneo.*
*Munire pręſidia reip.*ꝓ Rab.91.a.Item ibi.*Perfugium et præſidium ſalutis reip.*
*Nocturnum p̄ſidium palatij.*I.C.97.b.
*Illa colonia meo iuſſu , meis præſidijs , cuſtodijs,uigilijſque eſt munita.*Ci.
*Omnia hęc noſtra etc. latent in tutela ac p̄ſidio bellicæ uirtutis.*ꝓ Mur.129.a.
Deiici de urbis p̄ſidio et de cuſtodia ciuitatis deturbari. pra Mur.143.a.
*Ego tectus p̄ſidio firmo amicorum Catilinę copias repreſſi.*ꝓ Syl.176.b.et 182.a.*Vbi erit illud fortiſſimum præſidium pudoris?*
*Viri a muliere in præſidio balnearũ locati.*ꝓ Cęl.52.a
*Qui fidem lędit oppugnat omnium commune præſidium.*ꝓ S.R.37.a.
Vbi libido dominatur innocentiæ leue præſidium eſt. Or.218.b. *Ferre præſidiũ labenti rei.*ad Br.189.a.
*Eſſe præſidio alicui contra aliquem.*ꝓ Quin.1.b.
Pręſidia periculis,& adiumenta honoribus quærenda. pro Pom.17.b.
Is magnum ſibi præſidium ad beatam uitam comparat. Tuſ.175.b.
*Gracchi omnibus uel naturæ uel doctrinæ præſidijs ad dicendum parati.*d̄ Or.88.a.
*Qui ſibi firmius in uirtute quàm in caſu præſidium collocauit.*Ad Her.30.a. & 31.b. *Petere pręſidium ſibi ex aliqua re.*
*Domus ut propugnacula & præſidium habeat, philotimo dicetis.*Ep.239.a.
*Vtriq; non ſine cauſa præſidiũ habent,ego autem utraq; arma timeo.*Att.237.b.
*Quinto filia negotium dedit Antonius, ut eum dictatorem efficeret, præſidium occuparet &c.*Att.248.a.
*Omne præſidium eſt in puero.*Brn.283.a.
*Vetatq; Pythagoras iniuſſu imperatoris id eſt Dei de præſidio & ſtatione uitæ decedere.*d̄ Sen.92.a.
Præſignifico, as. Ci. d̄ D.97.b. *Pręſignificare alicui, quæ ſunt futura.*
Pręſtabilis,le. Ci.d̄ Or.140.b. *Res magnitudine præſtabiles aut nouitate primæ.*
Nihil melius mundo ,nihil pręſtabilius,nihil pulchrius. de N.29.b.
*Virtute excepta nihil amicitia pręſtabilius.*Am.115.b.

Alicuius pręſtabilis inſignisq; uirtus. de Ar. 253. a. & ď Pro. 77. a. *Pręſtabilis dignitas.*

Homini natura nihil mēte pſtabilius dedit. ď Sen. 85. a.

Quęro utrum tandem putes melius fuiſſe & præſtabilius, me naſci an te. In Vat. 11. a.

Præſtans, tis. *excellens, antecellens, præſtabilis, egregius, eximius, habens præſtantiam.*

Ci. Tuſ 231. b. *Pręſtantia dici debent, quæ habent aliquam comparationem.*

Q. Scæuola uir omnibus ingenio, iuſtitia, integritate pręſtans. p Plan. 266. a.

Longe præſtans omnibus ingenio & doctrina. Tuſ. 251. b & Acad. 41. a. *Duo præſtantiſſimi ſtudio atq; doctrina Xenocrates & Ariſtoteles.*

Qui uirtute & conſilio pręſtāti extiterunt. p Seſt. 22. a

Homo grauitate & prudentia præſtans. p Cor. 65. a. & ď Or. 155. b *Vir literis doctrinaq; pręſtans.*

Quid ſolidæ laudis ac ueræ dignitatis præſtantius mihi potuit accidere q̄ &c. In Vat. 30. b.

Platonem in illis artibus præſtantiſſimum fuiſſe aiunt. de Ora. 103. b.

Natura excellens & præſtans. ď N. 13. a.

Nā præſtans deorū natura pietate coleretur. ď N. 11. a

In manum tuam iſtam & uictoria & fide præſtantem. Epi. 98. b.

Præſtantia, tiæ: *excellentia.* Ci. ď Fin. 132. b. *Homo habet præſtantiam mentis, cui tota illius natura pareat.* & 155. a. *Excellens præſtantia.* & Acad. 42. b. *Præſtantia partium.*

Dij immortales rerum omnium præſtantia excellentes. de D. 135. a. *Quidā intolerantius ſe iactant et ęquabilitatem communis iuris præſtantia dignitatis aut fortunæ ſuæ tranſeunt* ď Or. 228. a.

Nobis ahit perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia præſtantiaq; animantiū reliquarū. Off. 20. a.

Qui aliquam præſtantiam uirtutis, ingenij, fortunæ con ſecuti ſunt. ď Am. 109. b.

Præſtat, bat. Ci. p Seſt. 28. b. *Multo mihi præſtat in eā dem recidere fortunam, quàm &c. Emori potius quàm ſeruire præſtat.* I. P. 82. b. & Att. 225 b. *Mori millies præſtitit quàm hæc pati.*

Tacere præſtat philoſophis quàm loqui. ď N. 75. b.

Pręſtigia, orum. Ci. I. V. 212. a. *Non per præſtigias ſed palàm totum oppidum compilauit.*

Præſtigiæ arum. Ci ď N. 74 b. *Doli, machinæ, fallaciæ, pręſtigiæ ſine ratione eſſe non poſſunt.* & p R. P. 228 a *Illinc omnes pręſtigiæ, omnes fallaciæ.*

Qui ſi pręſtigijs quibuſdam & captionibus depelli ab ijs quæ clara ſunt. Aca. 12. b. & ď Fin. 122. a. *Ex eiſdē uerborum præſtigijs regna nobis nata ſunt.*

Præſtituo, tuis, *pręfinio, pręſcribo, dico.*

Ci. I. V. 106. a. *Diem præſtituit operi faciundo Cal. decembris.* *Prętor nunquam petitori præſtituit, qua actione illum uti uelit.* p Cec. 286. a.

Lex quibus diebus proficiſceret, pręſtituebat. ď In. 78. a

Præſtituere tempus alicui, quandiu dicat. p Quin. 5. b.

Natura dedit uſuram uitæ tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die Tuſ. 168. b.

Suis enim dies illorum præſtitutos fuiſſe. At. 221. a.

Præſto, as. *excello, antecello præſtans uirtute & conſilio exiſto præcurro facio efficio, impleo, exoluo, obeo, ſeruo. ſto tueor, tribuo, ſupero.* Ci. ď Cla. 185. b. *Hortenſius ſuos inter æquales longe pręſtitit.*

Zeuſis muliebri in corpore pingendo alijs pręſtabat. de In. 62. a.

Maiores noſtri prudentia cæteris gentibus præſtiterunt. ď Or. 101. a.

Ariſtoteles multum alijs breuitate dicendi præſtitit. de In. 65 a. *Qui multum omnibus gloria præſtitiſſet.* ď Or. 243. b. *Homo cęteris animantibus plurimū præſtat.* ď Fin. 88. a. & 154. a. *Longe multūq; pſtat mens.*

Piſiſtratus literis doctrinaq; præſtitit. ď Or. 155. b.

Ratio eſt quę præſtat omnibus. ď N. 13. a.

Bona exiſtimatio diuitijs præſtat. ď Or. 124. a.

Virtus præſtat omnibus rebus. ď Fin. 127. b.

Socrates in hac ironia longe lepore omnibus præſtitit. ď Or. 134. a.

Cato utroq; in genere & laborauit & præſtitit. ď Or. 155. a. *Is in hoc orationum genere reliquis præſtat omnibus.* Or. 200. b.

Contemplatio rerum longe omnibus ſtudijs præſtat. Tuſ. 230. a. *Pacta præſtant legibus.* ď In. 70. b. & ad Her. 10. a. *Pactum præſtat iuri.*

Quis pręſtat intelligens imperito? magna re & difficili, ſi quidem &c. ď Cla. 182. b. & ibi. *Pręſtat etiam illo doctus auditor indocto, quod &c.*

Si meum illud turbulentiſſimum tempus tuo tranquilliſſimo præſtat, quid conferam reliqua? I. P. 86. b.

Quæ conditio non huic fugæ pręſtitit? At. 110. b.

Pacta iuri pręſtare dicuntur. Ad Her. 20. a.

Pręſtare & ante cellere. X. *humiliorem & infirmiorem eſſe.* ď In 43. a.

Is tandem annis mihi ætate præſtabat. ď Cla. 179. a.

Arbitramur nos ea præſtitiſſe, quæ ratio & doctrina pręſcripſerit. ď N. 3. b.

Neq; Hercule in ijs ipſis rebus, quæ &c. eam uoluntatem, quam expectaram pręſtiterunt. 11. a. 10. b.

Pręſtare fidem ſuam alicui. At. 82. b. & de D. 124. b.

Præſtari fidem alicui.

Vt officium meum memoremq; in benemeritos animum, fidemq; fratris mei præſtarem. Ep. 11. b.

Pontinus pręſtat tibi memoriam beneuolentiamq; quàm debet. Ep. 40. b.

Pręſtare fidem ſuam ac diligentiam in agenda cauſa. pro Cec. 285. b.

Præſtare pietatem parentibus & patrię. ď Cla. 271. b. *Omnia Brute pręſtiti reip. quæ præſtare debuit is, qui &c.* & ibi. *Fides, uigilantia, patriæ charitas, hęc ſunt enim, quæ nemo eſt quin pſtare debeat.* ad Bru. 90. b.

Præſtare beneuolentiam alicui. At. 270. b.

Præſtare ſuum munus ď Or. 212. a.

Vix uideor, qđ promiſi præſtare poſſe. ad Bru. 289. a.

Iidem & in ſenatu & apud populum & in cauſis amicorum & domi & militiæ conſilium ſuum fidemq; prę ſtabant. ď Or. 151. a. & ibi. *Facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam.*

Is cuius

Is cuius uox in præconio quæſtum præſtitit. pro Quin. 22. a.
Cum Senatus ſententiam præſtaret. I.P. 96. b.
Socios authoritate nominis noſtri ſaluos præſtare poteramus. ꝓ Pomp. 24. b. & 17. b. Pericula facile (ut hominem præſtare oportet) innocentia tecti pellem us.
Habetis conſulem, qui & ea, quę ſtatuerit, quoad uiuet, defendere et per ſe ipſum pſtare poſſit. I.C. 123. b.
Proinde in meo periculo ſalutem integram præſtate cõmunem. Antequam. 195. a.
Cum omnia illa municipia tunc iter tutum mihi præſtiterint. ꝓ Plan. 280. a.
Quod de te ſperare, de me præſtare poſſum. Ep. 59. a. & 4. b. Ego tibi præſtare nihil poſſem.
Præſtabo ſi Cæſarem bene noui, eum tuæ dignitatis rationem habiturum. At. 141. b.
Ego Meſſalam Cæſari pręſtabo. Q. Fr. 327. b.
Præſtare ſe acerrimum propugnatorem libertatis. Att. 279. a.
Me non ingratum eſſe pręſtabo. de Pro. 79. a.
Prædones nullos fore quis pſtare poterat? ꝓ Fla. 152. a
Prętor omnes miniſtros imperij ſui ſocijs & ciuibus & reip. prędſtare debet. Q. Fr. 291. b.
Horum non modo facta ſed etiam dicta omnia prędſtanda nobis ſunt. Q. Fr. 292. a.
Is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. ꝓ Mur. 124. b.
Cuius inuidiam capitis periculo ſibi prędſtandam putabat. ꝓ Seſt. 17. a.
Quę quidem ea conditione geſſeram ut meũ factum ſemper omnes boni prędſtare tueriq; deberent. ꝓ Seſt. 11. a.
Perge uero Craſſe inquit Mutius, iſtam enim culpam q̃ uereris, ego prędſtabo. de Or. 94. a.
Quicquid eſt in cõmodi in mancipio, id ſi uenditor, ſcit, neq; declaret, præſtare debet. de Or. 99. a.
In pariete communi demoliendo, qui damni infecti promiſerit, non debebit præſtare, quod fornix uitij fecerit. Top. 222. a.
Si quid offendimus in genere noſtro, quod quidem ego præſtare non debeo. Att. 111. b.
Nihil præſtandum in uita prędter culpam. Ep. 78. b. & 155. a. Nihil eſt ſapientis præſtare niſi culpam.
Culpa nulla eſt, cum id quod ab homine non potuerit præſtari, euenerit. Tuſ. 197. a.
Quem tamen ego prędſtare non poteram. Att. 93. a.
Impetus populi, quos prędſtare nemo põt. de Or. 120. a.
Ideſt ut communem & incertum caſum, quem neq; uitare quiſquam noſtrum, neq; præſtare ullo pacto poteſt, ſapienter ferres. Ep. 73. a.
Illum conſulem hic conſularis præſtare uidetur. Brut. Att. 287. a.
Quod ij, qui potiuntur rerum, præſtaturi uidentur. Epi. 9. a. & 194. a.
Ego tibi & iucunda & honeſta præſtabo. Ep. 103. b.
De Dionyſio ſi me amas, conſice, quancunq; ei fidem dederis, præſtabo. Ep. 66. b.
Vt officium meũ memoremq; in benemeritos animum, fidemq; fratris mei præſtarem. Ep. 11. b.

Quis iſtam uoluntatem poteſt præſtare ſapienti. de Fin. 83. b. Præſtare bonum animum & bonam uoluntatem. Ep. 10. b. Prędſta te eum, qui mihi a teneris unguiculis es cognitus. & 71. b. Eum te ſemper in omnibus rebus præſtitiſti, ut &c.
Sapientia quam tu a puero præſtitiſti. Ep. 72. b.
Præſtare alicui memoriam & beneuolentiam. Epiſt. 40. b. & 51. b.
Præſtare diligentiam & uirtutem alicui. Ep. 234. a.
Vt tuam conſuetudinem & liberalitatem in me defendendo mihi præſtes. Ep. 65. b.
Iuriſconſulti ius ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare uoluerunt. de L. 158. b.
Prędſtare debitum honorem patri. I.A. 223. a.
Præſtare fidem. Top. 224. a.
Nec ſatis eſt in eiuſmodi re, ſe quenq; prędſtare. At. 90. a
Satis id eſt magnum quod potes prędſtare. de Or. 88. b.
Non mediocriter laboro, utriq; ut uis tuam beneuolentiam præſtare poſſis, quam mehercle te præſtaturum confido. At. 242. a.
Mutius augur iuris ciuilis intelligentia, atq; omni prudentiæ genere præſtitit. de Cl. 173. b. & ibi. Nemo his uiris gloria præſtitit.
Orator præſtat minutis imperatoribus. de Cl. 188. a.
De legatis honore et ętate prędſtat Tubero. Q. Fr. 291. b
Præſtabo ſumptũ nuſq̃ melius pone poſſe. Q. Fr. 318. b
Felicitas, quam præſtare de ſe ipſo nemo poteſt, meminiſſe & commemorare de altero poſſumus. ꝓ Põ. 13. a.
Quidam cum prædonem nullum cępiſſent, mare tamen tutum prędſtiterunt. ꝓ Flac. 252. b.
Quis igitur mihi prędſtat Lentonem uno capite eſſe contentum? I.A. 244. a.
Si dictum non omne prędſtandum eſt, quod dictum non eſt, id præſtandum putas? Off. 63. a.
Quicquid enim ineſt prædio uitij id iuriſconſulti ſtatuerunt, ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, prędſtari oportere. Off. 64. b.
Damnum præſtari oportere. Off 65. a.
Nanq; hoc præſtat amicitia propinquitati. qd̃ &c. Am. 99. a. Ea patriæ charitate pſtat, quæ &c. de L. 170. a.
Altera pari numero præſtans extremis, pariq; numero ſuperata. de Vn. 199. a.
Quoniam fidem, quam potui, tibi præſtiti, reddam etiã lacrymas, quas debeo. ꝓ R.P. 130. b.
Præſtare re. Ep. 51. b. & prędſtare ex tu. 148. a.
Prędſtò. Ci. I.V. 112. b. Quadruplatores ad fretum prędſtò fuerunt. & 122. a. Coeſtinui cum hominibus, quo die Meſſanæ mihi præſtò eſſent.
Macroni uix uideor præſtò eſſe poſſe. Att. 61. a. & ibi. Dionyſius nobis præſtò fuit.
Togulæ lictoribus ad portam prędſtò fuerunt. I.P. 91. a
Quibus quidem cauſis tu etiã præſtò fuiſti. de Cl. 195. b.
Vt ad oĩa, quę tui uelint, ita ſim prędſtò, ut &c. Ep. 53. b
Si officia mea, ſi operę, ſi uigiliæ deſeruiunt amicis & præſtò ſunt omnibus. ꝓ Syl. 172. b.
De mea autem in te uoluntate ſic uelim iudices, me opera & conſilio, ſtudio quidem certe rei, famæ, ſaluti tuæ præſtò futurum. Ep. 18. b.

Hoſtiæ ad ſacrificium pręſto non fuerunt.đ In.74.b.
Eſt boni auguris meminiſſe maximis reip. temporibus pręſto eſſe debere.đ L.191.b.
Is tibi uictori non ſolum ad hoſpitium ſed etiam ad periculum, atq; ad aciem præſto fuit.p Deio.148.a.

Præſtolor, aris. expecto. Ci.At.32.a. In formiano te præſtolabor uſq; ad III Non.maias.& 49.a.Ego huic ſpei & expectationi quæ proponitur, maxime tamen uolui præſtolari in Epeiro.
Qui se ad forum præſtolarentur armati. I C.101.a.

Præſtringo, gis perſtringo. Ci.I.V.62.a.Periculum eſt ne motu ipſe præſtringat aciē ingenij tui.& đ D.93.b.
Quorum utrunq; præſtringere aciem mentis ſolet.
Oēs meos dolos pſtrinxit commoditas patris đ N.78.b

Pręſul, lis. Ci đ D.136.b. Peruulgatum iam illud de præſule, alter, præſultore.

Pręſultor oris. Ci.đ D 92.a.Cuidam dormienti uiſus eſt uenire, qui diceret, pręſultorē ſibi nō placuiſſe ludis.

Præſum, es, præpoſitus ſum, præfectus ſum.
Ci.I.V.137.b.Aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciendis præeſſet.& 141.a.Præeſſe alicui rei faciendæ.& p S.R.16.a. Cum pater armis faciendis tuus pręfuiſſet.I.P.98.b. Præeſſe nauibus & Claſſi.I.V.252.b. Pręeſſe prouincię.Ep.17.a.Pręeſſe exercitui.148.a.Præeſſe legionibus 260.b.
Achaiæ ciuitates felices ſunt, qđ tu ijs pręſis.Ep.116.b.& 26.a.Frater meus triennium Aſiæ præfuit.
Hi oēs præter Thalem ciuitatibus ſuis præfuerūt.đ Or.155.b. Nihil negotij eſt continere eos, quibus pręſis.Q.Fr.190.a. Prouincia in qua tu triennium præfuiſti.I.V.181.b. Qui ſacerdotijs præſunt. p Dom.234.b.& đ Ar.146.b.Qui ſacris præſunt.
Qui rogati reip præſunt.Off.16.a.
Metellus huic quæſtioni præfuturus eſt.I.V.71.b.
Cum C.Coponius prætorio imperio claſſi Rhodię pręeſſet.đ D.94.b. Auſpicia quibus ego & tu Craſſe pręſumus.đ Or.88.a.& đ N.4.b.
Id niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multisq; præegem, qui &c.đ Or.88.b. Cognitio iuris ciuilis prodeſt ijs, qui ei præſunt.de Ora.101.a.& 105.a.
Et clariſſimi uiri ei ſtudio etiam hodie præſunt.
Qui cuiq; artificio pręſunt.đ Fin.123.b.
Non enim paruit ille Tyb.Gracchi temeritati ſed pfuit.đ Am.103 b. Qui non ſolum interfuit his rebus ſed etiam pręfuit. Ep.8.b.& At.139.a. Alicui crudelitati non ſolum intereſſe ſed etiam præeſſe.
M.Fannius huic quæſtioni iudex præfuit. p S.R.10.a
Vt magiſtratibus leges, ita populo pręſunt magiſtratus.de L.184.b. Magiſtratibus, ijsq; qui præſunt, reſp. continetur.đ L.186.b.

Pręt endo, dis pręt exo. Ci.I.Vat.31.b.Tu qui te Pythagoram ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus moribus prætendere.

Pręter. extra, excepto, niſi, ad, cum. Ci.Ep.5.b.Amicū ex conſularibus neminem tibi eſſe uideo præter Lucullum.& At.1.b.Sed hoc nemini præter me uidetur.
In reliquis officijs cui tu tribuiſti excepto Cæſare pręter me, ut domum uentitares? Ep.181.b.
Omnibus ſententijs pręter unam Scamander condemnatus eſt. p Clu.18.b. Præter communem fidem, quæ omnibus debetur. præterea nos iſti hominum generi pręcipue debemus.Q.Fra.195.b.
Hoc mihi præcipuum eſt præter cęteros. p Syl.168.b.
Cum ei nihil adhuc pręter ipſius uoluntatem cogitationemq; acciderit, niſi quod &c.I.C.107.b.
Nihil ut plerunq; euenit pręter opinionem accidet. pro Plan.162.b. Vt etiam ſi præter conſuetudinem acciderit aliquid, pręter naturam tamen non poſſit exiſtere.đ D.110.b. Credo quod literis dandis pręter cōſuetudinem proxima nocte uigilauerat.I.C.112.a.
Conſul comitia habere cœpit ſubito præter opinionem omnium. p Plan.169.a. Id præter opinionem mihi acciderat.Ep.22.b. Dionyſius ad me præter opinionem meam uenit.At.114.b. Nihil magis ridetur, quā quod eſt pręter expectationem.đ Or.135.a.
Si quid pręter ſpem erit, facies ut ſciam.At.244.b.
Cæſar repente præter ſpem dixit ſe &c.Ep.49.a.
Attici in eo genere pręter cæteros excellūt.đ Or.118.b
Quæ me res igitur præter cęteros impulit, ut &c. pro S.R.18.b. Guſtatus dulcitudine prætir cæteros ſenſus commouetur.đ Or.151.b.
Nihil de diuinatione habeo, quod præter cæteros ipſe ſentiam.đ D.82.a. Segeſtanis præter cæteros imponebat, aliquanto amplius q̃ ferre poſſent.I.V.217.b.
Mulieres noſtrę pręter cęteras Romæ remanſerunt.At.111.b. Lacus albanus pręter modū creuit.đ D 100.b
Prætermodū exterreri.Off 40.b. Ariſtides expulſus eſt patria, quod præter modum iuſtus eſſet.Tuſ.248.b.
In ſuperioribus libris nihil neq; ante rem, neq; præter rem locuti ſumus.Ad Her.23.b.
In quo cum alijs multis etiam illud eſt, loca ſacra &c.de Ar.245.b. Serui præter oculos Lolli hæc omnia ferebant.In.V.191.a.i.ante oculos.
Quod tum præter opinionem omniū factū ſit.At.10.b.
Quod ſi, ut ampliſſimum nomen conſequeremur, unus pręter cæteros, adiuniſti, certe idem, ut id retineamus, pręter cęteros elaborabis.Q.Fr.198.b.

Pręterea. etiam, tum etiam, tum pręterea, ad hęc, porro, inſuper, quin, alius. Ci.Ep.144.b.Nam & in omni genere prudentiam tuam mihi expoſuit, & præterea mihi non ignotam in conſuetudine ſuauitatem tuam adiunxit, præterea ſummam erga ſe liberalitatem, quæ omnia &c.
Præterea de neſtra uita &c.hodierno die iudicandum eſt.I.C.122.b.
Idibus actionem Larini uideo & biduum præterea.Ci.
Erat etiam Metrodorus, qui &c.multi præterea.đ Or.88.b. Vnum aiebant, præterea neminem.I.A.153.a.
Quas cum recitauiſſem, cecidit Seruilius, multi præterea.ad Bru.90.b.
Sed nos poſſumus & huius eſſe ciuitatis & cuiuſuis pręterea. p Cor.60.b.
Duo præterea teſtes nihil dixerunt. p Cec.190.a.
Se & alios præterea tres factos eſſe dixit. p Clu 11.b
Nihil ne uobis in mentem uenit, quod pręterea a Craſſo requiratis? đ Or.92.a.

Expedito

Expedito nobis homine opus eſt, & eo qui imperium legitimum habeat, qui præterea authoritatem, nomen. &c. I.A.136.a.

Nam Lyſiadem nouimus, eſt enim Phędri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus. I.A.197.a.

Populus Rom. diligit Magiſtratus, in quibus ſi qua pręterea eſt ars, facile patitur, ſin minus &c. p Plã. 272.b.

Addebant præterea remp. conuenturam Cal. Sextil. I.A.154.a. Pręterea mihi promiſit Panſa ſe daturũ operam &c. Ep.191.a. & 144.b.

Ipſum præterea ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuincies. Ep. 203.b.

Multos præterea & noſtra ciuitas & Græcia tulit ſingulares uiros. ď N 59.a. & 19.b. Multa præterea oſtentis, multa in extis admonentur, multisq́ aliis rebus.

Diſceſſit noſter, belli periculum, militum improbitas ſexcenta præterea alia. Att. 94.a.

Illud præterea κωνικώτερον ad te ſcribam, tu Sagacius, adorabere. Att. 94.a.

Præter communem fidem quæ omnibus debetur, præterea nos iſti hominum generi præcipue debere uidemus. Q.Fra. 295.b. Hunc unum ab hoſtibus metui, pręterea neminem. p Pom. 4.b.

Prætereo, ris. relinquo, miſſum facio, pręteremitto, omitto, in præteritis relinquo, abeo, effluo.

Ci. ď Fin. 124.b. Sum multum equidem cum Phædro in Epicuri hortis, quos modo pteribamus. et ď Cla. 281.b. Si præteriens aſpexerit. & ibi. Vno aſpectu & præteriens iudicat. Sed prima duo capita Epiſtolę tuę tã cita mihi quodãmodo prætereunda ſunt. Ep. 36.b.

Cædes relinquo, libidines prætereo, ne hæc quidem idcirco omitto, quod &c. ď Pro. 70.a. & p Cec. 304.b.

Tametſi de hac iudicia multa pręterea, tamen &c.

Hæc nunc præterea ac relinquo. I.V.170.b. et 188.b.

Vt illud pręteream & miſſum faciam. & p Quin. 2.b. præteribo.

Nam prætereundum eſt ne id quidem. I.V.107.b.

Et quod pene præteriit. Bruti tui cauſa feci omnia. Att. 93.a et I.V.126.a. Et qđ pene pręterij capella quadã.

Quaſi pręteriens ſatisfaciam uniuerſis. I.V.62.b.

Sed te non pręterit, quàm ſit difficile. Ep. 9.a.

Nam illud me non pręterit, in iudicia &c. p Clu. 21.a

Certe queri hac ſolere me non præterit, quemadmodum &c. p Cec. 304.a. & b. Nam me præterit, me &c.

Is fratris filium præteriit. I.A.168.a. i. nihil ei in teſtamento reliquit.

Quos omnes ſcimus ædilitate præteritos, conſules eſſe factos. p Plan. 269.b. & 260.a. Populus ſolet nonnunquam dignos pręterire.

Cum bonus ſuffragiis præteritur. Tuſ. 138.b. Et a uano populo repulſam fert.

Atq́ illud non queo præterire. At. 17.b.

Nec uero M. Cælium prætereundum arbitror. ď Cla. 290.a. Qui neq́ ab alio uinci poteſt, neq́ ipſe ſe reliqua ętate præterire. I. Sal. 272.a.

Præteritus, a, um. ante actus, tranſactus,

Ci. ď D. 93.b. Animus ſeparatus a corpore meminit pręteritorum, præſentia cernit, futura prouidet.

Memoria præteritorũ, futurorũ prudẽtia. ď Sen. 93.a.b

Nec in falſum è uero pręterita poſſunt conuerti. ď Fat. 243.a. Præteritũ tempus nunq̃ reuertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt ď Sen. 92.b.

Præterita ætas, quãuis longa sit, cũ effluxit, nõ poteſt &c. ď Sen. 78.a. & 91.b. Cum enim aduenerit, tũc illud qđ præteriit, effluxit.

Præterita mutare non poſſumus. I.P.92.a.

Queq́ ab his dicuntur ſic perſequamur, ut nihil in pręteritis relinquamus. Acad. 11.a.

Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis. p Arch. 181.b.

Qua in loco nobis uita ante acta proderit. p Syl. 182.a & pro Mar. 131.b.

Præterfluo, is. Ci. Tuſ. 247.a. Animus præſentem uoluptatem percipit pariter cum corpore, & proſpicit uenientem, nec præteritam præterfluere ſinit.

Prætergredior, ris. Ci. Ep. 35 b. Te iam caſtra prætergreſſum eſſe &c.

Præterlabor, ris. Ci. ď Or. 118.b. Definitio enim ante præterlabitur q̃ percepta eſt.

Prætermitto, tis. præterea, relinquo. Ci. Q.Fr. 323.a. De aqua & uia nihil prætermiſi quadã epiſtola quin ad te enucleate ſcriberẽ. & I.A.165.a. Ego nihil prætermiſi quantum eniti potui, quin Pompeium a Cæſaris coniunctione auocarem.

Qui negant illum locum a panætio prætermiſſum, ſed conſulto relictũ &c. Off. 14.a. Nullum locum prætermitto laudandi tui. Ep. 197.b. Quæ prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. Ep. 10.a.

Temperantia conſtat ex pętermittendis uoluptatibus. ď N. 67.a. Nos tamen nihil quod ad eam rem pertinet prætermittimus Ep. 5.b. Si quid ab Antonio prætermiſſum aut relictum ſit. ď Or. 210.a.

Neq́ ullum officium erga te hominis amantiſſimi prætermiſit. Ep. 8.b. Ne hoc quidem pętermittendum eſſe duxi, te ut hortarer, ut &c. Ep. 73.a.

Hęc te igitur ſcire uolui, ne illud quidem pętermittam, Hortenſius &c. At. 93.b. & Q.Fr. 312.a. Non pętermittam, ne illud quidem, te &c.

Ego nullum diem prætermitto. At. 150.b.

Exitus illius minuit eius officij prætermiſſi reprehenſionem &c. Att. 174.b. Prætermittendę autem defenſionis deſerendiq́ officij plures ſolent eſſe cauſæ.

Pętermodum. Ci. Off. 40.b. Dolorum cum admouentur faces pętermodum pleriq́ exterrentur.

Præterq̃. niſi. Ci. I.C. 116.b. Quibus pro tantis rebus nullum pręmium poſtulo præterquam huius diei ueſtrã memoriã ſempiternam. Iuno moneta, a qua præterq̃ de ſue plena, quid unquam moniti ſuimus? ď D. 123.a.

Nullas iis præterq̃ ad te dedi literas. Ep. 35.a.

Præterquam quod. Ci. ď D. 114.a. At id præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt.

Hoc nihil aliud q̃ bonorum meorum direptio, pęterq̃ quod ne id quidem per legem Liciniam facere potuiſti. pro Dom. 223.b.

Neq́ quod diſpliceat committã, præterq̃ qđ homini mihi coniunctiſſimi doleo grauem caſum. Ep. 184.a.

Et prӕterquam quod reip. conſulere debemus, tamen tuӕ dignitati ita fauemus, ut &c. Ep.144.a.

Hoc autem loco tantum explicamus, hæc honeſta, quӕ dico prӕterquam quod nos met ipſos diligamus, prӕterea ſuapte natura per ſe eſſe expetenda. ď Fin.139.b.

Prӕterquam quod arbitror &c. prӕterea te ipſum etc. Att.151.b.

Ego me in Cumano, prӕterquam quod ſine te, ſatis commode oblectabar. Q.Fr.315.a.

Prӕteruectio, onis. Ci.I.V.271.a. *Prӕteruectione omnium, qui ultro citroq; nauigant.*

Pręteruehor, his. Ci.I.A.115.a. *Quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum prӕteruectus.* & ꝓ Cæl.48.a. *Emerſi iam è uadis & ſcopulos prӕteruecta eſt oratio mea.*

Oratio quę non prӕteruecta eſt aures ueſtras, ſed in animis omnium penitus inſedit. ꝓ Cor.55.b.

Quandiu claſſis conuiuium eius flagitioſiſſimum pręteruecta eſt. I.V.253.a. & 255.b. *Inſulam totam prӕteruectus eſt.* *Sirenes uocum ſuauitate reuocare eos ſolitӕ qui prӕteruehebantur.* ď Fin.136.b.

Prӕteruolo, as. Ci ď Or.164 b. *Sententiӕ ſæpe acutӕ non acutorũ hominũ ſenſus prӕteruolant.* et Or.216.a. *Fugit eos & prӕteruolat numerus.*

Illud a te nimium feſtinanter dictum eſt, neſcio quomodo prӕteruolauit oratio. ď Fin.143.a.

Hæc duo propoſita non prӕteruolant, ſed ita dilatant. &c. Acad.11.b.

Quę rutilis fulgens plumis pręteruolat auis. Ci.I.Ara.

Prętexo, xis, prӕtendo. Ci.ď Ora.138.a. *Sic omnia, quę ſiunt, quӕq; aguntur acerrime, lenioribus principijs natura prӕtexuit.*

At qui in Sibillinis ex primo uerſu cuiuſq; ſententiӕ, primis literis illius ſententiӕ carmen ordine prӕtexitur. de D.135.b.

Nemo poteſt exercitum aperte petere, ut non prӕtexat cupiditatem triumphi. I.P.91.b.

Prӕtexta, tæ. toga prӕtexta. Ci.Poſt.206.b. *Conſul unguentis oblitus cum toga prętexta quam omnes prӕtores ædileſq; tum abiecerant, irriſu ſqualorem noſtrũ.* & I.V.243 a. *Ædiles cũ toga prętexta & ſella curuli.*

Pueri togam ſumentes prӕtextam deponebant. ď Am.202.b. *Eripies igitur pupillӕ togam prӕtextam.* I.V.99.a. *Pupillus cum toga prętexta ſine bulla.* I.V.107.a. & Q.313.b. *Toga prӕtexta.*

Tongillum mihi eduxit, quem amare in prӕtexta calumnia cœperat. I.C.105.a.

Prętextatus, a, um. Ci.I.A.169.a. *Tenes ne memoria prӕtextatum te decoxiſſe?* & Q.Fr.313.b.

Tu Sex. Clodiũ, qui nunquã antea prӕtextatus fuiſſet, ludos facere & prӕtextatum uolitare paſſus es. I.P.81.a

Magnus enim prӕtextatus illo die fuit. At.88.b.

Prętextati triumphantium filij. ꝓ Mur.126.b. & I.V.106.b. *Pupillus prętextatus.*

Prӕtor, oris. qui cum imperio prӕtorio eſt.

Ci.At.142.b. *Prętores ius dicunt, ædiles ludos parant.*

Sapiens prętor offenſionem uitat ęqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiẽdi. ꝓ Mur.134.a

Prętores urbani, qui iurati debent optimum quenq; in ſelectos iudices referre. ꝓ Clu.42.b.

Prętor qui dies totos aut uim fieri uetat, aut reſtitui factum iubet, qui de foſſis, de cloacis, de minimis aquarum itinerũq; controuerſijs interdicit. ꝓ Cæc.291.b.

Prętor primus centurijs cunctis renunciatus ſum. ꝓ Pó.4.a

Iuſtiſſimus prӕtor. ꝓ Fla.147.b.

Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, Prętor eſto, quotcunq; Senatus creuerit populusue iuſſerit, tot ſunto. ď L.185.b.

Accuſaui de pecunijs repetundis, iudex ſedi, prӕtor quæſiui. ꝓ R.P.124.a.

Prętorium, rij. domus uel tabernaculum prӕtoris, ut quęſtorium quæſtoris, domus prętoria.

Ci. de D.95.b. *Cum Sylla in agro nolano immolaret ante prętorium.* *Imperat ſuis ut candelabrum illud in prętorium deferrent.* I.V.214.b.

Prӕtorius, a, um. Ci.I.V.265.b. *Onera & merces in prętoriam domum deferebantur.*

Cum C.Coponius prętorio imperio Claſſi Rhodię prӕeſſet. ď D.94.b. *Prouinciӕ, quas prętorij pro prętore obtinerem.* Cæl.Ep.112.a.

Conſulares & prӕtorij uiri. At.256.a. & poſt.201.b. *Vir prӕtorius.*

Quӕ quidem pleraq; iure prętorio liberantur. Off.7.a.

Cohors prętoria. I.C.109.b.

Prӕtura, ræ. Ci.ꝓ Fla.147.a. *Prӕturӕ iuriſdictio res uaria & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates.*

Prӕtura Murenӕ probata in iure, grata in munere, ornata in ꝓuincia. ꝓ Mur.136.b. & 127.b. & I.V.59.a

Prӕuaricatio, onis. Ci.Par.241.a. *Prӕuaricationem accuſator eſſe definiat omnem iudicij corruptelam ab reo, defenſor autem nõ omnem ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo.* & ibi. *Verum accuſator, cui contrarium eſt nomen prӕuaricationis.*

At pręuaricatione eſt Aſcitius liberatus. ꝓ Cæl.42.a. & Ep.117.a. *Dicere cauſam prӕuaricationis.*

At ego id ipſum quod Diogenes Chaldęus quaſi quadã prӕuaricatione concedit, nego poſſe intelligi. Ci.

Druſus erat de pręuaricatione à Tribunis ærarijs abſolutus. Q.Fra.317.a.

Prӕuaricator, oris. accuſator ab reo pecunia corruptus. Ci.Part.241.a. *Prӕuaricationis nomen, ſignificat eum, qui in contrarijs cauſis quaſi uarie eſſe poſitus uideatur.*

Vtrum te perfidioſum an pręuaricatorem exiſtimari mauis? I.V.64.a.

Pręuaricator cauſӕ publicӕ. Cæl.Ep.121.a.

Piſo prӕuaricator Catilinę quondam, nunc ultor. I.P.84.b. & I.V.64.a.

Vereor ne mihi pręuaricatorem appoſuiſſe uidear, qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis. I.A.165.b.

Prӕuaricor, ris. colludo. Ci.I.V.130.b.

Ci.ꝓ Clu.29.b. *Hoc quanquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere ſed prӕuaricari accuſationi uidebatur.* *Clodius a Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſime prӕuaricaretur.* ď Ar.253.b.

Quem fremunt omnes pręuaricatum &c. At.63.a.

Præuenio,nis. præripio, anteſero,
Ci.d.Off.59.a Hæc Panætius credo perſecutus fuiſſet niſi aliquis caſus aut occupatio conſilium eius peruenſſet.
Preuerto,tis. Ci.d.D.82.a.Ita tamen ſi uacas animo neq; habes aliquid,qđ huic ſermoni preuertendũ putes.
Nemo unq̃ me tenuiſſima ſuſpitione perſtrinxit, quem non præuerterim.p Syl.171 b.
Preuideo, des. proſpicio, animo proſpicio, cogitatione præcapio,præſentio,præcaueo.
Ci.d N.58.b Multa augures præuident.& I.V.239.b.Preuideo quid ſit defenſurus Hortenſius.
Ita futura eloquentia præuiſa in infante eſt.d D.97.a.
Res mihi tota præuiſa atq; precauta eſt.I.V.221.b.
Animus preuidet &c.d Som.130.b.
Præuolo,as. Ci.d N.51.a. Grues in tergo præuolantium capita reponunt.
Pragmaticus,a,um. expertus,in agendo uerſatus.
Ci.At.35.a.Pragmatici homines cauere iubent & uetant credere.& 223.a.
Tu ſi quid pragmaticum habes ſcribe.
Itaq; illi &c.& qui prægmatici nominantur.d Ora.209.a.
Quidam miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus, ij, qui apud græcos πραγματικοὶ uocantur.d Or.101.b.
Prandeo,des. prandi,& pranſus ſum.
Ci.Ep.109.a. Itaq; ſcito Caninio conſule neminem prandiſſe.& At.60.a.Sed prandimus in Arcano.
Cum in eius nuptijs more larinatum multitudo hominum pranderet,uenenum habiti conſilio paratum. pro Clu.53.a.
Prandium,dij. Ci.I.V.86.a.Quid ego iſtius prandia & cœnas commemorem:& I.A.179.b.Quid prandiorum apparatus proferam?
Anteceſſerat ſtatius ut prãdiũ nobis præberet. At.62.b
Dico illum eum ad illud prandium crudior ueniſſet,& ut ętas illa fert,ſibi tum non peperciſſet, ægrotaſſe.pro Clu.53.a.
Si gladiatoribus uulgo locus tributim,& item prãdia ſi uolgo eſſent data.p Mur.140.a.
At ſpectacula ſunt tributim data & ad prandium uulgo uocati.p Mur.141.a.& ibi.b.Ad prandiũ inuitare.
Vt Oreſti nuper prandia, in ſemitis decimæ nomine, magno honori fuerunt.Off.45.a.
Pranſus,a,um. Ci.p Mil.112.a.Adde inſcitiam pranſi poti,oſcitantis ducis.
Pratorum uiriditas.d Sen.89.a.& 88.a.
Pratulum,li. d Cla.167.a.In pratulo.
Ci.Q.Fr.318.b.Iugera.L.Prati Cæſius irrigaturum facile te arbitrabatur.& p Dom.233.b.
Praue. Ci.d Fin.70.a.Ille porro male,praue, nequiter.&c.
Prauitas tis. uitium,peruerſitas,deformitas.
Ci.d Or.97.b.Ne mala conſuetudine ad aliquã deformitatem prauitatemq; ueniamus.& d Fin.136.a.Prauitas & imminutio corporis.
Ex quo prauitas membrorum diſtortio,deformitas.Tuſ.215.a. Quæ tanta prauitas te mentis tenuit,ut &c. In Vat.31.b. Imitari prauitatem oris alicuius.de Or.117.a.
Da operam ut eum de illa prauitate animi deducas.Q.d Pet.211.a. Ægyptiorum mentes imbutæ prauitatis erroribus.Tuſ.243.b.
Qualis iſta Philoſophia eſt: quæ non interitum afferat prauitatis:d Fin.70.b.
Perſtare in aliqua prauitate.Acad.7.b.
Prauitates animi rectæ uitia dicuntur.pad.129.b.
At corporis prauitates ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis, animi deformitas non habebit.de Leg.166.a.
Prauus,a um. peruerſus,diſtortus.X.rectus.
Ci.d Or.161.a.Recta & praua tacito quodam ſenſu dijudicamus.
Si qua in membris praua aut debilitata aut imminuta ſint.d Fin.115.b.
Intereſſe oportet ut inter rectum & prauum ſic inter uerum & falſum.Acad 9.b.& 46 b.
Sed non diſtorta neq; praua.Tuſ.215.a.
Beſtiæ deprauatę eſſe non poſſunt, prauæ tamen eſſe poſſunt.d Fin.71.b.
Recti prauiq; partes.Or.201.a.
Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poſſe putant.p.S.R.50.a.
Nec ſolum in rectis ſed etiam in prauis affectibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo.d.L.162.a.
Praxiteles, opifex nobilis,qui ſigna ex lapide & marmore faciebat.I.V.200.b.
Praxitelius,a,um. Ci.d D.110.b.Aliter perfecta.
Precario. prece uel precibus.
Ci.d Or.158.a.Atq; ut precario non ui ueniſſe uideatur.& I.V.249.b.etiam ſi precario eſſent rogandi.& p Cæl.43.a.
Etiam ne ſitis eiecit? ſi clam ſi precario uenit in poſſeſſionem.p Rul.89.a.& p Cec.302.b.Nec ui,nec clam, nec præcario poſſidere.
Precarius ,a, um. Ci.Off.331.a.Facere quæſtum precarium.& Brut.At.285.a.Petere ſalutem precariam ab aliquo.
Precatio,onis. Ci.p Mur.124.a.Si illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpicijs conſecrata tantã habet uim & religionem,quanta &c.
Simili precatione Trophonius & Agamedes uſi dicuntur.Tuſ.173.a. In Augurum precatione fluminum nomina uidemus.d.N.70.a.& 39.b. Itaq; in ea Dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum. omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt.
Precis, ci. rogatio,precatio,rogatus,obſecratio,obteſtatio, precario,execratio. Ci.At.179.b.Quintus nonmodo non cum magna prece ſed acerbiſſime ſcripſit.
Nec prece nec pcio,nec gratia,nec ſimultate a recta uia dedoci oportet.Ad Her.17.a. Si pce & obſecratione humili utemur.d In.47.a. Quare noli expectare longas preces,intuere me ipſum,qui &c.At.281.a.
Preces ſeruientis aduerſus regem.At.284 b. Ego autem non tam γοητείαν huius timeo quam πειθανάγκην· αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις inquit Πλάτων οἶδ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν.At.149 b.

In precibus & gratulationibus non ſolum id ſimulacrũ uenerari ſed etiam oſculari ſolent.I.V.222.a.
Eorũ preces & uota de meo reditu audiui.p Plan.180.a.
Cum diuinum numen ſcelere uiolatum precibus placare cogeretur .p Dom.141.b.
Nihil ſentiens deus nunq̃ nobis occurrit, neq; in precibus, neq; in opatis neq; in uotis.d N.9.a.
Nocturna illius ſacrificia ſceleratasq; preces & nefaria uota cognoſcimus. p Clu.58.b. In quo Dij immortales meas preces audiuerunt.I.P.88.b.i. execrationes.
Niſi incredibilis contentio & preces Pompeij fuiſſent. Q.Fr.32.a. Literæ per quas ille precibus a Sylla petit, ut gladiatores emat. p Syl.177.b.
Nihil tuli grauius q̃ me non poſſe matris tuæ precibus cedere. At.280.a. Quod precarer Deos, niſi meas preces audire deſiiſſent.Q.Fr.305.a.

Precor, aris, precibus peto, preces adhibeo, opto, peto, imploro, quæſo, deprecor, ſupplico, obteſtor.
Ci.I.V.216.a. Verres in iudicium uenit, ubi ne precari quidem deos atq; ab eis auxilium petere poſſit. & d N.24 b. Dij, quos nos colere, precari uenerariq; ſolemus. & 25.b. Quid ueneramur, quid precamur deos?
Cum Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt. Ad Her.41.a.
Vt deos immortales ſcientia peregrina mente domeſtica precarentur. p Cor.66.b. Sed hæc utinam non experiare, quod precarer deos, niſi meas preces audire deſiiſſent, ueruntamen precor, ut his infinitis noſtris malis contenti ſint.Q.Fr.305.a. Stultitia eſt a quibus bona precamur ab ijs dantibus nolle ſumere.d N.77.a.
Sacerdos p̃cata a Dea dicitur, ut daret &c.Tuſ.173.a.
Quæ precatus ſum a Dijs immortalibus &c. ut ea res mihi bene atq; feliciter eueniret, eadem precor ab ijſdem Dijs immortalibus ob eiuſdem hominis conſulatum una cum ſalute reip. obtinendum, & ut &c. p Mur.124.a. & ibi. Idem ego precatus ſum ut uobis ea res fauſte feliciter proſpereq; eueniret. Precari amicis ab indigno ſupplicare.d Am.170.a. aliter, p amicis.
Nunq̃ ego a Dijs immortalibus optabo Quirites, inuidiæ meæ leuandæ cauſa, ut audiatis &c. I.C.170.b.
Ab ioue optimo, maximo, cæteriſq; Dijs deabusq;, immortalibus pacem & ueniam peto, precorq; ut &c. p Rab.91.a. Deos immortales precari, uenerari, atq; implorare debetis, ut urbem defendant. I.C.110.b.
Vos precor ac quæſo & obteſtor, ut ſi &c. p D.241.b.
Paulus Perſæ precanti ne in triumphum duceretur, inquit &c.Tuſ.251.a.
Ite uero Quir. ut precamini, ueniat, ut huius amentiæ pœna in ipſum recidat. I.A.193.a.
Quibus utrum eueniſſent, ea, quæ tum homines precabantur. p Seſt.19.a.
Vtrum tandem obtabilius putas, ſic exire a patria, ut omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit, an quod tibi proficiſcenti euenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illã uiam & perpetuam eſſe uellent. I.P.86.b.
Omnia ſemper pro amicorum periculis nihil unq̃ pro me ipſo deprecor. Or.127.a.

Nec ego ſi unq̃ uobis mala precarer, quod ſæpe feci, in quo Dij immortales meas preces audiuerunt, morbum aut mortem, aut cruciatum precarer, Thyeſtea iſta execratio eſt. I.P.88 b. Hæc ego ſemper de uobis expetiui, hæc optaui, hæc precatus ſum. I.P.89.a.b.

Precius lacus. Ci. p Mil.115.b.

Prehendo, dis. Ci.d Or.105.b. Deinde ipſum Craſſum manu prehendit, & heus tu inquit &c.
Dein cum otioſus ſtylum prehenderat, flaceſcebat oratio d Cla.171.b.
Viſum tibi eſſe C. Marium, prehendiſſe eum dexteram tuam, & bono animo te iuſſiſſe eſſe. d D.93.a.
Sex. Alphenus ſeruulum unum, quem iſte prehenderat abducit. p Quin.4.b.
Quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit. In Arat.
Cum ipſum ea moderantem & regentem penè prehenderit. d Leg.168.b.

Prehenſo, as. prenſo. l. prenſo.

Premo, mis. urgeo. Ci.d Or.104.b. Cum inuidia & odio populi Galba premeretur.
Curſum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. d Cla.196.b. Spero ſi te uiderim, & ea, quæ p̃mãt & ea quę ip̃e deãt me facile tranſiturũ. Ep.126.a.
Quæ neceſſitas te tanta premebat p S.R.34.b.
Ne urbem hanc urbe alia premere atq; urgere poſſitis. p Rul.63.b. Non odio bonorum ſed inuidia premor malorum. Anteq̃.193.a. Premam te, cum ex te cauſam uniuſcuiuſq; rei exquiram. d D.117.b.
Galli cantu plauſuq; premunt alas. d D.120.a.

Prendo, dis. prehendo, prenſo, ambio.
Ci. p Clu.25.b. Cum tabulas prendiſſet Oppianicus, digito legata deleuit. Comprehenſio ſimilis ijs rebus, quæ manu prenderentur. Acad.46.b.
Vt gubernacula reip. prenderem. Ad Bru.91.b.
Cum peterem magiſtratus, ſolebam in prehenſando dimittere a me Scæuolam. d Or.94.a.
Prende C. Septimum. At.189.a. & Ep.121.a.
Renuntiatum nobis erat Hirrum diutius dicturum, prendimus eum, non fecit.

Prenſatio, onis. Ci.e.a. Exit hęc illius p̃propera prẽſatio.

Prenſo, as, prendo, prehenſo.
Ci. At.1.a. Prenſat unus. Galba ſine fuco & fallacijs more maiorum. & ibi. Nos autem initium prenſandi facere cogitabamus &c.

Preſſe. Ci.d Cla.181.b. Attenuate preſſeq; dicere. & d Or.147.a preſſe, æqualiter & leniter dicere.
Preſſe & anguſte definire. Or.207.b. Mihi placet agi ſubtilius & ut ipſe dixiſti preſſius. d Fin.111.b.
Imitatio preſſe loquentium, & leniter. Off.27.a.

Preſſus, a, um. Ci d Cla.169.a. Aſiatici parum preſſi & nimis redundantes. & 182.b. preſſus orator.
Thucydides uerbis aptus & preſſus. d Or.123.b.
Oratio preſſa. x. in qua ineſt luxuries quædam. d Or.117 b.

Preſſus ſus. Ci.d Or.146.b. Ipſo preſſu oris & ſono, & d N.47.b. Hic p̃ſſu duplici palmarũ continet anguẽ.
Sic animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum Tuſ.127.a.

Prętioſe

Pretioſe. Ci.ď In 77.a.Vaſa magnifica & pretioſe cælata.

Pretioſus,a,um. multorum nummorum.X.Vilis.
Ci.p.Q.R.49.b.Facies non erat, ars erat pretioſa.& I.A.173.a.Pretioſa ueſtis.
Non minor uoluptas percipitur ex uiliſſimis rebus q̃ ex pretioſiſſimis.ď Fin.83.b.
Equi pretioſi iacturam facere.Off 70.a.
Et dic unde tu precioſiſſimos hortos parauerisᵃ In Sal. 275.a.

Pretium,tij. merces,premium. Ci.I.V.245.b. Pretio at q; mercede minuiſti maieſtatem reip.&.164.b. Merces pretiumq; impudentiæ. Cum ab eo merces tui beneficij,pretiumq; prouinciæ meo ſanguine tibi eſſet perſolutum. p Dom.217.b. Ab iſto & pretio,qui uoluit iſtū ordinem pretio mercatus eſt.I.V.133.a.&.102.a. Authoritas pretio ſuperabatur.
Annona pretium non habet.I.V.199.a.
Nunc iacent precia prædiorum.p.Q.R.50.b.
Communem eſſe factum gratis qui pretio propius fuiſſet.p.Q.R.49.b.
Audierant alicuius pretij Scyphos eſſe.I.A.207.a.& ď In.53.a.Veſtem pretij maioris habeo q̃ tu.
Res alicuius pretij.I.V.201.b. Noli ſpectare quanti homo ſit,parui enim pretij eſt,qui iam nihil ſit. Q.Fr. 301.b. Vendere aliquid paruo pretio. I.V.231.a. Mercari aliquid magno pretio.p.S.R.40.b.& ibi.Enumerare pretium. Hic ager quoquo pretio coemptus erit,tamen ingens pecunia nobis iducetur.5 Rul.80.a Falſum eſt ob uacationem pretium,datum cum immunis nemo fuerit.p Fon.277.a.
Quomodo perſuaſit? pretium dedit? cui dedit? p.S.R. 30.b. Nec pretio quidem corrumpi iudex in eiuſmodi cauſa poteſt.p Cec.198.b.
Pendere pretium.At.228.a.Vel impenſe pretio.
Conſtituere certum pretium.At.197.b.
Nunc quoniam tuum pretiū noui,in licitationem potius ponam q̃ illud minoris ueneat.Ep.96.a.
Nec prece nec precio nec gratia nec ſimultate a uia recta deduci oportet.Ad Her.17.a.
Non ſine magna mercede.Ep.192.b.i.pretio.
Vt ſi prędonibus pactum pro capite pretium non attuleris.Off.73.b. Pretium pro præmio.ď In.76.b.
Nec tamen iſta pretia hortorum pertimueris. At. 194.a
Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum.Off.37.a

Priamus,mi. Ci.Tuſ 166.a.Quinquaginta filios priamus habuit,e quibus decem & ſeptem iuſta uxore nati.

Pridem. Ci.Ep.63.a.Quod ad me pridem ſcripſeras.et I.V.102.a.Demonſtrat quam pridem ſibi hereditas ueniſſet. Quam pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſtiᵃ p.Q.R.46.b.

Pridie. ante diem.X poſtridie. Ci.At.12.a. Pridie q̃ has litteras dedi Coſs.conuenti.&.150.b.Pridie q̃ hæc ſcribendam,ideſt III nonarum.
Philotimus pridie eius diei uenit.At.183.b.& Ep.4.a.
Dederam epheſo pridie,has dedi trallibus.At.75.b.
Pridie quinquatrys.At.149.a.
Ex ante diem nouarum Iun.uſq; ad pridie Cal.Sept. At.47.b.i. a pridie non.
Ad pridie idus Maij.plan.Ep.152.b.
Ante diem ter.non ſept.Ep.243.b.
Hæc eſt pridie data q̃ illa.At.42.a.
Memmius,qui pridie q̃ ego Athenas uenirem Mitylenas profectus erat.At.74.a.
Non auditis ſententiam meam flagitariſtis cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti.I.A.211.b.

Primarius,a,um primus.X.ſecundus,poſtremus.
Ci ď Sen.90.a.Vir primarius populi.& ď Fin.89.a. & p Fla.156.b.C.Plotius ſenator uir primarius.
Vt cum aliquo Adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret.Ep.50.a. Primarius locus ď Fin.102.a. Sic in uita non ea,quæ primario loco ſunt ſed ea quæ ſecundum locum obtinent. προηγμένα ideſt producta nominentur. Fœmina primaria.I.V.107.a.&.78.b.
Vir primarius.&.193.b.&.169.b.

Primigenius,a,um. Ci.ď L.175.b.Vel primigeniam a gignendo,cum eſt &c.

Primipilus,li. Ci.p Cor.61.a.L.Martius primi pili centurio. Aquila primipili.I.A.243.a.
Centurio primi pili.ď D.96.b.& ibi. Signifer primi haſtati.

Primo. primum, initio, a primo, principio.
Ci.ď Cla.162.b.Iſocrates primo artem dicendi eſſe negauit.& Tuſ.229.a.bis. Tantum impelli primo Iudex debet,ut &c.ď Or.138.b.
Primo &c.deinde &c.p Clu.10.a.& p.S.R.18.a.et ibi.Initio &c.deinde &c.
Aprimo &c.deinde &c.poſt &c.Or.199.a.

Primordium,dij. principium. Ci.ď L.170.b. A Dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia.
Primordia rerū & quaſi præcurrentia.Part.130.b.

Primores,rum. Ci.p Cæl.43.a.Aliquid primoribus labris guſtare & extremis,ut dicunt,digitis attingere.
Quæ iſti Rhetores ne primoribus quidem labris attingerunt.ď Or.92.a.

Primum. prime. Ci.ď N.22.a.Quæro igitur ueſter Deus.primum ubi habitet,deinde &c.
Primum ne &c.deinde ne &c.poſtremo ne &c. p Syl. 175.a. Primum omnium,non te fugit &c.D.Brut. Ep.172.a. Serpentes quædam ſimulac primum niti poſſunt aquam perſequuntur.ď N.50 b.
Cum primum in eam inſulam ueni.Ep.112.a.
Vt primum poteſtas data eſt.Ep.151.b.et.64.b.Vt primum attigi forum.
Nunc primum &c.ď In.90.b.
Equidem,qui nunc primū huc uenerim ſatiari nō queo. ď Lig.169.a. Vt primum ſenatus haberi potuit ſemper flagitaui &c.I.A.100.a.
Quo die primū conuocati ſumus, ieci &c.I.A.100.b.

Primus,a,um. primarius princeps.X.poſtremus, nouiſſimus. Ci.I.V.254.a.Poſtremam quamq; nauem piratę primam adoriebantur. Primæ tuæ ſententiæ &c. poſteriores &c.notiſſimę mihi ſunt.Ep.120.a.
Secundis ſaturnalibus & tertijs ſaturnalibus.At.111.b. &.111.a. Prima enim ſequentem honeſtū eſt in ſecū

*dis utriuſq; conſiſtere.*Or.197.a.
Æſculapius, qui primus uulnus obligauiſſe dicitur. de N.71.a. *De quibus exornationibus nominatio eſt prima.* Ad Her.33.b. *Peripatetici primi ex omnibus philoſophis docuerunt &c.* d̄ Fin.110.a.
Qui numerus in primo uiget, iacet ĩ extremo. Or.218.a
De morte & dolore primo & proximo die diſputatum eſt. Tuſ.223.b.
Me quæſtorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum populus rom. fecit. I.P.79.b.
Qui Trib pl. primus inter homines nobiliſſimos factus eſt. ꝑ Seſt.4.a. *Vtilia et prima ſumma habemus.* Of. 71.b. *De his igitur, quæ diximus hæc ſit prima diſtinctio.* d̄ Vn 196.a.
Recita mihi quæſo hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleij. I.V.145.b.
Quinq; primi accitu iſtius euocantur. I.V.162.a.
Decretum fit ut decem primi proficiſcantur ad L. Syllã. ꝑ S.R.22.b. *Prima duo capita epiſtolæ tuæ.* Epiſt. 36.b. *Euocat ad ſe centuripinum magiſtratum & decem primos.* I.V.141.b.
Primis labris & primoribus labris attingere aliquid.
Aliquis genere & nobilitate ſui municipij facile primus. ꝑ S R.21.b *A Lyſone lilybetano primo homine.* I.V. 208.a.X. *poſtremo.*
Dyrrhachinus primus ciuitatis J.V.176.b.
Sthenius in primis ſiculorum in dicendo copioſus. I.V. 226.b. *Minutius eques rom. in primis ſplendidus.* I. V.222.b. & .126.a. *Oppidum Himera in primis Siciliæ clarum & ornatum.*
Democritus uir magnus in primis. d̄.N. 24.b. & .I. V. 261.a. *Adoleſcens in primis diſertus.* & d̄.N.5.a. *Homo in primis acutus.*
Cum crotoniatæ in italia in primis beati numerarent. d̄ In.62.a. *Homo in primis improbiſſimus.* I.V.162.a
Si oẽs debent, certe in primis imperatores. d̄ Or.123.b.
Cum ad me frater ueniſſet, in primis nobis ſermo de te fuit. At.68.a. *Illud uero minime conſectarium ſed in primis hebes.* d̄ Fin.117.b.
Homo domi ſuæ cõprimis locuples. I.V.102.b.et. 104. a. *Homo cum primis honeſtus et* d̄ Or. 129 .a. *Sapiens homo cum primis noſtræ ciuitatis.*
Ego autem cum illa ſequor, tum hoc non in poſtremis, quod etc. Ep. 14.a.
Amoris erga me tibi primas defero. At.14.b.
Ad quem tum Epicurei primas deferebant. d̄.N.5.a.
Primas in cauſis agebat Hortenſius. d̄ Cla.193.b.
Non poſſum equidem non ingenio primas concedere. Or.122.a. *Primo quoq; tempore.* At.122.a.219.b. et.289.a. *et primo quoq; die.* 130.a et.I.A.220.b.
Fac ut mihi. M. Anneum legatum primo quoq; tempore remittas. Ep.125.a.
Einſmodi iniuriæ ut de eis ĩdignum ſit non primo quoq; tempore iudicari. d̄ In.69.b.et.I.V.213.a.
Me tibi primam quidq; concedẽte. Acad.13.b.et d̄ Fin. 87.a. *Prima quæq; abuolat* .i. *uoluptas.*
Tuas nunc epiſtolas a primo lego, hæ me paulum recreant, primæ monent et rogant ne etc. proximæ oſtendunt &c. At.138.b.
Sed hoc a primo cogitauit. At.125.a .i. *ab initio.*
Nonne in primis flagitioſum putandũ eſt? d̄ Or.100.a.
In primis hoc a ſe cotta animaduerſum eſſe dicebat. de Or.144.a. *De cuius honoribus ſenatus decreuit ut primo quoq; tempore referretur.* I.A.192.a.
Quæ autem inconſtantia Deorum eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis. d̄.D.116.a.

Princeps, pis. primus, primarius, author, inuentor, dux optimates, coryphæus, excellens, columen, qui cæterorum obtinet principatum, qui honeſtiſſimum locum ciuitatis tenet, qui ſententiæ principatum tenet, qui primos ordines ducit, qui omnium animantium tenet principatum.
Ci. d̄ N.5.a. *Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis.* *Pericles plurimos annos princeps conſilij publici fuit.* d̄ Or.103.a. *Princeps ſententiæ in ſenatu, dux regendæ ciuitatis, author publici conſilij.* d̄ Or. 148.b. *Sed tamen eorum omnium hic dux eſt atq; princeps.* d̄ Ar.257.a. *Harum diſputationum inuentor ac princeps plato.* d̄ Or.29.a.
Socrates princeps philoſophorum. d̄.N.59.b.
Zeno qui inuentor ac princeps Stoicorũ fuit Aca. 33.b.
Exordium princeps omnium debet eſſe. d̄ In.44.b.
Hi tum in Aſia Rhetorum principes numerabantur. de Cla.194.b. *Longe omnium, quicunq; fuerunt, grauitate dicendi princeps Plato.* Or. 202.b. & .Q. Fr.295. b. *Princeps ingenij & doctrinæ Plato.*
Senatus princeps ſalutis mentisq; publicæ. d̄ Ar.257.b.
Vſq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio ut princeps principum eſſet Meandrius. ꝑ Fla.157.b.
Cn. Pompeius longe princeps ciuitatis. ꝑ Dom.226.a. & .235.b. *Vir princeps orbis terræ.*
Cur tot ciuitatis principes a Cynna trucidati? d̄ N.76.a
Natura huius boni princeps eſt. d̄ Or.141.a.
P. Decius princeps in ea familia conſulatus. d̄ Fin.77.b.
Deinde te & ſenatui bonisq; omnibus authorem, principem, ducem præbeas. Ep.146.b. & .198.a. *Me principẽ ſenatu profeſſus ſum.*
Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi rom. applicuit, & prima omniũ prouincia eſt appellata. I.V.109.a
Et nimirum is princeps ex latinis hæc tractauit. d̄ Cla. 271.b. *Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt &c.* d̄ Or.154.b. *Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit.* d̄ Or.113.b. *Ego princeps in adiutoribus atq; adeo ſecundus.* At.15.b.
Longe omnium in iure ciuili eſſe principẽ. d̄ Cl.178.a
Is qui princeps in agendo eſt. I.V.62.a.
Qui partim in dicendo partim in ſcribendo principes extiterunt Ci. *Cum in rep Cn. Pompeius princeps eſſet.* Ep 12.a. *Eudoxus in Aſtrologia facile princeps* d̄ D.126 b.
Vt quisq; in fuga poſtremus ita periculo princeps erat. I.V.254.a.
Aliquis conſilio ac lingua princeps. d̄ Or.93.a.
Princeps ad omnia pericula. Ep.153.b.
Amor princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. d̄ Am.101.a.
Earum qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ.

Acad.

Acad.44.a.

Cum eſſem in principibus patronis quinquennium verſatus. ď Cla.195.a.

Qui in mea ſalute principem ſemper locum authoritatē q̃ tenuiſtis. p Dom.143.a.

Is perſonam principis ciuis facile dicēdo tuebatur. ď Cl. 271.b. & ď.N.59.b. *Ille ſe principem ciuem putat.*

Cum noſtri imperatores ad illam ipſam principem arā uota perſoluerent. ď Ar.250.a.

Ciuitas in qua in principū numero uultis eſſe. I.P.86.a

Quem tamē illi eſſe in principibus facile ſunt paſſi, euolare altius certe noluerunt. Ep.7.b.

Nos enim principi ſeruimus. Ep.137.b .i. Cæſari.

Quę magi Cyrū illi principi interpretati ſunt. ď.D.90.a.

Leon princeps phliaſiarum. Tuſ.229.b.et.124.b. *Princeps ille Argonautarum.*

Facta principum imitari. Off.28.b.

Quales in rep principes eſſent tales reliquos ſolere eſſe ciues. Ep.11.b.ex platone.

Te ſignifera ac principe. At.22.b.

Demetrius utraq; re excellit nam & doctrinę ſtudijs, & regenda ciuitate princeps eſt. ď L.187.a.

Ex ſummis, inquiſit principes ciuitatis ſumus. pad.113.a

Ille legatos quindecim cum poſtularet, me principē nominauit. At.33.b.

Is in principibus patronis aliquot annos fuit. ď Cla. 186.a. *Homo honoratus & princeps.* Off.18.a.

Firmani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. I.A. 213.a. *Magnum eſt perſonam in Rep. tueri principis, &c.* I.A.119.b.

Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. I.A. 219.b.

Deinde ut illi principem ſe ducemq; præberet. ď Vn. 203.a.

Naſennius cretenſi bello Metello imperatore octauum principem duxit. At.177.b.& Q.Fr.295.b.

Principalis, le. *princeps, ut municipalis.*

Ci.ď Fat.148.b. *Cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & ibi. Aſſenſio non poteſt fieri niſi commota uiſo, & ad id uiſum proximam cauſam habet non principalem.*

Non ſequitur tamen ut ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum ſit. ď Fat.141.a.

Principatus, tus. *dominatus, primæ.*

Ci.ď.N.31.b. *Principatū id dico, qđ græci* ἡγεμονικὸν *uocant, quo nihil in quoq; genere nec poteſt nec debet eſſe præſtantius.* & ď N.9.a. *Theophraſtus menti diuinam tribuit principatum.*

Eloquentiæ ergo a maioribus noſtris eſt in toga dignitate principatus datus. Off 47.a. & .I.A.238.a. *Caſſio mea ſententia dominatum & principatum dedi .i. eum pluſq̃ cæteros ornaui.*

Cæſar qui tibi detulerat ex latrocinibus ſuis principatū. I.A.161.a.

Qui eloquentiæ principatum petet Or.242.a.

Regius principatus. ď Fin.101.a.

Tenere principatum. Tuſ.151.a.

Sol qui aſtrorum obtinet principatum. ď.N.33.b.

Delere principatum ſummorum uirorum. Ep.15.b.

Principatus regius. ď Fin.101.a.

Omnia delata ad unum ſunt. Ep.54.a.

An mundus ab aliquo temporis principatu ortus eſt. de Vn.195.b.

Primas in cauſis agebat Hortenſius. ď Cla.193.b.

Galba huius belli adminiſtrandi principatum tenet. I. A.141.a.

Qui huius belli ferret principatum. I.A.250.b.

Sermo ita inducitur cæterorum, ut penes ipſum ſit principatus. At.249.b.

M. Antonius concupierat regium principatum. Off. 319.b.

Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta eſt appetitio quędam principatus Off 3 b.

In hac elatione animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Off.13.a.

Principio. *prima, initio, primum omnium.*

Ci.ď.D.124.a. *Ius Augurū diuinationes opinione principia conſtitutum eſt. poſtea reip. cauſa conſeruatum ac retentum.*

Nam ſi quæreretur &c. conſtituendum putarem principio, quis eſſet &c. ď Or.102.b.&.138.b.

Principia tū in phyſicis, quibus maxime gloriatur, primum totus eſt alienus. ď Fin.52.a.

Principio generi animantium omni eſt a natura tributū ut &c. Off.3.a.

Principio corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem. Off.25.b.

Primum omnium. Ep.172.a.

Principium, pij. *initium, primordium, principatus, introitus, exordium, proœmium, tyrocinium, rudimentum, incunabula, ſeminarium, origo, cauſa, ſemen, fons, ſtirps, ortus, author, primum.*

Ci.ď Fin.138.b. *Omnium rerum principia parua, ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur.*

Cuius principiū aliquod ſit, eius neceſſe eſſe extremum. ď.N.6.a.

Omnium rerum magnarum a Dijs immortalibus principia ducenda ſunt. In Vat.31.b.

Omnium cauſarum unum eſt naturale principium. de Cla.183.b.

Principij nulla eſt origo, nam ex principio oriuntur omnia, ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt. Tuſ.159. b. & ibi multa pulchra de principio.

Principia & cauſæ rerum. Off.3.a.

Principia rerum ex quibus omnia conſtant. Acad.19.b. & ibi de principijs rerum. *Qui protruſit cylindrum dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit* ď Fat.149.a. & ď Fin.120.a. *Principijs a natura datis &c.* & .b. *His initijs tanq̃ ſeminibus a natura datis &c.* *Principijs cognitis multo facilius extrema intelligetis.* p Clu.10.a. *Hoc autem eſt principium urbis & quaſi ſeminarium reip.* Off.11.b.

Omnium rerum principia parua ſunt. ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur ď Fin.138.b.

Cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principiū eſt mouendi. ď Sam.130.b. *Qui pueritiæ tempus extremū pri*

in priuernati eſſemus.

Priuigna, gnæ. Ci. At. 209. b. De uxore Tuberonis & priuigna neq; poſſum iā abdere, neq; Tuberonem uolo defendere.

Priuignus, gni. Ci. p Clu. 57. b. Mulier in priuignorū funus nupſit.

Gabinium de ambitu reum fecit P. Scylla ſubſcribēte priuigno Memmio. Q. Fr. 513. b.

Priuilegium, gij. Lex priuato homini irrogata.

Ci. p Dom. 222. a. Vetant leges ſacratę, uetant XII tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari, id eſt enim priuilegium.

In priuatos homines leges ferri noluerunt, id eſt enim priuilegium. d. L. 193. a.

Cum XII tabulis ſancitum eſſet, ut neq; priuilegium irrogari, neq; de capite ciuis niſi comitijs centuriatis rogari poſſet. p Seſt. 17. b.

Familiaris tuus de te priuilegium tulit, ut ſi in opertum bonę deæ acceſſiſſes, exulares. Parad. 221. b.

An licuit tibi de peſte ciuis indemnati ferre non legem, ſed nefarium priuilegium? p Dom. 218. b. & 235. b. Cū indemnatum exturbares priuilegijs tyrannicis irrogatis. Priuilegij uim & crudelitatem authoritate honeſtiſſimorum hominū & publicis literis conſignauit. Poſt. 210. b. T. Libo rogationem in Galbam priuilegij ſimilem tulit. d Cla. 172. b.

Quod cū Curione de priuilegio locutus es, eſt aliquid. At. 46. b.

Priuilegia ne irroganto. d L. 186. a.

Priuo, as. aufero, adimo, abrogo, mulcto, orbo, ſpolio, diſpolio, expolio, excludo, expertē facio. X. augeo, orno. Ci. Top. 224. a. Prępoſito in priuat uerbum ea ui quā habebat.

Ægritudo me ſomno priuat. At. 144. a.

Democritus oculis ſe priuaſſe dicitur. d Fin. 141. a. & Acad. 9. b. Si quis aliquem oculis priuauerit.

Noli patriā multis claris uiris orbatā priuare etiā aſpectu tuo. Ep. 54. b. & 75. b. Sic me liberalitatis fructu priuas. Non enim unus afficiatur beneficio, ſed unus priuatur iniuria. ʒ Rul. 63. a. & d Fin. 56. b. Priuare dolore.

Vos Ser. Sulpitiū uita priuaſtis. I. A. 222. b. & p Rab. 91. b. Vt alter uita crudeliſſime priuaretur.

Non modo honeſtę partis bonis ſed etiam cōmuni luce priuari. p Quin. 13. b. & p S. R. 18. b. priuare aliquem luce. Deſeri a uoluptatibus. i. deſero. i. priuari.

Priuare aliquem exilio. At. 22. b.

Demetrius, aſpide ad corpus admota, uita priuatus eſt. p R. P. 126. a.

Prius. ante. Ci. At. 62. b. Nihil prius mihi faciendum putaui, q̄ ut tibi gratularer.

Cum in capitolium nos ſenatum conuocaſſemus, nihil eſt actum prius. p Syl. 179. b.

Prætor iudicium prius de probro q̄ de re maluit fieri, p Quin. 2. a.

Pręſtabo (ſi Cęſarem bene noui) eum prius tuæ dignitatis q̄ ſuæ utilitatis rationem habiturum. At. 141. b.

Quem fuit æquius, ut prius introierā in uitam, ſic prius exire de uita. Am. 98. b.

Ad te antea atq; adeo prius ſcripſi. At. 244. a.

Ante enim Salaminam ipſam Neptunus obruet, q̄ &c. Tuſ. 172. b. & ibi. Priusq; Boeotia leuſtra tollent, q̄ &c.

Priuſq̄. antę̄. Ci. d Or. 141. a. Sed priuſq̄ illa conor attingere, proponam breuiter &c.

Quod ego ſimulac te aſpexi, priuſq̄ loqui cœpiſti, ſenſi. In Vat. 29. b. Tamen quid potius faciam priuſq̄ me dormitum conferam, non reperio. Ep. 142. b. & 143. a. Vt nequis corona donaretur in magiſtratu, priuſq̄ rationes retuliſſet. d Opt. 244. a.

Ac priuſq̄ aggrediar ad cauſam &c. quiddam de communi conditione breuiter commemorandum uidetur. p Cor. 58. a. Cui priuſq̄ de cæteris rebus reſpondeo, de amicitia pauca dicamus. I. A. 160. b.

Præclare enim uixero, ſi quid mihi acciderit, priuſq̄ hoc tantum mali uidero. p Mil. 121. b.

Ne de bonis quæ Octauij fuiſſent, diminui paterentur, priuſq̄ Fundanio debitum ſolutum eſſet. Q. Fr. 301. b.

Pro. uel proh. i. proh. Ci. I. A. 166. b. Quę res unq̄ pro ſancte Iupiter in terris eſt geſta maior?

Pro deum hominumq; fidem. I. V. 16. a. & Tuſ. 237. b.

Proh deum atq; hominum fidem.

Pro dij immortales &c. I. V. 211. a.

Pro. ante, in, ſecundum.

Ci. Or. 205. a. Ennius pro Afris immutat Africam, item ibi, Quia quaſi ſummittunt uerba pro uerbis, item ibi. In quibus pro uerbo proprio ſubijcitur aliud.

Sodes pro ſi audes, malle pro magis uelle. Or. 211. a.

Cerres pro frugibus, liber pro uino. d Or. 158. a.

Dixit ſe dimidiū eius quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum. d Or. 142. b.

Verbum pro uerbo reddere. d Op. 144. a.

Incerta pro certis habere, falſa pro ueris. d Sen. 92. a.

Hoc ipſum etiam poſiti pro argumento, quod ille, cum &c. egiſſet &c. d Cla. 190. b. & ibi. Sic nos ſummi oratoris uitio pro argumento ad diluendum crimen uſi ſumus. Licinius ſeruus, apud patronem Epicureum pro libero fuit. Q. Fr. 302. a.

An hoc pro beneficio eſt habendum? Bru. At. 281. a.

Ornamentis alicuius pro ſpolijs abuti. p Quin. 18. b.

Supplicia pro maleficijs ſuis metuere. p S. R. 20. a.

Sicilia non ſolum pro penaria cella ſed etiam pro ærario romano fuit. I. V. 109. b.

Cum Verres iam pro damnato mortuoq; eſſet. I. V. 267. a.

Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo fuit. I. V. 221. a.

Quibus uerbis conſuetudo iam utitur pro latinis. Acad. 43. b. Vnus cato mihi eſt pro centum millibus. At. 21. b. Iam iſtuc pro facto habeo. At. 204. a. & d In. 72. b. Habere aliquid factum pro infecto.

Rem non factum pro facta habeo. Ep. 71. a.

Hoc pro mercede uel pro pręmio tibi erit. At. 22. b.

Hęc pro certis ad te ſcribo. Ep. 89. b.

Omnia quæ certa non erunt pro certo negato. At. 81. b.

Cum ambiguum pro certo conceſſeris. d In. 58. a.

Quæ dubia ſunt ea ſumere pro certis atq; conceſſis. de D. 130. a.

Id ſumunt pro certo & probato Tuſ.232.a.
Pro beneficio dare aliquid alicui. Ep.116.b.
Pro abſoluto haberi Ep.117.a.
Vti aliquo uerbo pro latino. Acad 44.a.
P. *Seſtius qui pro occiſo relictus eſt.* ꝑ Seſt.20 b.
Si Mancipiũ pro fabro aut pro textore emimus. ꝑ Plan. 272.a. *Ludi pro feſtis penè funeſti extiterunt.* de Ar.249.a.
Poteſt accidere ut ſignum aliquod dubie datum pro certo ſit acceptum. đ.D.106.b.
Occupare aliquid pro præmio alicuius facti đ Pro.69.b. & ibi a. *Tribuere aliquid pro pignore.*
Aliquid pro certo futurum eſſe .đ.D.112.b.
Non ne tibi nox erat pro die? caupona pro oppido. I.P.91.a. *Sermone aliquo alicubi arrepto pro mandatis abuti.* At.111.a.
Oram maritimam pro derelicta habere. At.117.a.
Pro certo habemus de Cęſaris aduentu. At.132.a. & ibi. *Hoc pro certo habemus.*
Cũ tu omnem authoritatem uniuerſi ordinis pro pignore putares. đ Or.143.a. *aliter propugnare.*
Sui, ne putreſcat, anima pro ſale data eſt. đ.N.58.b.
Reddita eſt ei tũ a maioribus ſtatua ꝑ *uita.* I.A.221.b.
Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere. ꝑ Mur.138.a.
Ita ſe iam tum gęſſit pro ciue. ꝑ Arch.187.b.
Quibus in miſerijs una eſt pro omnibus. At.176.a.
Omnia alter pro altero ſuſcipiat. đ Am.111.b.
In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam. L. *Carpinatius.* I.V.143.a. & At.176.b. *Terentius magnas operas in ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit.*
Q. *Metellus pro.* L. *Cotta dixit, accuſante Africano.* de Cla.171.b. *Hoc non modo non contra me ualet, ſed etiam pro me eſt.* ꝑ Cla.36.a.
Hoc non modo non pro me ſed contra me eſt potius. de Or.149.b. *Accedebat ut hæc tu pro rep. quæri exiſtimarere.* Off.126.b.
Ego pro meo ſodali & pro mea omni fama fortunisq́; decerno. đ Or.117.a. & ibi. *Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil unq̃ pro me ipſe deprecor.*
Nihil pretermiſſum eſt, quod aut pro rep. conquerendũ fuit, aut pro eo diſputandum. ꝑ Seſt.3.b.
Quę pro nobis ſunt amplificanda, quæ pro aduerſarijs ſunt infirmanda. đ Or.96.b.
Idem pro ſalute mea populum romanum obſecrauit. ꝑ Dom.219.b. *Qui populum rom pro me tanq̃* ꝑ *fratre aut pro parente non ſolum hortatus eſt, ſed etiam obſecrauit.* Poſt.210 b.
Pro ſe quiſq; eorum certabat. đ Or.91.a.
Pro eo ac, pro eo ac ſi, pro eo quantum, pro eo qđ, pro eo quomodo l pro eo ac, & cętera locis ſuis.
Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia de concordia ciuium agi uelle arbitrarer. At.147.b.
Horum uobis pro ueſtra ſapientia eſt habenda ratio. ꝑ Pom.7.a.
Non enim pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere, quod &c. ſed &c. At.130.b. & Ep.58.a.

Reliqua tu ꝑ *tua prudentia conſiderabis.* & .86.a. *Nõ dubito* ꝑ *tua ſingulari prudẽtia, quin perſpicias ſi &c.*
Quę quanq̃ ex multis pro tua claritate audiam, tamen &c. Ep.228 b.
Hęc pro tuo ingenio conſidera. Ep.157.b.
Quem omnes amare meritiſſimo pro eius eximia ſuauitate debemus. đ Or.105.a.
Qui a me ꝑ *eximia ſua uirtute, ſumis honoribus, quos &c honoris cauſa nominatur.* ꝑ Clu.42.a.
Ego uos pro mea ſumma & uobis cognita in remp. diligentia moneo, pro authoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, ut &c. ꝑ Mur.144 b.
Quibus de rebus pro Cluentij uoluntate nimium, pro reip. dignitate parum pro ueſtra prudentia ſatis dixiſſe uideor. ꝑ Clu 52.a.
Videndum eſt ut pro dignitate cuiq; tribuatur Off 9.b.
Ego pro mea tu pro tua, pro ſua quiſq; parte ferre potuiſſet. Ep.252.b.
Pro ſua quiſq; facultate parat &c. Tuſ.172.a.
Romæ mihi nummorum facultas eſt quam ſi ſapies communem exiſtimabis pro fraterna illa neceſſitudine & ꝑ *noſtra affinitate.* ꝑ Quin.3 a. & ꝑ Pom. 4.b. *Qui ad me pro neceſſitudine, quæ mihi eſt cum illo ordine, pericula rerum ſuarum detulerunt.*
Si fieri hoc poſſe exiſtimaſſet, pro illo odio, qđ habet in ordinem equeſtrem feciſſet &c.. ꝑ Clu.50.a.
Hæc ego uos concupiſſe pro ueſtra ſtultitia atq; intemperantia non miror. ꝓ Rul.86.a.
Vterq; pro ſua dignitate & pro rerũ magnitudine, in ſumma ſeueritate uerſatur. I.C.119.b.
Neq; tamen ſenatus ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit. ꝑ Mur..136.b.
Hæc nequaq̃ pro opinione uulgi extimeſcenda ſunt. Tuſc.203.a.
Qua de re pro mea conſuetudine breuiter dixi. pro Arch.191.b.
Pro malis recte habebam. At.189.b.
Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. I.V.248 a.
Sic quę ab hoc pro facultate huius pro loco facta ſunt, grata eſſe uobis debent. ꝑ Cor.67.a.
In eam rationẽ pro ſuo quiſq; ſenſu ac dolore loquitur. I.V.90.a.
Tibi pro tua natura ſemper placuiſſe, cũ &c. At.245.b
Quare faciendum eſt, modo pro facultatibus &c. Off.45.a. *Huic diſputationi pro tuo ſtudio non eſt alienum te intereſſe.* đ N.5.a..
Videor hoc leniter pro mea authoritate uobis præcipere poſſe. ꝑ Font.282.b.
Miſi pro amicitia qui hoc diceret &c. I.A.155.a.
Is a Dione, pro hoſpitio, quod ſibi cum eo eſt, cognouit &c. I.V.113 a.
Quærela miſera quidẽ ſed mihi pro hoc gradu, in quo me S.P.Q R collocauit, neceſſaria. I.A.161.a.
In quo omnes pro ampliſſimis ueſtris honoribus ſummã grauitatem eſſe cognoſcitis. ꝑ Pom.27.a.
Nunq̃ te mihi pro tuis in me iniurijs ſatis eſſe facturum putabas. I.A.170.a.

Quis eſt, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? I.A.231.b.

Quod tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Att.128.a.

Si pro ueſtris immortalibus in me meritis parum nobis cumulate gratias regero, queſo &c. Poſt.204.a.

Non turpitudine uitæ, non pro magnitudine ſcelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege perſoluo. Antequam.197.a.

Quid mihi pro expectatiōe populi Rom. pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei temporis faciundū fuerit, non ignoratis. ꝓ Dom.219.b.

Quam porticum pro amore quem habetis in remp. & ſemper habuiſtis, ueſtris manibus diſturbare cuperetis. pro Dom.234.a.

Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderit. ꝓ Dom.135.a.

Si pro meis priſtinis opibus poſſem &c. Ep.204.a.

Achaiæ ciuitates pro horum temporum perturbatione felices ſunt, quod &c. Ep.226.a.

Vt ſuum negotium pro cauſæ ueritate & pro ſua dignitate conficiat. Ep.115.a.

Vt pro tuo in nos officio & noſtro in te ſtudio munus hoc accumulatiſſime tuæ largiamur uoluntati. Ad Her. 6. a.

Credo me quidem tibi pro animi mei uoluntate, & pro ea ſpe facultatum, quā tum habebamus, q̄ humaniſſime potuerim reſcripſiſſe. Ep.76.b.

Pro opinione uulgi. Tuſ.203.a. & 316.a. Pro rerum obſcuritate. & Ep.155.a. Pro magnitudine rei.

Pro temporibus. Att.123.b. & ibi. Pro rebus tuis geſtis ampliſſimis.

Pro re nata. Att.106.b. & 111.b.

Pro imperio & poteſtate. I.V.211.a.

C. Quintius illud iudicium pro poteſtate dimitti iuſſit. pro Clu.33.a.

Pro iure amicitiæ noſtræ a te peto &c. Att.161.b.

Hunc pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commode poteſt. ꝓ S.R.14.a.

Si omnes hoſpites huic pro patris eius hoſpitijs & gratia adeſſe uellēt, is ſatis copioſe defenderet. ꝓ S.R.43.a

Pro teſtimonio aliquid dicere. ꝓ S.R.35.a.

Lentulus popilium in iudicio de ambitu pro teſtimonio diligentiſſime laudauit. ꝓ Clu.45.a.

Sed heſterno pro teſtimonio te eſſe mentitum pauloante imprudens indicaſti. In. Vat.29.a.

Illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis. pro Mil.101.b.

Pro æde caſtoris ſedens &c. I.A.189.a. & 298.b. & 272.b. Pro æde Iouis ſtatoris.

Proluſio I.V.62.a.

Pro teſtibus, a teſtibus, ſecundum teſtes. Ad Her.8.a. & Ter.50.a. Et collaudaui ſecūdū facta & uirtutes tuas.

Antonius ſedens pro æde caſtoris dixit. I.A.189.a.

Cæſar nequaq̄ ſatis pro meis officijs, pro ipſius in alios effuſione in me liberalis fuit. Att.102.a.

Pro tuis rebus geſtis ampliſſimis amplioribusue quàm meis quàm Aphricani. Att.123.b.

Quibus in miſerijs una eſt pro omnibus. At.176.b.

Tibi pro tuis ſummis beneficijs gratias ago. At.264.a.

Beneficia pro debitis exigimus. At.286.b.

Communibus pro communibus uti, priuatis autem ut ſuis. Off.5.a.

Quoniam condemnatum eſſe pro nihilo uis. I.A.271.a

Sunt impij ciues pro charitate reip. nimium multi, pro multitudine bene ſentientium admodū pauci. I.A.190.b.

Præcepta, quæ imperiti pro ſalutaribus mortifera conſcripſerunt. ď L.171.b.

Pro mea perpetua cupiditate ueſtræ dignitatis augendæ, quæſo oroq; uos, ut &c. I.A.210.b.

Beſtia damnationem pro prætura putat. I.A.232.b.

Tamen ego pro decreto putarem. I.A.236.b.

Sunt fortes illi quidem, ſed propter memoriam rerum quas geſſerunt, pro populi Romani libertate & dignitate Reip. nimis feroces. I.A.145.b.

Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & coniunctione depoſco. I.A.148.a.

Pompeius Cn F. pro patris maiorumq; ſuorum animo ſtudioq; in Remp. ſuaq; priſtina uirtute, induſtria, uoluntate fecit, quod S.P.Q.R. pollicitus eſt operam ſuam &c. I.A.258.a.

Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, iuſtum eſt non licere. Off.61.a.

Num cenſes eum, qui Ariſtides eſſet, Lyſimachum ſalutare ſolitum. ď Sen.81.a.

Si de hæredibus aliquis exegiſſet pro ſua parte id quod &c. ď L.180.b.

Vendicare aliquid pro ſuo. ꝓ Mil.109.a.

Huic ego uos obijci ꝓ me non ſum paſſus. ꝓ Mil.108.b

Vulnus quod acu punctum uideatur, pro ictu gladiatoris putari. ꝓ Mil.114.a.

Qui patre uiuo dum mortuo pro herede geſſerit omnia. In Sal.274.a. & b. Si illud elogium pro lege palàm uniuerſis recitarem.

Proauus, ui. *Ci. pro Cæl. 44.a. Pater, auus, proauus, atauus. & ď Fin.98.a.*

Proauus L. Murenæ & auus prætores fuerunt. pro Mur.127.a.

Tuditanus proauus Hortenſii. Att.205.b. & de Cla.183.b. Duo aui & tres proaui.

Probabilis, le. *ueriſimilis, credibilis, tolerabilis, uēdibilis. Ci. ď In.52.a. Probabile eſt id quod ferè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinē ſiue id falſum eſt ſiue uerū.*

Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut eius facti probabilis ratio reddi poſſit. ď Fin.102.a. & Off.1.b.

Quod cur factum ſit, probabilis ratio reddi poteſt.

Sed ea quæ nos percipi comprehendiq;, eadem nos, ſi modo probabilia ſint, uideri dicimus. Acu.26.b.

Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Parad.216.a.

Qui nihil ſine aliqua probabili coniectura & ratione dicunt. ď D.111.b.

Alicuius diſputationem nobis probabilem & propè ueram uideri. ď Or.106.a.

Honeſto ac probabili nomine errorem obijci cupiam.

pro Cæc.198.a.
C.Sicinius probabilis orator, iam uero etiam probatus. de Cla.189.a.& 186.a.P.Antronius uoce magna, nec alia re ulla probabilis.& 189.a.Probabilis, tolerabilis, uendibilis, orator non ſatis uendibilis populo.
Ingenium probabile.đ Cla.180.b.
Semper exiſtimaui iucundiorem & probabiliorem huic populo oratorem fore, qui &c.đ Or.122.b.
Diſcipulus probabilis.đ Or.95.b.
Cauſam probabilem reddere, alicuius rei.Off.20.b.
Probabilitas,tis. Ci.Acad.19.a. *Multa ſunt, quæ nos fallunt probabilitate magna.& đ Fin.105.a. Captioſa probabilitas.& Acad.26.a.*
Quodcunq; noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus.Tuſ.234.b.
Probabiliter. Ci.Or.208.a.*Rem probabiliter exponere.& de D.83.a.*
Probatio,onis. Ci.ꝑ Font.277.b.*Falſum eſt ob probationem pretium datum, cū multa improbata ſint.*
Probator,oris. Ci.ꝑ Cæc.301.a. *Huius rationis non modo inuentor ſed ne probator quidem ſum.*
Nihil intereſt ſuaſorem facti & probatorē. I.A.166.a
Probatus,a,um. *ſpectatus.* Ci.đ Cl.189.a.*C.Cicinius probabilis orator, iam uero etiam probatus. & ibi. C.Sicinius orator probatus ex hac inopi Hermagoræ diſciplina.* *Quibus ſi fuerit probatus, omnibus eſſe ſe probatum debet ſperare.ꝑ Plan.264 b.*
Prætura ꝓbata in iure, grata in munere.ꝑ Mur.136.b
Cæterarū artiū homines ſpectati & probati.đ Or.95.a
Vita conſtans & probata.Top.227.b.
Probatiſſima fœmina.ꝑ Cæc.287.a.
Viribus probata Numantia.Ad Her.4.b.
Probe. Ci.đ Or.161.a.*Antipater ille, quem tu probe Catule meminiſti.*
De aquæ ductu probe feciſti.Att.205.a.
Probe teneo.đ In.56.b.& Ep.14.b. Quod cum probe ſcirem &c.
De Saturnino curaſti probe.At.68.a.
Quem hoīem probe cōmeminiſſe ſe aiebat.đ Or.104.b
Ad Amanum exercitum adduxi ſatis probe ornatum auxilijs.Ep.23 a. *Oculus perturbatus nō eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum.Tuſ.193.b.*
Hoc igitur probe ſtabilito &c.Tuſ.167.a.
Thucydides res geſtas narrat grauiter ſane & probe. Or.199.b.
Itaq; probe definitur a Stoicis fortitudo, cum dicūt &c. Off.13.a. *Illud probe iudicas.Att.102.a.*
De Seruio probe dicis.de Cla.178.a.& Tuſ.180.b. Probe dicis, ſed &c.
Probitas,tis. *bonitas, integritas, uirtus.*đ Am.101.a.
Ci.ꝑ plan.272.a.*Virtus, probitas, integritas in candidato requiri ſolet.*
Cum ſeparatim de probitate eius & moribus dicturus eſſem.Ep.208.a.
Pudor, qui nonmodo non obſit ſed etiam probitatis commendatione proſit.đ Or.95.a.& 128.a.Probitatis commendatione boni uiri ſpeciem tueri.
Pædagogi probitas.At.197.b.
Ab altero propter probitatem eius non alienos animos habemus.đ Am.101.b.& ibi. Tanta uis eſt probitatis ut eam uel in hoſte diligamus.
Problema,tis. Ci.Att.186.a. *Iam explicandum eſt* πρόβλημα. & 214.a. πρόβλημα ἀρχιμήδειον.
Probo,as. *approbo, aſſentior, laudo, aliquid mihi probatum eſt, planum facio, fidem facio, argumentor, ſigno ueritatem illuſtro, credere facio, teſtimonio ſum, perſuadeo, doceo, firmo, agnoſco.* X. *improbo.*
Ci.ꝑ Mil.116.b.*Nunc uero quis eſt qui non probet? qui non laudet? id eſt id factum.*
Audio a bonis uiris hanc cunctationem noſtram nō probari.At.134.b.& 152.a. Meum factum probari abs te gaudeo.
Quæ a Platone dicta ſunt non probari in populis & ciuitatibus.đ Or.104.a.
Sed hæc ſententia ſic & illi & nobis probabatur, ut &c.Ep.7.a.
Minime uero probatur huic diſciplinæ, amicitiam propter utilitates aſciſci aut probari đ Fin.105.a.
De te autem Catilina, cum quieſcunt, probant. In C.101.b.
Hoc Senatus probat, nec populus eſt in alia uoluntate.ꝯ Rul.65.b.
Sed paucis ipſe uerbis cauſam illam grauitate ſua defendit & probauit.ꝑ Cor.63.a.
An eam cauſam probare non poteram? cuius tanta bonitas eſt, ut ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentem per ſe probarit.ꝑ Dom.214.b.
Non uereor ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem.I.V.219.b.
Libros oratorios in manibus habeo, quos, (ut ſpero) tibi ualde probabo.Att.61.b.
Probas mihi iſta Craſſe. quę dicis.đ Or.91.b.et ꝯ Rul. 87.b.Si quæ dixero uobis probabo.
Spero tibi me cauſam probaſſe.At.2.a.
Quod ſibi probare non poſſit, id perſuadere alteri conatur.ꝑ Q.R.45.b.
Vt uobis rationem mei facti probem. pro Mur. 224.b.
Probabo Verrem contra leges pecunias cepiſſe. I. V.78.a.
Et tibi magnitudinem ſolis probabo.đ Fin.54.b.
Bonis uiris probare, quod ſentias.Ep.58.a.
Probare alicui, quod dicas.đ Fin.54 b.
Tantum contendere, quantum probare alicui poſſis. Epiſt.14.a.
A magiſtris cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi ſeſe, quominus id facerent. Epiſto.201.b.
At multis ſe probauit.đ Fin.81.b.
Cum grauiter ex inteſtinis laborarem, neq; ijs, qui opera mea uti uolebant, probarem me non ualere.Ep. 207.b.a.& 166.b.
Vel ſeueriſſimis diſceptatoribus M.Cœlij uitā me probaturum eſſe confido.ꝑ Cæl.44 b.
Carneades nullam unq̄ rem defendit quā non probarit, nullam oppugnauit, quā non euerterit.đ Or.123.b.

His tu

His tu Epiſtolis recitatis, his mulierculis productis, illo abſente authore laudato tantum te crimen probaturum putaſti. ꝓ Fla. 163.b. 164.a.

Rationem facti ſui & conſtantiam officij omnibus probare. ꝓ Syl. 167.a.

Quod uerum eſt, pro uero probare. đ In. 65.a.

Probare triticum. X. *improbare.* I. V. 163.b.

Probare picturam. đ Op. 244.a.

Tabulis hoc Cenſorum, memoria multorum firmabo & probabo. I. Firmo.

Habes cauſam meam quæ ſi Bruto non probabitur, neſcio cur illum amemus, ſed auunculo eius certe probabitur. At. 83.b.

Qua in legatione omnibus ita ſe probauit, ut &c. pro Lig. 137.a. *Quod ego ambobus negaui, & ijs probaui &c.* At. 85.b & ibi *Qđ uereor tibi ipſi ut probẽ.*

Quos libros tibi tam probari gaudeo. Att. 86.a.

Moleſtiſſimum eſt Statium dicere à me quoq; id conſilium probari. At. 89.b.

Hæc à me ordine facta, puto me Bruto probaturum, tibi neſcio, Catoni certe probabo. At. 91.a.b.

Pompeius non dubitat, ea quæ de Rep. nunc ſentiat, mihi ualde probari. 98.b.

Non mihi ſatis idonei ſunt authores qui a te probãtur. At. 132.a. *Conſilium factumq; noſtrũ ab Sexto probatur.* At. 139.b. *Conſilia ex euentu, non ex uoluntate a pleriſq; probari ſolent.* At. 142.a.

Conſilium a te probari facile patior. At. 238.b.

Sic ei probatum eſt qđ ad te ſcribo, ut ipſe crediderit. At. 254.a. *Pompeius Hirtio agente nolle ſe non probauit.* Q. Fra. 327.b.

Probroſus, a, um.

Ci. ꝓ Fon. 281.b. *Probroſum crimen.*

Probrum, bri. *dedecus, conuitium, male dictum.*

Ci I. V. 184.a. *Ego iſtum uelim ex paternis probris ac uitijs emergere.* *Tuum ſcelus meum probrum putas eſſe oportere.* ꝓ Dom. 230.b. *Illis inimicorum iniuria probro non fuit.*

Vita ruſtica, quam tu probro et crimini putas eſſe oportere. ꝓ S. R. 16.a. & In Vat. 30.a. *Magno tibi probro futurum eſt, ſi &c.*

Sumptus effuſi cum probro atq; dedecore. ꝓ S. R. 29.b

Epiſtolæ plenæ omnium in me probrorũ. Att. 176.a.

Inferre probrum alicuis ꝓ Cel. 46.b.

Obijcere probra alicui. đ Or. 135.a.

Obijcere alicui in probrum, qđ ſaltarit. Tuſ. 148.b.

Aliquem probris oĩbus maledictiſq; uexo. ꝓ Fl. 156.b.

In iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullũ obiectus, ſed etiam laudem illuſtras meã. ꝓ Dom. 228.b.

Prætor iudicium prius de probo quàm de re maluit fieri. pro Quint. 1.a.

Itaq; in probris maxime in promptu eſt, ſi quid tale dici poteſt &c. Off. 12.b.

Probri inſimulaſti pudiciſſimam fœminam. I. A. 179.a.

Tam perdita libido, quæ tum probro priuato coniungeret imperij dedecus. đ Sen. 85.b.

Probus, a, um. *bonus, moratus, bene inſtitutus, ſpectatus, integer, frugi, religioſus, caſtus, officioſus, antiquus, purus pudens.* Ci. đ Or. 125.a. *Probus, bene moratus & bonus uir.* & I. V. 184.a. *Nauus & pudens & probus filius.* *At hoc ne homines quidem probi faciunt.* de D. 119.b.

Malum, quod fundamentum & radices habeat altiores 287.b. Brut. Ae. Nam habent ſuas radices, quas ta‑ men euellerem ſi poſſem. At.163.a.
In Maſſica radicibus ꝓ Rul.79.b. & Antrā. 194.b. In radice pallatij.

Rado, dis. Ci. đ L.182.a. Mulieres genas ne raduntο. Qui capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis. ꝑ Q.R.48.a.

Ramulus, li. Ci. đ D.105.b. Ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe.

Ramus, mi. Ci. đ Or.139.a. In arboribus truncus, ra‑ mi, folia.
Denudat folijs ramos & cortice truncos. Ci. In Arat.
Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. pro Cec.296.b.

Rana, næ. Ci. đ N.51.a. Ranæ marinæ dicuntur ſe ſe obruere arena ſolere.
Ranæ enim ἐκτενόωντες. At.146.a.

Rancidus, a, um. Ci. I.P.94.a. Caro ſubrancida.

Ranunculus, li. Ci. Ep.104 a.

Rapacitas, tis. Ci. ꝑ Cæl.40.a. Quis in rapacitate auarior?

Rapax, cis. Ci. I.P.93.b. Iſte crudelis olim furunculus, nunc uero etiam rapax & Sal. In. Cic.271.a. Manus ra paces. Furē aliquē aut rapacem accuſaris. I.V.148.b Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius ꝗ natu ra. đ Am.105.b. Europam Lybiamq; rapax ubi di uidit unda. đ N.64.b.

Rapide. Ci. Or.208 b. Quod cum rapide fertur ſuſti‑ neri nullo modo poteſt.

Rapidus, a um. Ci. đ Fin.64.b. Nunꝗ orationem rapi‑ dam coerceas.

Rapina, næ. Ci. I.C.106.a. Nihil cogitant niſi cędes, incendia, rapinas. & Off 44.a. Atq; etiam largitionem ſequuntur rapinæ. Spes ꝑdæ ac rapinarū. Ep.188.a Si qua uis, aut ſi quæ rapinæ fieri cœperint. Ep. 238.a.

Rapio, pis. uoco. Ci Off.3.a. Cum utilitas ad ſe rapere honeſtas contra reuocare uidetur.
Eſſedum aliquod rapias. ad nosq; recurras. Ep.99.a.
Quo te iſta tua cupiditas effrenata rapiebat. I. C.101.a
Cum aliqua his ampla & honeſta res obiecta eſt, totos ad ſe conuertit, & rapit. Off 40.b. & đ Fin.64.b. Cum fertur quaſi torrens oratio multa cuiuſq; modi rapit etc.
Et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioq; rapiuntur. đ D.103.a.
Ad quē metum ſi deorum monitis non duceremur, tamē ipſi noſtro ſenſu coniecturaq; raperemur. đ Ar.256.b.
Detrahere aliquid alteri & rapere ad ſe commoda alte rius. Off.56.a.
Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. I.P.92. a.
Opinionibus uulgi rapimur in errorem. đ L.178.b.
Claſſis quæ ad Italiam ſtudio inflammato raperetur. ꝑ Pom.7.b.
Illum hoſtem accerſitum ad bona populi Rom. rapien‑ da. Off. 330.b.
Sed ſpes rapiendi atq; ꝑdādi cęcat animos. I.An.193.a.
In græciam deſperata libertate rapiebar. Ep.198.b.
Cum cæteræ uirtutes ad tortorē rapiantur. Tuſ.230.b
Vita eorum, qui ob facinus ad ſupplicium rapiendi ui‑ dentur. đ Or.130.b.
ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit. Off.20.a.
Ad quas pleriq; inflāmati auiditate rapiunt. Off.40.b.
Latrones tantum habent, quantum rapere poſſunt. I.A.172.a.
Marianus tribunus pl. qui nos Syllanos in inuidiam ra‑ pit. ꝓ Rul.88.a.
Rapere aliquem in odium. Ad Her.2.a.
Cum de rebus grandioribus dicas, ipſe res uerba rapiſit. de Fin.94.a.
Cum Cæſar amentia quadam raperetur. Ep.161.a.
Rapere conſiliū alicuius in contrariā partē. Ep.163.b.

Rapſerit pro rapuerit. Ci. đ L.174.a.

Raptim. curſim, ſubciſiuis (ut aiunt) operis.
Ci. Att.28.a. Hæc ſcripſi raptim. & pro Dom.241.b.
Cum ille ageret raptim & turbulente illam rem.

Rapto, as. Ci. ꝑ Dom.225.a. Vxor mea quam uexaui ſtis, raptauiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis. & Tuſ. 271.a. Quadrijugo curru raptari.
Iſte ſe raptim domum ſuam conijcit. Ad Her.40.a.

Raptus, a, um. Ci. ꝑ Seſt.28.a. Euerſa domus, eſt, diſſi‑ pati liberi, rapta coniunx. & Tuſ.161.b. Ganymedes a Dijs raptus.

Raptus, tus. Ci. I.V.225.a. Raptus uirginis.
Quis de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ uelint? Tuſ.223.a.

Raritas, tis. Ci. đ N.53.b. In pulmonibus ineſt raritas quædam & aſſimilis ſpongijs mollitudo.

Raro, inſolenter, non ſæpe, minus ſæpe. Ad Her.19.a.
Ci. ꝑ S.R.24.b. Hoc maleficium ita raro extitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile nu‑ meretur.
Deinde id extimere uulgo ſoleat, an inſolenter & ra‑ ro. đ In.51.b.

Rarus a, um. quotus, paucus.
Ci. đ Som.129.b. Vides habitari in terra raris & an‑ guſtis locis.
Qui igitur in utraq; re conſtantem ſe præſtiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus. de Am.108 b.
In omni re optimum quicq; rariſſimum eſt. đ Fin.81.b.
Omnia pręclara rara đ Am.111.a.
Oportet autem animaduertere, ne cum aliter multa ſint iudicata, ſolitarium aliquod aut rarum iudicatum affe‑ ratur. đ In.97.b.
Rarum, ſingulare. X. uulgare. Top.116.b.

Raſus, a, um.
Ci. ꝑ Q.R.48.a. l. Rado.

Ratio, onis. conſilium, mens, inſtitutum, cauſa cur ali quid fiat, argumentum, uia, modus, calculus, quid ſe‑ queris? quam rationem ſequeris? X. libido.
Ci. Off.20.b. Duplex eſt enim uis animorū atq; naturę, una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt græce ὁρμὴ quæ hominem huc & illuc rapit, altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendum'ue, ſit, ita fit ut ratio præſit, appetitus uero obtemperet.

Ratio eſt,quæ præſtat omnibus.d N.53.a.

Omnia quæ rationem habent,præſtant ijs,quæ ſunt rationis expertia.d Leg.172.b.

Motus celer cogitationis,acumen ſolertia,quam rationē uocamus.d.N.73 b.

Ratio quaſi quædā lux lumenq; uitæ.Acad.7.b. et Tuſ. 285.b.Domina omnium & regina ratio.

Mens,ratio & conſilium in ſenibus eſt.d Sen 91.a.& p Quint 9.b.Rationi ac conſilio locum dare.

In mundo & mentem & rationem ineſſe d Cla.172.b.

Lex eſt mens rationi prudentis.d Leg.159.b.& ibi.Lex eſt ratio ſumma inſita in natura.& ibi.Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta,lex eſt.

Quibus in rebus non ratio & conſilium ſed temeritas & caſus ualet.d D 126.a.

Iracundi longius digredi q̃ ſapientis hominis cogitata ratio poſtulat.d Ar.244.a.

Exercendum eſt corpus & ita afficiendum,ut obedire cõſilio rationiq; poſſit in exequendis negotijs & in labore tolerando.Off 16.a.

Homo habet ſenſum & rationem & orationē.d.N.64.b

Expers rationis.X.rationi utens.Top.136.b.

Homo qui rationis eſt particeps,per quam conſequentia cernit principia & cauſas rerum uidet,earumq; progreſſus quaſi anteceſſiones non ignorat,ſimilitudines comparat.rebusq; præſentibus adiungit,atq; annectit futuras. Off.3.a.b.

Quemadmodum ratione recte fit,ita ratione peccatur.d N.73 b.& ibi multa de ratione.

Augere rem bonis et honeſtis rationibus.p R.P.128.b

Videndum eſt cuiuſmodi rationem in diſponendo habere conueniat.Ad Her.30.a.

Si habenda cum Antonij latrocinio pacis ratio fuit.I.A. 242 b. Cauſa in qua neq; pacis neq; uictoriæ ratio quæſita unq̃ eſt.At.118.a.

Ve conſules rationem agri habeant,qui ſine iniuria priuatorum diuidi poſſit.I.A.201.a.&.203.b.Eiusq; rationem,quæcunq; appetet,ita haberi placet prout haberi lege liceret,ſi anno ſuperiore quæſtor fuiſſet.

Agricolę rationem habent cum terra,quæ nunq̃ recuſat imperium.d Sen 87 b.

Hoc ego nihil utilius inuenio cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem Off.69.a.

Vtriusq; ratio habenda eſt,in deligendo genere uitę ſed naturæ magis.Off.14 b.

Habere rationem non ſuam ſolum ſed etiam aliorũ.Off. 28.a.&.27.b.Vt incipiendi ratio fuerit,ita deſinendi modus.

Cynicorum ratio eſt inimica uerecundiæ.Off.30.a.

Hæc eadem nunc ab illis defenſionis ratio uixq; tentatur. I.V.236.a.

Ea noſtra ratio eſt,ut omnes boni faueant,omnes improbi oderint.Q Fr.298.a.

Tua ratio poſtea eſt commutata.Ep.33.a.& ibi.Ego tibi meum conſilium exponam.&.144 b.Nunc alia ratio eſt omnium rerum.

Oratoriæ facultatis tres ſunt rationes,una etc.altera etc. tertia &c.d Or.120.a.

Quæro cur nemo ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationem acceſſerit.p Quint.14.a.

Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq; reuocabant.p Dom.216.a.

Qui nouam rationem ſuſcitant,ueteres maiorum obterũt laudes.Antq̃.195.a. Diuerſa Catilinæ ſtudia non diſſimili ratione.I.C.106.a.

Niſi mihi totam rationem omni & perſonarum genere & literarum explicaris.p Fla.155 b.

In officio perſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt Poſtq̃.203.a.

Pergami non multum auri ratio conſtat.p Fla.260.b.

Sylla pacis conſtituendæ rationem & belli gerendi poteſtatem ſolus habet.p.S.R.22.a.

Cæſar rationem adhibens conſuetudinem uitioſam emendat.d Cla.188 b.&.189 a.Cæſar ſplendidam quandã & minime ueteratoriam dicendi rationem tenet.

In utendo ratio,in carendo patientia expetenda eſt.pro Dom.143.a.

Non modo ignoſcendi ratio ſed etiam cognoſcendi conſuetudo de ciuitate ſublata eſt.p.S.R.19.a.

Oratorum fontes uides ad noſtrorum annalium rationē ueteres,ad ipſorum ſanè recentes d Cla.268.b.

Puerum in hanc noſtram rationem conſuetudinemq; inducemus Q.Fr.324 a. Is conſtans in optima ratione ſemper fuit.p Dom.230.b.

Ratio illa,quæ etiam poſteris poſſet eſſe ſalutaris.Att. 283.a. Nemo mihi ſe ipſa populari ratione anteponat.p Dom.231.a.

Hoc rò per te agebatur,quod propter ærariam rationẽ non ſatis erat &c.p Quin 3.a.

Nec totam rationem gallici belli prope iam explicatam perturbare atq; impedire debemus d Pro.76.b.

Incumbe omni ſtudio in eam rationem,qua adhuc uſus es.Q.Fr.295.a.& ibi.Vt eos omni ratione tueare.

Quantos æſtus habet ratio comitiorum.p Mur.233.b. & ibi.Nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Licet iſta ratione dicamus,pila ludere,proprium eſſe iuris ciuilis.d Or.103.b.

Ad eam rationem exiſtimabã ſatis aptam eſſe perſonam meam.At.149 b.

Nemo eo commodior,comior,moderatior fuit ad omnẽ rationem humanitatis.p Mur.139 b.

Ad hanc rationem maximam natura uim habet.Off.24. a.&.16.a.Hęc res non ſolum ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicam.

Vertit hic rationem & id quod probare non poteſt,fingere conatur.p Q.R.80 b.

Bonæ rationi & conſtantiæ & graui nullum a nobis fructum eſſe propoſitum.p Fla.166 b.

Sin eſt in me ratio reip.religio priuati officij,nihil minus accuſator debet dicere.p Syl.162 b.

Docui quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta I.C.107.a.

Summus labor ac difficillima ratio gerendi conſulatus.c Rul.67 a.

Omnibus eſt difficilis & magna ratio.c.Rul 67.a.

Ego illos comitiorum ratione priuaui.I.P.80.a

O miſera

O miſera uitæ ratio, quæ &c. Ante q̄. e97.b. & ꝓ Pom. 27.b. laborioſiſſima uitæ ratio.

At Q. Catulus & Hortenſius ab hac ratione diſſentiūt ꝓ Pom. 13.b. Mea ratio uoluntasq; ab eo abhorret. I.V. 110.b. & ꝓ Pom. 4.a. Non mea me uoluntas ſed meæ uitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibue runt. Illa de ratione numaria non ſunt eiuſmodi. At. 165.a.

Idq; ad omnē rationem mutat & uertitur. đ Or. 159.a

Mea ratio in dicendo hæc ſolet eſſe, ut ornem &c. de Or. 135.b. Tua ratio eſt ut ſic facias, mea autem ut ſic &c. I.V. 72.b.

Minari diuiſoribus ratio nō erat. I.V. 70.b. & Ad Her. 28.a. Ironiam alterius perpetuam præſertim nulla ratio fuit perſequi. Acad. 19.b.

Nulla ratio eſt amittere hāc occaſionem. ꝓ Cec. 227.b. & ꝓ Clu. 31.a. & de Pro. 73.a. Propter rationem belli gallici. Continet enim totam hanc quæſtionem ea ratio, quæ eſt de natura deorum. đ D. 105.a.

Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adiungendum putaſti. Ep. 9.a.

De qua ratione tota iam uidetur mihi exponēdi tempus dari, ut tibi reſcribam ad ea, quæ quæris. Ep. 10.b.

In hac ratione quid tempus ferat, tu perſpicies. Ep. 7.b. & 12.b. Cor dāq; contra iſtam rationem, meā dicam.

Si hæc ratio rei gerendæ periculoſa tibi uidet. Ep. 7.b.

Quod ad popularem rationem attinet. Ep. 3.b.

Cum hoc aliquid Adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, num tibi turpe uideatur? ꝓ Cęl. 48.a.

Nihil cum eo rationis habui. I.V. 146.b. & At. 25.b.

Cum omnibus muſis rationem habere cogito. & ꝓ Syl. 277.b. Magna ratione cum rege contracta.

Nulla cum eo pacis ratio eſſe poteſt, in quo eſt incredibilis crudelitas. fides nulla. I.A. 194.a. & ibi. Hoſtis, qui haberet rationem aliquam ſi res ita tuliſſet, pacis & fœderis. Pro ratione pecunię liberius eſt Brutus tractatus q̄ Pompeius. At. 93.a.

Omnes quibus cum ratio mihi aut eſt aut fuit. ꝓ Quin. 13.b. & ꝓ Q. R. 51.b. Quę ratio tibi cū eo īterceſſerat.

Publicani ſuas rationes & copias in prouinciam contulerunt. ꝓ Pom. 7.a. Nunq̄ meas rationes ſaluti ueſtrę antepoſui. Poſt. 192.a.

Duxi meam mecum rationem. At. 228.a.

Ducere rationem ſui commodi. ꝓ S.R. 40.a. & ꝓ Seſt. 7.b. & I.V. 102.a. Ducere rationem alterius.

Qui non tam cœli q̄ cœlati argenti rationem duceret. I.V. 134.b. Ducere rationem ſalutis ſuæ. Ep. 96.b. et 103.a. & 114.b.

Vniuſcuiuſq; facultatis ad agendū ducta ratio eſt. I.V. 57.a. & Officij rationem duci conuenit. l. Duco.

Vt habeam rationem non modo negotij ſed etiam otij tui. At. 80.b.

Qua in re maiorem habeo rationem tuę uoluntatis &c. q̄ conſtantię meæ. At. 284.a.

Quibus in rebus habenda eſt ratio diligenter, quos imitemur, quorum ſimiles uelimus eſſe. đ Or. 97.b.

Eſt autem qđ differat in omni ratione habenda inter iuſtitiam & uerecundiam. Off. 20.a.

Horum uobis pro ueſtra ſapientia eſt habenda ratio diligenter. ꝓ Pom. 7.a.

Cum huiuſce periculi, tum cæterorum quoq; officiorum & amicitiarum ratio conſeruata eſſe uideatur. pro Clu. 41.b.

Ex omnibus præmijs uirtutis ſi eſſet habenda ratio præmiorū, ampliſſimū præmium eſſe gloriā. ꝓ Mil. 120.b.

Qui eorum, quibus cum eſt, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, is ineptus dicitur. đ Or. 110.a.

Præſtabo ſi Cæſarem bene noui, eū prius tuæ dignitatis q̄ ſuæ utilitatis rationem habiturum. Att. 141.b.

Non tam dicendi uobi ratio habenda fuit q̄ audiendi. đ N. 13.a. & Att. 231.a. Ve ſummam reip. rationem habeamus.

Hoc rationis habebant, non poſſe &c. I.V. 223.a. et ꝓ Cec. 225.a. Niſi forte hoc habuit rationis, quomā &c.

Habui rationem, ut tibi conſulerem. Ep. 33.a.

Neque illud rationis habuiſti, eam prouinciam &c. I.V. 243.b.

Habeo rationem quid a populo Rom. acceperim. I.V. 243.a.

Verum cum habeo rationem dierum, ante puto tranſmiſſuram, q̄ potuerit conueniri. At. 125.b. & Ep. 35.a.

Vt habere rationem poſſis, quo loco me cōuemas. et ibi. Et ex diebus & ex ratione itineris conſtitui &c.

Habui rationem annorum, per quos &c. I.V. 245.b. & 250.a. Habeo rationem dierum. & ibi. Rationem numerumq; habere. & 256.a. Hanc rationem habere cœpit. & Att. 125.b.

Habere rationem officij in ſocios. I.V. 139 b.

Et huius pecuniæ, quæ ꝑ magna eſt, nō habui rōnē. neq; habere potui, quantū ab aratoribus &c. eſſet coactum. I.V. 139.b. Exiſtimo omnino rationem abſentium ſacerdotum comitijs poſſe haberi. Att. 276.a.

Deos piorū & impiorū habere rationem đ L. 172.b.

Habere rationem, ducere rationem, reſpicere, habere iudicium de aliqua re.

Rationem uitę ab altero repoſcere, qui non poſſit ſuæ reddere. I.V. 59.a. et đ Opt. 244.b. Rōnē cauſamq; alicuius rei quęrere. đ D. 118.a. Ab aliquo prouinciæ adminiſtratæ rationem repetere. Poſt. 202.b.

Qua lege in eo genere a Senatore rō repeti ſolet de pecunijs repetundis. ꝓ Clu. 39.a. & ibi.b. Suæ ſententiæ rationem reddere. Antiqui rōnē ſnīæ ſuę nō ferè reddebant. Tuſ. 150.a. Vt paucis rationem noſtri cōſilij demus. Ad Her. 23.b. Semper ita uiuamus ut rōnē nobis reddendam arbitremur. I.V. 114.a. & ꝓ Q. 3.a

Reddere rationem omnium rerum. & Ep. 147.a.

Ridere rationem ſui operis. đ Or. 90.a. & Or. 214.b.

Redere rationem cur aliquid ſit.

Reddere rationem de factis aliorum. I.V. 114.b.

Vt etiam ſi poſſis rationem reddere cur id eueniat, tamen &c. Acad. 26.b.

Reddere cauſam probabilem alicuius rei. Off. 20.b. & 2.b. Cur aliquid factum ſit.

Perſolui rationem officij mei. I.V. 272.a.

Rationem tantę familiaritatis reddas atq; exponas neceſſe eſt. ꝓ Cel. 44.b.

*Hunc ergo antepones Platoni quã ut rationem non red-
deret, authoritate tamen hos minutos philoſophos uince
ret đ D.93.b.& 121.a. Chryſippus naturalem rationẽ
omnium reddit.*

*Sic ego contendo me tibi cuiuſcunq; tribus rationem po-
poſceris, redditurum. p Plan.269.a.*

*Clarorum uirorum non minus otij q̃ negotij rationem ex
tare oporteret. p Plan.273.a.*

*Redde rationem quantum patrimonij acceperis, quid
tibi litibus accreuerit. Sal. In Ci.271.a.*

Subijcere & ſupponere rationem. đ In.71.a.

Et quidem cur ſic opinetur rationem ſubijcit. đ D.130.a.

Ad propoſitum ſubiecta ratio. đ Or.162.a. & ibi. Suppoſita ratio.

Afferre rationem, quamobrem &c. p Cec.303.a.

Afferre rationes in aliquam rem. p Cecin.298.a.

*Quam nam rationem Cæſari allaturus es profectionis
tuæ? At.177.b. & đ.N.16.a. Tertiam rationem afferetis, quod &c.*

*Ve uobis mei rationem facti probem. p Mur.124.b. et đ
Ar.244.a. Mei facti rationẽ exponere illis uolo, qui etc.*

*Afferre rationes, quibus aliquid probemus. Ep.57.a. uel
cur ita ſit 86.b.*

Rationem facti ſui omnibus probare. p Syl.167.a.

*Tum rationes in ea diſputatione a te collectæ uetabant
me reip penitus diffidere. Ep.70.a.*

*Te ora ut mihi rationem oſtendas iudicij corrumpendi.
p Clu.31.b. & đ.N.74.b. Suggerere rationem alicui
ſententiæ.*

*Inire rationem faciendi aliquid. At.191.b.& 225.b. Ea
ratio ædificandi initur, conſiliario quidẽ & authore Veſtorio.
& Ep.165.a. Vt rationem ineo.*

*Pecuniæ quærendæ non ſolum ratio eſt ſed etiam collocandæ,
quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet. Off.41.b.*

Rationes ſumptuariæ. At.220.a.

Referre rationes. I.V.83.a.& đ Opt.244.b.

*Referre rationes ad ærarium. I.V.96.a.& 248.a. Et ci
uibus ſuis rationem referre debebat.*

Scriba, qui rationes ad ærarium retulit. I.P.92.b.

*Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. I.P.
93.b. ex Plau. in Trinummo.*

*Rationes mei Quæſtoris nec uerum fuit me tibi mittere,
nec tum erant confectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus.
Ep.28.a.& 75.a. Vt apud duas ciuitates Laodicenſem
& Apamenſem rationes confectas & conſolidatas
deponeremus. & At.96.b.*

*Pecunia publica, cuius ratio in æde opis confecta eſt. I.
A.197.b.*

Putare rationes cum aliquo. At.60.b.

Inferre rationes falſas. p Pla.150.a.

*Inita ſubductaq; ratione nefaria ſcelera meditari. đ.N.
74.a. Voluptatum ne calculis ſubductis prælium ine
unt? đ Fin.77.a.*

*Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſime conficitur,
quo quiſq; die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus
ſit. I.V.266.a.& 97.b. Inducere aliquam pecuniæ
ſummam in rationem.*

*Ego tam rationem Philogeni & permutationis eius quã
tecum fecit, edidi. At.75.a.& 102.b. Edere rationes alicui.
Rationes Erotis propemodũ cognitas habeo. At.
247.b.& 83.a. Quid opus eſt inq̃, potius q̃ rationes cõ
feratis? aſſident, ſubducunt ad nummum, conuenit.*

Accipere rationes a colono. p Cecin.303.a.

*Argumentum ratio ipſa confirmat, quæ ſimul atq; emiſſa
eſt, adhæreſcit. đ Or.128.b.*

*Quid habuit argumenti aut rationis res, quamobrem ita
faceres? I.V.131.b.*

*Argumentis ac rationibus noſtra confirmare, deinde cõtraria
refutare. đ Or.116.a.*

Argumentorum ac rationum loci. Or.201.a.

*Tu authoritates omnes contemnis, ratione pugnas. đ.N.
61.b.& 92.a. Rumoribus mecum pugnas, ego autem rationes
requiro.*

*Omiſſis authoritatibus ipſa re & ratione exquirere ueritatem.
p Pam.13.b. Doces enim ratia mathematicorum
quanta humilitate luna feratur. Ci.*

*Quod ſi adimi ciuitas illi poſſet, magis tamen rationem
illam omnes quæreremus, quemadmodum poſſemus &c.
q̃ uti nunc quiſq̃ exiſtat, qui &c. p Cecin.304.b.*

Efficere & concludere rationem. đ Fin.53.a.

Vera ne ſit ſumma cuiuſq; rationis. đ Or.123.a.

Concluditur ergo ratio, ſi enim &c. đ D.113.b.

*Neq; id dicitis ſuperſtitioſe atq; aniliter, ſed phyſica conſtantiq;
ratione. đ.N.78.b.*

*Cauſæ ratione non uocibus ponderari debent. p Cecin.
296.b. Cum ſine fato ratio omnium rerum ad naturã
fortunamq; referatur. đ Fat.141.a.*

*Cratippus ex ipſis exemplis &c. ſolet rationem concludere
hoc modo, ſi ſine oculis &c. đ D.95.a.& 97.b. Eſſe
diuinationem hac ratione concluditur, ſi ſunt dij &c.
& 111.b. Poteſt ne igitur earum rerum, quæ nihil habene
rationis, quare futuræ ſint, ulla eſſe præſenſio?*

*Ventorum ſigna, quam rationem habeant, non ſatis perſpicio,
uim & euentum agnoſco. đ D.83.b.*

*Quid enim poteſt dicere, cur iſta editio non ſummã habeat
æquitatem? remota ratione illa, quam in decernẽdo
ſecuti ſumus? p Plan.267.a.*

Duplex eſt ratio orationis, quarum &c. Off.42.b.

Ille hoc magna ratione fecit. p Plan.259.a.

*Nec me ſolum ratio & diſputatio impulit ut ita crederem,
ſed nobilitas etiam & authoritas ſummorum philoſophorum.
đ Sen.93.a.*

Hoc ſummi officij ratione impulſus facio. I.V.132.b.

Certa quadam ratione non feci. Ep.28.a.

Nihil niſi ſumma ratione facere. At.127.b.

Si mei conſilij cauſam rationemq; cognouerit. I.V.55.a.

Quod domi te incluſiſti, ratione feciſti. At.6.a.

*Nequaq̃ ſatis uerbis cauſam & rationem iuris amplecteretur.
p Cecin.292.b.*

Bona ratio confligit cum perdita. I.C.109.b.

Duæ epiſtolæ in eandem rationem ſcriptæ. At.6.a.

Rationem bene uiuendi hominibus dare. đ Or.122.b.

Omnia quæ ratione docentur & uia. Or.207.b.

Qua ratione illi primum nuntiauit? p S.R.34.b.

*Modo & ratione omnia facere. p Quint.4.b.& ibi. Recte
atq; ex ordine aliquid fieri.*

Exquiſita ratio.Ep.57.a.&đ Fin.55.a.Et rationibus cõquiſitis de dolore diſputandum.& ibi.Exquiſitis rationibus confirmare aliquid.

R*atiocinatio,onis.* Ci.đ In.64 a. *Ratiocinatio eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciẽdi excogitatio.* *Multæ leges afferuntur,è quibus ratiocinatio naſcitur.*Ad Her.5.a.

R*atiocinatiuus,a,um.* Ci.đ In.46. *Quartum genus ratiocinatiuum,quintum definitiuum nominamus.*

R*atiocinator,oris.* Ci.At.6.b.*Hilarẽ dico ratiocinatorẽ. Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus,& addẽdo deducẽdoq; uidere,quę reliqui ſumma fiat.* Off.12 b.

R*atiocinor,aris.* *rationem habeo,rationem ineo.*

Ci.đ In.76 b.*De pecunia ratiocinari ſordidum eſt, cum de gratia referenda deliberetur.*

*Ratiocinando quod cuiuſq; officij ſit,quæri oportebit.*đ In.74.a.&.69.b.*Ratiocinari quid in ſimilibus fieri ſoleat.* *Etenim ſic ratiocinabantur,ſic inter ſe loquebantur.*I.V.70.a.

*At nos metiendi ratiocinandique utilitate huius artis terminauimus modum.*Tuſ.149.a.

*Socij noſtri profecto ratiocinati eſſent etiam atque etiam quid poſſent facere, ſiquidem &c.*Ad Her.27.a.

*Ex eo quod ipſe facturus eſt,non ex eo quod fieri conuenit,ratiocinatur.*Ad Her.11.b.

*Omnia noſtra mala,ſi recte ratiocinabimur,uni accepta referemus Antonio.*I.A.171.a.

*Cuius illi conatus,ut ille ratiocinabatur, nec ſi uellent reprimere poſſent.*ꝓ Mil.107.b.

R*ationalis,le.* *quod in ratione uerſatur.*

Ad Her.9.b. *In cauſa rationali primum quæretur, ecquid &c.* *Ea pars animi quæ mentis ac rationis particeps eſt.*l.Particeps.

*Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat.*đ In.93.b.

*Ratione utens.*X.*rõnis expers.*Top.226.b.&Of.35.a

*Particeps rationis & cogitationis.*đ Leg.160.a.

*Quod rationem habet.*đ Leg.172.b. & đ.N.64.b.*Homo habet ſenſum & rationem & orationem.*& đ Fi.74.a.*Homines rationem habent &c.*

*Cum omnis controuerſia in ratione ſiue in ſcripto uerſetur.*đ In.52.b.i.ἄγραφος ἢ ἔγγραφος.

R*atis,tis.* Ci.Tuſ.164.a.*Tanq̃ ratis in mari immenſo noſtra uehitur oratio.*

Cum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere. I.V.236.b.&ibi.*Ratibus coniunctis freto ad Meſſanam trãſiri.*& At.148.a.*Ratibus exitum portus teneri.*

R*atiuncula,le.* Ci.đ.N.74.b.*Atq; huic ſententiæ ratiunculas ſuggerit.*

*Leues autem eorum ratiunculas,qui &c.*Tuſ.218.a.& 281.a.*Concludunt ratiunculis Stoici.*

R*atus,a,um.* *firmus,conſtans,certus, fixus.*X.*irritus.*

Ci.đ.N.45.b.*Qui tam certos cœli motus & ratos aſtrorum ordines uiderit.*& ibi.a.*Aſtrorum in omni æternitate rati & immutabiles curſus:*

*Quorũ uagi motus rata tamen & certa curſus ſpatia definiunt.*Tuſ.242.a.

*Aliquid ab omni æternitate certum fuiſſe eſſe uenturum rato tempore.*đ D.112.a.

*Aliquid rato tempore fieri.*đ D.117.a.

*Sonus interuallis coniũctus imparibus ſed tamen pro rata portione diſtinctis.*đ Som.128.b.

*Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt pro rata parte a uita,longa aut breuia dicuntur.*Tuſ.169.a.

*Si populus hoc iuſſerit,putas ne hoc iuſſum ratum atque firmum futurum?*ꝓ Cecin.303.b.

*Quod S.C.ratum eſſe non deberet.*I.V.234.b.

Dubitandum fuit ? quin quo in genere iudiciorum præmia rata eſſent,in eodem iudicia imperatorum ualerẽt? ꝓ Cor.66.a.

*Cuius Tribunatus ſi ratus eſt , nihil eſt quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe.*đ Pro.78.b.

*Quæ ſi leges irritas feceritis,rata eſſe non poſſunt.*I.A.198.b.et At.236.a.*Vt omnes acta Cęſaris haberẽt rata.*

Rata authoritas harum rerum a iure ciuili ſumitur. pro Cecin.299.a. *Ratum habere iudicium.*X.*reſcindere iudicium.*Part.241.a.

Vt quæcunq; ille feciſſet,rata eſſent. ꝯ Rul.88.a.

*De agris ratum eſt, fuit enim populi poteſtas.*ꝓ Dom.229.a. *Si dat tantum pecuniam,nempe idcirco dat,ut rata ſit emptio.*ꝓ Fla.16.b.

*Qđ retuleris id ratũ habebo.*ꝓ Q.R.45.b.& đ N.4.a.

*Deinde ut Fauſtæ,cui cautum ille eſſe uoluiſſet,ratum eſſet.*At.71.b.

*Perſpexi, quæ illi abſente Cæſare egiſſent , ea ſolere illi rata eſſe.*Ep.86.a.

*Hoc fixũ & in perpetuũ ratum eſſe oportet.*ꝓ Cl.45.a.

*Teſtamentum ruptum aut ratum.*đ Or.99.a.

*Decretum ſtabile, fixum,ratũ eſſe debet.*Acad.8.a.

Epicuri κυρίαι δόξαι.i.*maxime ratæ ſentẽtię* đ Fin.62.b.

*Verum illud certum,comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe uis.*Acad.35.b.

*Scire ratoine habeãt an uanos pectoris orſus.*đ D.121.b

Intelligo te certum illius profectionis diem non habere. At.197.b.

*At non debuit ratum eſſe,quod actum erat per uim,qua ſi uero &c.*Off.74.a.

Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. đ L.173.b.

*Quod pater approbauit &c.ratum eſt &c.quod nõ approbat ratum non eſt.*đ Leg.180.a.

R*aucus,a,um.* Ci.đ Or.102.a.*Itaq; nos raucos ſæpe attentiſſime audiri uideo.*

*Niſi ipſe rumor iam raucus erit factus.*Ep.127.a.

*Cũ patronus uocem in dicendo obtudiſſet.*đ Or.135.a.

*Vox permanens, ſub rauca uero natura.*đ Cla.177.a.

Re. *exitu.* Ci.ꝓ Mil.103.b.*Senatum non quod ſentiret ſed quod ego uellem,re decernere.*

Re ipſa & exitu præſtare aliquid. Ep.51.b.&.148.a.

R*eædifico,as.* Ci.At.29.a.*Putat enim Pompeius Cæſarem in merito reædificando diligentiorem fore.*

R*eapſe.re ipſa.* Ci.đ D.97.b.*Formæ quæ reapſe nullæ ſunt,ſpeciem autem offerunt.*& đ Fin.130.b.*Quod idẽ reapſe primum eſt.*

R*ecaleſco,ſcis.* Ci.đ.N.31.a.*Corpora noſtra motu atq; exercitatione recaleſcunt.*

R*ecedo,dis.* Ci.ꝓ S.R.37.a.*Recede de medio,per aliũ tranſigam.*

Antonius recedat a Mutina.I.A.199.b.

Qua ſtrage nõnulli permoti magiſtratus paululũ a mea cauſa receſſerunt.Poſtq̃.101.b.

Poſtq̃ ab armis receſſimus.ꝓ S.R.21.a.

Res ab uſitata conſuetudine receſſit.ꝓ Quint.12.a.& At.186.b.Si a ſententijs eius doctis recedam.&.85.b. Recedere ab edicto ſuo.

A uerbis recedis & æquitate uteris.ꝓ Cecin.192.a.& 296.a.Vt longius a uerbo recedamus,ab æquitate ne tãtulum quidem.

Pyrrho penitus a natura receſſit.d̄ Fin.115.b. & Tuſ. 217.b.A uita recedere,i.mori.

Nullo dolore cogi ut ab officio recedatur. Ad Her.17. a.& ibi.Nec prece nec ꝓtio a uia recta deduci oportet.

Accedere ad aliquem.X.recedere ab aliquo. pro Plan. 262.a.

Non modo ille è Gallia non diſceſſit, ſed ne a Mutina quidem receſſit.I.A.218.a.

A peregrino enim receſſit, & proprie in eo qui contra ferret arma,remanſit.Off.8.b.& 26.b.Elaborandum eſt ne animi motus a natura recedant.

Recens,tis. *nouus.X.antiquus,uetus.d̄ Cls.168.b.& ꝓ Quint.9.b.inueteratus.Tuſ.217.b.*

Ci.Ep.177.b.Quo circa Segulium negligamus, qui res nouas quærit,non quo ueterem comederit, nullã enim habuit,ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit.

Itaq; non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ.ꝓ Mur. 217.b.& ibi.Non modo Curij antiqui illi &c. ſed hi recentes Marij &c.

Aliter ferat inueterata,aliter recentia. Tuſ.217.b.

Recenti illo tempore,tu omnia &c. Ad Bru.91.b. &.I. V.104.a.Recenti re. & d̄.N.17.a. Recentiore memoria.i.haud ita multo ante.

Rhegyni quidam uenerunt Romã ſanè recentes.At.156 a.&.108.b.Expecto recens aliquid.i.nouum.

Recentiſſima quæq; ſunt emendata & correcta maxime. Acad.41.b.

In altera epiſtola,quę mihi recẽtior uidebatur.Ep.45.a

Attuliſti aliud humanius horum recentiorum, nunq̃ dictum ab ipſo illo,quod ſciam.d̄ Fin.82.a.

Datam inter omnes recenti negotio conſtabat.I.V.97.a. & d̄ Leg.156.b.In recenti memoria.

Recẽtiſſima tua ẽ epiſtola cal.data.At.133.a.iqua etc.

Cum è prouincia recens eſſet. I.V.67.b. Inuidiaq; non recenti ſed uetere ac diuturna flagraret. & Ep.73.a. Proxime recenti aduentu meo.

Homerus,qui recens ab illorum ætate fuit.d̄.N.62.a.id eſt Tyndaridarum.

Alius alio recentior eſt in dolore.Ad Her.8.a.

Quãq̃ recentiora audiebã ex ijs qui ad me ueniebãt.At.

Omnis conglutinatio recens ægre,inueterata facile diuellitur.d̄ Sen.92.a.

Recenſeo,es. *percenſeo,perſequor.percurro.*

Ci.At.251.a.Ob ius enim recenſes multa.

Recenſio,onis. *Ci.ꝓ Mil.114.b. Qui ædem Nympharum incendit,ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.*

Receptaculũ,li. *Ci.d̄.N.53.b.Aluus cibi potionisq; eſt receptaculum. & Tuſ.159.a. Nam corpus quidem eſt quaſi uas aut aliquod animi receptaculum. &.152.a. Mors æternum nihil ſentienti receptaculum.*

Niſi illud receptaculum claſſibus noſtris pateret.I.V. 209.b.&.247.b.Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit.& ꝯ Rul.84.a.Capua receptaculum aratorum.

Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum,receptaculum ueterum Catilinę militum,caſtellum forenſis latrocinij.I.P.81.b.

Græcia eſſet receptaculum pulſo Antonio.I.A.126.a.

Receptator,oris. *Ci.ꝓ Mil.111.a. Ille latronum occultator & receptator locus.*

Receptrix,cis. *Ci.I.V.203.b. Meſſana furtorum receptrix.*

Receptum,pti.promiſſum. *Ci.I.V.264.a. Satis eſt factũ promiſſo noſtro ac recepto.*

Ille induxit ut peteret, promiſſum & receptum interuertit.I.A.175.b.

Receptus,ptus. *refugium,reuocatio a bello.*

Plan.Ep.150.a.Animaduerti nullum alium receptũ Antonium habere,niſi in his partibus.& At.130.b.Neq; ex oppidis contrahere copias expedit,ne receptũ amittam.

Quis enim reuocante & receptui canente Senatu properet dimicare?Tuſ.141.a.

A quibus cum cecinit receptui,impellit rurſum &c.Tuſ. 197.b.i.a miſerijs contemplandis.&.I.A.243.a.

Receptui ſignum aut reuocationem a bello audire non poſſumus.I.A.249.a.

Receſſus,ſus.X.acceſſus. *Ci.d̄ Or.159.b. Luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipit.*

Acceſſus ad res ſalutares,a peſtiferis receſſus.d̄.N.32.b

Quid de fretis aut de marinis æſtibus dicam?quorum acceſſus & receſſus lunę motu gubernatur.d̄ D.115.b.

Cum in animis hominum tantæ latebræ ſint, tanti receſſus.ꝓ Mar.134.b.

Sed habebat tamen admiratio illa umbrã aliquam, et receſſum,quo magis &c.d̄ Or.152.a.

Mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt.At.194.b.

Recido,dis. *conuertor,cado,redundo.*

Ci.ꝓ Syl.184.b.Cito illa omnia ex lætitia ad luctum reciderunt. Multo mihi præſtat in eandem illam recidere fortunam.ꝓ Seſt.28.b.

Quę ſi uiginti quieſſem dies in aliorum conſulum uigiliã recidiſſent.ꝓ Plan.278.b.& At.1.b. Qui ſi in noſtrum annum reciderit &c.

Non modo ab hoc crimen reſilire uideas, uerum omnem ſuſpicionẽ in uoſmet ipſos recidere itelligas.ꝓ S.R.31.b

Huccine tandem omnia reciderunt?I.V.269.a.

Ad nihilum omnia recidere.Or.220.a.

Hunc tantum apparatum,ne ad nihilum recidere patiare.I.A.214.a.

Id ego puto ut multa eiuſdem ad nihil recaſurũ. At.65. b.&.193.a.Ab his me remedijs noli in iſtum turbam uocare,ne recidam.

Is ſe maledictis non abſtinet ijs,quæ in ipſum dupliciter recidunt.Ad Bru.287.a.

Ramulum adductum cum remiſſus eſſet, in oculum ſibi recidiſſe.

recidiſſe. ď D.105.b.
Conceuno nimia uocis reciderat, & quaſi reſerbuerat oratio ď Cla.194 b.
Quorſum recidat reſpōſum tuū nō laboro. ꝑ Q.R.52.a
Non ne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe? At.286.a.
Vt huius amentiæ pœna in ipſum familiamq; eius recidat. I. A.193.a.

Recido, dis. excido. *Ci. ď Pro.71.a. Nationes quæ multitudine hominum poterant in prouincias noſtras redundare, ab eodem partim reciſæ, partim repreſſæ ſunt.*

Recino, nis. *Ci. ď Cla.179.b. In uocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius.*

Recipio, pis. *accipio, adſciſco recupero.*
Ci. At.198.a. A te heri duas epiſtolas recepi, alteram &c. alterā &c. accepiq; ab Ægypta litteras eodē die &c.
Si qua pecunia ex nouis uectigalibus recipitur. ꝯ Rul.78 b. & ꝑ Q.R.48.b. Recipere quæſtus magnos.
Recipere aliquem tectis ac ſedibus ſuis. ꝯ Rul 84.a.
Luculli eum domum ſuam receperunt. ꝑ Arch 186.b.
Aſia illum ſuis urbibus recipiebat. ꝑ Fla.159.a. & pro Cor.61.a. Recipere aliquem in ciuitatem.
Recipere aliquē ſplendide. Ad Her.39 b. & Top.222. b. Recipere aliquem ad epulas.
Quanq; tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tāq; hoſpites erunt recipiendi. Off.70 b.
Quid recipis mandatum, ſi neglecturus es? ꝑ S.R.37.a & ibi. Qui mandat & qui mandatum recipit.
Recipere aliquem in fidem ſuam At.245.a.
Recipere aliquem in amicitiam ſuam. Ep.212.a.
Q. Maximus Tarentum recepit ď Sen.79.a. & ď Or. 134.a. Repciere arcem amiſſam. & ď Fin.78.b. Poſt libertatem receptam.
Non ſolum dignitatis facienda iactura eſt, ſed etiam largitionis recipienda ſuſpicio. ꝑ Plan.260.a.
Prætor pronūtiauit ſeſe nomē eius recepturū. I. V.127.b.
Recipi in Senatum uel in aliquem ordinem. I. A.212.a.
Vt me recepi. ď Sen.128.a. i. collegi.
Cum ex hiſce ſe locis reciperent, & eadem deferrentur. I. V.204.b. Cum anno poſt è Sicilia me recepiſſem, iam &c. ď Cla.195.a.
Niſi cum ad hyemem me ex Cilicia recepiſſem. Ep.95.a
Qui cum ad diem ſe recepiſſet tyrannus &c. Off.61.a. et At.62.a. Recipe te ad nos ad quod tēpus confirmaſti.
Et ſe ad bonam frugem, ut dicitur, recepiſſe. ꝑ Cæl.43.a
Ipſe me Laodiceam recipiebam. At.79.b. & Ep.153.a.
Si latro rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.
Antonius ita ſe recipiebat ardens odio ueſtri, ut &c. I. A.192.a.
Græci ſedentes uocem ab acutiſſimo ſono uſq; ad grauiſſimum ſonum recipiunt, & quaſi quodāmodo colligūt. Ci.
Recipere cauſam alicuius defendendam. ꝑ S.R.18.b. & I.V.109.a. Hoc onere ſuſcepto & recepta cauſa.
Ita me ſibi fuiſſe inimicum, ut me honorem quidem a ſe recipere nollem. At.135.b.
Thermus omnia ſe facturum recepit. At.75.a.
Tu, mandata effice quę recepiſti. At.10.a.
Fidem recipere de aliquo. At.37.a.
De æſtate pollicenis uel potius recipis. At.204.a. & Ep. 148.b. Nihil te cauiris de me fruſtra recepiſſe laetor, et 22.b. Quid ſibi is de me recepiſſet, in memoriā redegie.
Omnia ei petēti recepi & ultro pollicitus ſum. Ep.115.b
Quę tibi promitto ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturum diligentiſſimeq; facturum. Ep.65.a.
Tibi ſpondeo in meq; recipio, eos &c. Ep.211.a.b. & 208 a. Promitto in meq; recipio, fore eum &c.
Lenas hoc mihi receperat. Att.189.b. & Ep.201.b. Id tu mihi recepiſti.
Sed tamen ei ſcripſeram, librum legeret, & ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum. Ep.86.a.
Recipere & confirmare aliquid alicui. Q. ď Pet.208.a.
Vt iudicares omnia me reip. cauſa præſtitiſſe, quæ et tua exhortatione excepi, & mea confirmatione tibi recepi. Epiſt.147.a.
Cum M. Baculeius ædes L. Fuſio uenderet, in mancipio lumina, uti tum erant, ita recepit ď Or.
Omnes tui pro me recipient ita fore. Ep.123.a. & 168. a Pro Caſſio & te, ſi quid uelitis me recipere, recipiam. & 153.b. Recipio uobis celeriter me negotium ex ſententia confecturum.
Offenſio uel negligentiæ, ſi ſceptis rebus, uel perfidię receptis. ď Or.118.a.
Conſtituere alicui idem ferè quod recipere. l. Conſtituo.

Reciproco, as. *Ci. ď. N.64.a. Quid Calcydico Euripo in motu identidem reciprocanda putas fieri poſſe conſtātius Si quidem iſta reciprocantur, ut & ſi diuinatio ſit, dij ſint, & ſi dij ſint, ſit diuinatio. ď D.82.b. & ibi. Si ſint ea genera diuinandi uera, eſſe deos, uiciſſimq; ſi Dij ſint, eſſe qui diuinent.*

Recitatio, onis. *Ci. ꝑ Dom.227.a. Litterarum recitatio. & ꝑ Clu.47.a. & ad Her 8 b. & 9.a. Scripti recitatione utemur.*

Recitator, oris. *author, lector.*
Ci. ď In.79.b. Recitator ſcripti alicuius.

Recito, as. *tracto, reddo, percenſeo, pronuntio, cognoſcamus edictum. ꝑ Quint.15.b.*
Cic. At.123.b. Ne ego iſtas literas in concione recitari uelim. & I. V.83.b. Recita denuo.
Pāſa tuas literas recitauit. Ep.198.a. & 153.a. & I. A. 250.b Dum eas literas recito, quæſo attendite.
Poſtea recitaui edictum quod &c. ꝑ Quint.16.b. & ꝑ S.R.22.b. Atq; ipſum decretum quæſo cognoſcite.
Si illud eulogium pro lege palàm uniuerſis recitarem. In Sal.274.b.
Quam tu mihi ex ordine recita de legis ſcripto populi rom. ſanctionem. ꝯ Rul.75 b.
De tabulis publicis recitare. ꝑ Fla.159.b.
L. Philippus patrem tuum præterijt in recitando Senatu. ꝑ Dom.230.a. & ibi. L. Cotta iuratus dixit ſe, ſi cenſor tum eſſet, meo loco ſententiam recitaturum fuiſſe.
Teſtamēto ſi recitatus heres eſſet pupillus. ꝑ Cec.295.a
Quæ commentatus ſis, ea ſine ſcripto uerbis eiſdem reddere. ď Cla.193 a.

Reclamatio, onis. *Ci. I. A.192.a. Pręclara reclamatione ueſtra factum Martialium comprobauiſtis.*

Reclamito as. *Ci. ꝑ S.R.28.b. Reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.*

Reclamo,as.repugno. Cic.đ Or.161.a.Si in his modo offenſum eſt,theatra tota reclamant. & ꝓ Dom.215.a. Ab uniuerſo Senatu reclamatum eſt.

Vna uoce omnes iudices,ne iuraret,reclamarunt.ꝓ Cor. 67.a. Cum ſenſiſſem & eyden illi,qui ſolent ,reclamarunt Ep.177.b.&.3.a.Eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum eſt.

Legiones Antonij promiſſis reclamarunt.I.A.298.b. Reclamatum eſt At.38.b.

Reclino,as. Ci.In Arat.At Cepheus caput atq; humeros palmasq; reclinat.

Recogito,as. Ci.Q.Fr.307.2.Sic tu mihi uideris in Sardinia de nominibus Pomponianis in otio recogitaſſe.

Recognitio,onis. Ci.I.V.226.a.Qui tandem iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum?

Recognoſco,ſcis. Ci.I.V.69.a.Non uidetur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam uoluiſſe,ſed ea,quæ ſcit, mecum recognoſcere.& 81.&.112.a.

Is,iudicem non recitandi cauſa legit,ſed recognoſcendi. In Vat.29 b. Hæc omnia ſumma cura recognita & collata ſunt.I.V.147.a.

Conſilia tua omnia,quæ licet mecum recognoſcas, meminiſti ne &c.I.C.98.b.&.99.b.Recognoſce mecum tandem illam noctem &c.

Conferte crimen cum uita illius etc.tum crimen ipſum recognoſcite.ꝓ Syl.181.a.

Nos Pompeij decretum iudicium de conſilij ſententia pronuntiatum recognoſcimus.ꝓ Cor.57.a.

Qui eſt qui noſtrum periculoſiſſimum caſum recognoſcat,qui non &c.Antiq.104.a.

Nunc non recognoſcimus leges populi rom ſed &c. de Leg.191 b.

Legi tuas literas,in quibus mirificum tuũ erga me amorẽ recognoui.Ep.188.a.

Declarat ſe,non tum illa didiciſſe ſed reminiſcendo recognoſcere.Tuſ.160.a. Alij cum a multis recognoſcerẽtur,ſecuri feriebantur I.V.250.a.

Perturbat me C.Cæſar illud etiam interdum,quod tamẽ cum te penitus recognoui,timere deſino.ꝓ Deio.144.b.

Nihil audietis noui,ſed omnia uetera recognoſcetis. In Sal.272.a.

Verba tua recognoſce & aude negare,ſeruientis aduerſus regem iſtas eſſe preces.I.A.308.a. & ibi.Quanq̃ nõ fuit alienum perſonas quaſdã a nobis recognoſci,ut quibus cum bellum geratis taciti poſſitis cogitare.

Recolligo,gis. Ci.Ae.3 b.Recolligere aliquem.

Recolo,lis. Ci.ꝓ Arch.128.a.Si tantum temporis mihi ad hęc ſtudia recolenda ſumpſero.

Ad eas artes,quibus a pueritia dediti ſumus celebrãdas inter nosq; recolendas.đ Or.85.a.

Quæ ſi tecum ipſe recolis,æquiore animo moriere. I.A. 257.a.

Reconciliatio,onis. reditus in gratiam.

Ci.đ Ar.256.b. Et ſignificat ſe illi amiciſſimum eſſe & reconciliationem eſſe gratiæ factam.

Quę diſſenſiones non reconciliatione concordię ſed internitione ciuium dijudicatæ ſunt.I.C.116.b.

Reconciliationes gratiarum.Poſt.200.b. & ꝓ Cl.38.b.

Cæſar agit de reconciliatione gratiæ ſuæ & Pompeij. Att.142.a.

Reconciliatio gratiæ C.Memmij fuit mihi cauſa defendẽdi Gabinij.ꝓ R.P.127.b.

Reconciliatus,a,um. Ci ꝓ Mil.105.b. Timuit ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ.

Vt cauerem,ne cui ſuſpicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem.Ep.45.a.&.133.b.Reconciliata uoluntas.

Non intelligo cur reconciliatam gratiam eſſe dicas,quæ nunq̃ immutata eſt.Ep.60.a.

Reconcilio,as. placo,in gratiam reduco , in ueterem gratiam reſtituo,in gratiã cum aliquo redio, in gratiam alicuius redeo,aliquos diſtractos perfidia aliquorum rurſus in priſtinam concordiam reduco , facere pacem cum aliquo,deponere inimicitias,diſcedere ab armis,controuerſiam dirimo,reduci in gratiam cum aliquo , recipere in gratiam,pacem inter ſe conciliant , conferunt concordiam.đ In.59.a.Si in gratiam reip.redierint. I.A.210. a.Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq; placandæ. de Ar.258.b.

Ci.đ Pro.73.b.Hic me meus animus in remp. priſtinus cum C.Cæſare reducit,reconciliat, reſtituit in gratiam. Id autem eſt te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea ꝓ Deio.230.b.

Quintus filius,currentem animum patris ſui, ſorori tuæ reconciliauit.At.96.a.

Videsne ut excipiam te ex improborum ſubitis gratiæ,et reconciliem bonis omnibus?Ci.

Quibus cum omnibus eadem reſp.me reconciliauit,quæ alienarat.đ Pro.73.a.

Inimici in gratiam reconciliabuntur.ꝓ Dom.239.a.

Saluſtium reſtituere in eius ueterem gratiam non potui. Ae.2.b.&.6.a.Reconciliare ueterem gratiam aliquorũ.

Pompeium dedi operam,ut reconciliarem.At.141.a.

Videbatur enim reconciliata nobis uoluntas Senatus eſſe.Ep.3.a.&.17.b.Tibi ſum author,ut quibus rebus poſſis eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges.

Reconciliare ſe alicui.Ep.155.b.

Reconciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam.I.V. 67.a.

Iucundiſſimo fructu libertatis conciliato.Antiq̃.292.b.

Reconcinno,as. Ci.Q.Fr.311.a. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

Reconditus,a um. occultus,retruſus,abditus,abſtruſus.

Ci.I.V.204.b.Quod celari oportebat,habebant ſepoſitum ac reconditum.

Venę auri reconditę et penitus abditæ.đ.N.41.b.et.46 a.&.11.a.Res occultæ & penitus abditę.

Exercitationem mentis a reconditis abſtruſisq; rebus ad forenſes & populares cauſas traducere.đ Cla.168.b.

Studia quę reconditis in artibus uerſantur.đ Ora.81.b. & đ.N.67.b.Interiores & reconditæ literę.

Si quid erit occultius & ut ſcribis,reconditum.Ep.178.a.

A me,quæ in promptu erant,dicta ſunt,a Lucullo reconditiora deſidero.Acad.3.b.

Natura in ſpecie oris penitus reconditos mores effinxit. đ Leg.161.a.

Venio ad augures,quorum libros,ſi qui ſunt reconditi

non

non ſcrutor. ꝓ Dom. 225. a. & 218. a. Nimium reconditus & penitus abſtruſus animi dolor.

Quintus natura triſti ac recondita fuit. ꝓ Quin. 10. b.

Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, ſed eſt in promptu. Off 19. b.

Recondo, dis. condo, ſepone.

Ci. Acad. 9. a. Mens uiſa arripit ac recondit, è quibus memoria oritur.

Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. ꝓ Syl. 176 a.

Habemus Senatuſconſultum incluſum in tabulis tanꝗ in uagina reconditum. I. C. 98. a. & đ In. 64. a. Gladium in uaginam recondidit.

Occulte latere, reconditum eſſe. ꝯ Rul. 74. a.

Multæ ac magnificæ res conſtructæ ac reconditę. đ Or. 98 a.

Recoquo, quis. *Ci. đ Sen. 94. b. Ne ut tanꝗ Peliam recoxerit.*

Recordatio, onis. memoria. *Ci. Ep. 68. a Habet enim prę terita doloris ſecura recordatio delectationem.*

Facile me conſolatur recordatio meorum temporũ. Ep. 5. b. & 70. a. Dat enim mihi iucundas recordationes conſcientiæ noſtræ.

Qui patris clariſſimi recordatione & memoria fletum populo moueret. đ Or. 104. b. & đ Cla. 165. b.

Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiámq; renouauit. đ Or. 142. b.

Recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorẽ efficiunt. At. 190. b.

Præteritorum recordatio eſt acerba & acerbior expectatio reliquorum. đ Cla. 189. b.

Vltimi temporis recordatione & proximi memoria. de Pro. 78. a.

Primum in Cæſarem maledicta congeſſit deprõpta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. I. A. 186. a. & ꝓ Dom. 243 b. Et concidit in Curiæ penè limine recordatione credo Gabinij ſui. Suauem habui recordationem clariſſimi iuiurandi. At. 88. b.

Mihi repetenda eſt ueteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio. đ Or. 85. a.

Recordatio præteritæ memoriæ. Q. Fr. 307. a. & 318. b. Recordatio ueterũ amoris.

Conſcientia bene actæ uitæ, multorumq; benefactorum recordatio iocundiſſima eſt. đ Sen. 78. b. 79. a.

Recordor, aris. *reminiſcor, memoria teneo, memoria cuſtodio, memoriam alicuius rei habeo, in memoriam redeo, alicuius rei in memoriam uenit, memoriæ mando. Ep. 89. b. memoriæ trado. Ad Her. 23. a. recogito, animum ad aliquam rem refero, memoria retineo, memoria alicuius rei me tenet, menti meæ infixum eſt, memoriã alicuius hominis uel rei teneo uel ſeruo, aliquid mihi cum grata recordatione in mente uerſatur, memoriam ad alicuius rei cogitationem excito, animo teneo, animo ac memoria teneo, mihi non uenerat in mentem furorem optare uobis, memoria repeto, memoriam præteriti temporis repeto, P. Syllę nomen in memoria mihi non fuit, hoc illius memoriam retulit, reuocate animos ueſtros ad mithridatici belli memoriam, tuorum meritorum erga me memoriam conſeruabo, quid quiſꝗ meminit quod nõ animo comprehendit ac tenet? quæſo ut eum diem memoriæ mandetis, nunꝗ ex animo meo diſcedit illius optimi uiri memoria, cum ciuium cædes uerſari ante oculos atq; animum memoria refricare cœperat.*

Ci At. 118. b. At ego qui omnia officio metior, recordor tua conſilia. & ꝓ Syl. 171. a. Mihi ne ad ea quidem quæ geſſi recordãda et cogitanda quicꝗ relinquitur tẽporis. Cum omnis gradus ætatis recordor tuę đ Or. 150. b.

Recordor deſperationes eorũ, qui &c. Ep. 27. b. et. 19. a

Quoniam iſtis ueſtris lachrymis de illis recordor, quas &c. ꝓ Plan. 281. b.

Nam profectò ſi recordari uolueritis de nouis hominibus, reperietis &c. ꝯ Rul. 66. b. & ꝓ Syl. 168. b.

Tu ſi meliore memoria es uelim ſcire ecquid de te recordere. đ Fin. 150. b.

Multaq; de M. Aquilio recordatur. Tuſ. 231. a.

Iſte certe cum aliquo dolore flagitiorum ſuorum recordabitur. I. P. 81. a. & ꝓ Plan. 174. a. Huius meriti in me recordor. i. Plancij.

Pueritiæ memoriam recordari ultimam. ꝓ Arch. 185. b.

Tamen re ipſa admonitus recordor, quantum &c. pro Mur. 141. a. Sed ego recordor longe omnibus unum anteferre Demoſthenem. Or. 198. b.

Ex quo effici uult Socrates, ut diſcere nihil aliud ſit ꝗ recordari. Tuſ. 160. a.

Cum animi tui magnitudinem diligentius eſſem mecum recordatus. Ep. 73. a.

Prudentia hoc uidet non omnes bonos eſſe etiam beatos, multaq; de M. Attilio recordatur &c. Tuſ. 231. a.

Et ſi, ut recordor, miſi &c. At. 205. b. & 215. a. Vt mea memoria eſt.

Hoc mihi iam in te placuiſſe, puto ex ſuperioribus literis recordari. At. 276. a.

Recordari & reminiſci. đ Sen. 93. b. l. Reminiſcor.

Quoniam hoc eſt animi tui, te aliquid de huius Quæſtoris officio cogitantem, etiam de alijs quibuſdam Quęſtoribus reminiſcentem recordari. ꝓ Lig. 143. a.

Recreo, as. *reficio, relaxo, colligo, reſtituo, releuo.*

Ci. ꝓ Plan. 259. a. Conſpectus ueſter reficit & recreat mentem meam.

Macedonia ita uexata eſt ut uix poſſit ſe diuturna pace recreare. đ Pro. 70. a.

Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput & aliquando recreata ſe erigere debebat? ꝓ Plan. 286. a.

Speraui me iacentem poſſe a uiuis uiris fortibus excitari, ſi una cum bonis interiſſem, nullo modo poſſe recreari. ꝓ Dom. 232. b.

Literis ſuſtentor & recreor. At. 60. b.

In hoc bello non recreatus neq; reſtitutus ſed ſubactus oppreſſuſq; populus rom. eſt. ꝓ. S. R. 41. b.

Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. ꝓ Pom. 8. a.

Quod me ab hoc mœrore recreari uis, facis ut omnia. At. 189. b. Qui è graui morbo recreati ſunt. Poſtquã 198. b. Ille autem leuiter ſaucius facile eſt ex uulnere recreatus. đ In. 81. b.

Complures dirutas ac penè deſertas urbes per te eſſe recreatas.Q.Fr.294.b.

Neceſſe eſt remp.aliquando recreari.Ep.79.b.& .88.a.

Recreatis enim bonis uiris conſulatu tuo &c.Ep.13.a.et 14.a.Senſus bonorum,qui recreatus ab te totus eſt.

Cum animus ſe collegit atq; recreauit,tum agnoſcit &c. Tuſ.160.b.

Ex metu quaſi luce libertatis recreatum reuixiſſe.I.V. 268.b.& .196.a.Erigere & recreare aliquem afflictũ. Tũ ille cũ uix ſe ex magno timore recreaſſet.I.C.112.b.

Ego recreaui afflictos animos bonorum &c.At.12.a.et 116.a. Bonorum animi recreati, improbi Romæ quaſi perculſi. &c.138.b. Tuas nunc epiſtolas a primo lege, hæ me paulum recreant.

Sed me recreat & reficit Cn.Pompeij ſapientiſſimi uiri conſilium.ꝓ Mil.101.b.

Si armis poſitis ciuitas reſpirauerit.Ep.79.b.

Literulæ ueſtræ hac epiſtola oculos paululum ſuſtulerunt.Ep.262.a.

Ego nunc paulum exorior,& maxime his literis quę romæ afferuntur.At.117.a.

Recreare pro eo quod eſt iterum creare.d̃.N.28.a. In Cod.Germ.

Recrudeſco,ſcis. Ci.Ep.51.a. *Illa quæ conſanuiſſe uidebantur recrudeſcunt.*

Recta.recta uia. Ci.I.V.268.b.*Loqui cœpit ſibi recta iter eſſe Romam.* & At.75.b. *Erat mihi in animo recta proficiſci ad exercitum.*

Recta a porta domũ meam uenit.Ep.138.a.& ad Her. 39.b. Statueram enim recta Appia Romã.At.258.a.

Recta uia perge in exilium.I.C.102.a.

Et cæteri quidem alius aliò, Marius a ſubſellijs in roſtra recta.Off 60.a.

Cum inſtituiſſem ad te ſcribere Batonius è naui recta ad me uenit.At.96.b.

Recte. bene.probè.præclare iure,rite,ut uolumus, directa,directe,ad pares angulos,rectis lineis,ad lineam, ordine,ratione;per rectum curſum.X.perperam, oblique, circuitione.anfractu,per circuitionem & anfractũ,uitio. Ci.At.152.a.*Recte augurar is de me,bene enim tibi cognitus ſum.*

Tuæ literæ recte ſperare iubent.At.208.b.

Si recte homines noui.I.V.144.a.et.258.b.Si recte uos cognoui.& At.83 b.Si tuos digitos noui.

Recte & merito commouebamur.I.V.271.a.

Homines cum recte atq; in loco conſtitiſſent, iuberi abire.ꝓ Mur.130.a.

Hoc erit quaſi prouicias atomis dare,quę recte,quę oblique ferantur.d̃ Fin.12.b.

Tabernaculum recte captum.X.tabernaculum uitio captum.d̃ D.124.a.

Lex recte lata.X.lex uitio lata.d̃ Ar.255.a.

Recte atq; ordine aliquid factum eſſe.ꝓ Quint.4.b. & ibi.Modo & ratione omnia facere.

Quemadmodum ſolent homines nobiles ſeu recte ſeu perperam facere cœperunt.ꝓ Quin.5.a.

Quod te domi incluſiſti,ratione feciſti.At.201.b.& .4.b Apud matrem recte eſt.& ibi.Apud te eſt, ut uolumus.

Recte inq̃.Att.94.a.

Recte an ſecus,nihil ad nos.I.P.94.b.

Aliquem recte atq; ordine exq; rep.feciſſe & facere.I.A.191.a.& .225.a.Literas Bruti recte & ordine ſcriptas uideri. Si recte iſtic eris.Ep.155.b.

Pro malis recte habebam.At.189.b.

Epicurus circuitione quadam deos tollens,recte non dubitat diuinationem tollere.d̃ D.116.b.

Recte factum. κατόρθωμα.I.Catorthoma.

Rectio,onis. Ci.d̃ Fin.120.a.*Omniumq; rerum publicarum rectiones præſcripſimus.*& .226.a.b.*Ea quoq; eſt non ſolum ad priuatæ uitę rationem ſed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.*

Requies,*etis. requiem & requietem,quies.* Ci.*At.16.a Tantū requietis habeo,quātū cū uxore & filiola conſumitur. Philoſophorū alis libros reſeruas ſibi ad huiuſcemodi Tuſculanā requiem atq; otium.đ Or.104.a.*

Quantum temporis alijs conceditur ad requiem animi & corporis.ꝑ Arch.188.a.

Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus. Ep.70.b.

Si requietem natura non quæreret. đ Fin.137.b.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. đ D.85.a.

Oblectatio ac requiesq; curarũ. Off 33.b. et Am.115.b.

In amicitia Scipiõis requies mihi plena oblectatiõis fuit.

Requieſco, ſcis. conquieſco, acquieſco.

Ci.I.V.131.b. *Cum diutius in eo negotio curaq; fuerã, ut requieſcerem curãq; animi remitterem ad Carpinatium reuertebar.*

Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo. At.136.b.

Qui hoc unico filio nititur, in huius ſpe requieſcit. ꝑ Cæl.54.a. *Requieſcam in Cæſaris ſermone, tanquam in aliquo peropportuno diuerſorio.* đ Or.130.b.

Hortari aliquem ad requieſcendum. I.A.222.a. & de Or.85.a. *Initium requieſcendi fore.*

Solicitudines & angores amicorum conſilio & ſermone requieſcunt. Att.16.b.

Nullam partem noctis requieſcere. ꝑ S.R.35.a.

Requieſcere in ſepulchro. Tuſ.171.b. & ibi. *Vbi corpus requieſcat a malis.*

Requieſcere a reip. muneribus. Off.52.b.

Puella defatigata petijt a matertera ut ſibi concederet paulisper, ut in eius ſella requieſceret. đ D.101.b.

Crede mihi requieſco paululum in his miserijs, cũ quaſi tecum loquor. At.131.a.

Requiro, ris. quæro, poſtulo, flagito, depoſco.

Ci.Top.121.a. *A me eorũ librorũ ſententiã requiſiſti.*

Te requiſiui ſæpius, ut uiderem. Ep.70.b.

Ex quibus requirã quonãmodo latuerint. ꝑ Cæl.52.a.

Primũ illud a te requiro, quæ tanta &c. ꝑ Dom.115.b

Signum requirens aut manum, dices ijs &c. At.171.b.

Qui beatus eſt non intelligo quid requirat ut ſit beatior. Tuſ.231.b.

Non requirebat ille cupido lenonis domũ. I.V.101.b

Conſtantia aĩ nõ requiret. At.200.a. & ꝑ Quin.10.a

Non tam mihi moleſtũ fuit accuſari abs te officium meũ quàm iucundum requiri. Ep.8.a.

Cum experrecta tandem uirtus clariſſimi uiri & uerũ amicum & optime meritum ciuem & ſuum priſtinum morem requiſiuit. I.P.85.a.

Breues literæ tuę, breues dico: immo nullę &c. & *requiris meas.* Bru.281.a.

Deſiderium, quo conficior, congreſſus ueſtros, conſuetudinem uictus, doctiſſimos ſermones requirens tuos. Ora.199.b. *In quo equidem maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam.* Off.117.a.

E quibus unum ἰσορικὸν requiris. At.86.a.

Cum gregales eum in campum non ueniſſe requirerẽt. đ Or.131.a. *Succeſſorem habes perblandum, cætera ualde illius aduentu tua requirentur.* Q.Fr.301.a.

Res, rei. ratio, cauſa, genus, bona. Ci.Or.203.b. *Sine re nulla uis uerbi eſt.* *Rem opinor ſpectari oportere non uerba.* Tuſ.234.b. *Nihil neq; ante rem neq; prę ter rem locuti ſumus.* Ad Her.23.b.

De tota illa re atq; ratione Gallicana inter ſe communicant. ꝑ Quin.3.a. & ibi.b. *Decidere de omnibus rebus rationibusq; ſocietatis.*

Cum rem penitus cauſamq; cognoui &c. đ Or.118.b.

Et ad eam rationem exiſtimabam ſatis aptum eſſe perſonam meam. At.147.b. & ibi. *Magis idoneũ quàm ego ſum, ad eam cauſam profecto reperies neminem.*

Cũ ipſe ſe in illa ratione iactaret. ꝑ Fla.156.b.

Qui dies fuit poſtea etc. quem tu non totum in iſta ratione conſumpſeris? ꝑ Mur.135.a.

Hic cũ rem Gallicanã cuperet reuiſere &c. ꝑ Quin.4.a

Qui honeſte rem quęrũt mercaturis faciẽdis. ꝑ ad.114.b

Et ex eo nõ paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit. ꝑ S.R.37.a. *Qui ſuam rem non minus ſtrenue quã publicam confecit.* Poſt.106.a. *Tum enim cũ rem habebas* &c. Ep.146.b. & ibi. *Cũ tã æquo aĩo bona ꝑdas.* *Homo fatuus, poſtquàm rem habere cœpit, eſt mortuus.* de Or.134.a. & Ep.136.b. *Rem habere, bona perdere.*

Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica ſanè bene culta et fructuoſa. ꝑ Quin.2.b. & 5.b. *Iudicium de re pecuniaria eſt.* *Cum neq; priuatam rem maritimam neq; publicam iam obire poſſemus.* ꝑ Pom.14.a.

Summa eſt enim hominis in communem municipij rẽ diligentia, in ſingulos municipes benignitas. ꝑ Clu.59.a. & ibi. *Qui res pecuniarias in agro larinati habent.*

Reuocet ſe aliquando ad curã rei domeſticę, rei forẽſis, reipublicæ. ꝑ Cæl.46.b. *Xenophõtis liber de tuẽda re familiari, qui œconomicus inſcribitur.* đ Sen.89.b.

Quo iũ mihi coniuncta cura de rep & de priuata fuit. đ Am.98.b. *Res familiaris miniſtra & famula corporis.* Tuſ.164.a & đ Fin.81.a.

Res familiaris mea. đ Or.127.b. & At.57.a. *Re familiari comminuti ſumus.*

Honoribus aucti aut re familiari. đ N.77.b.

Rei familiaris iactura tolerabilis eſt. Ad Bru.289.a. et Ep.131.b. *Res familiaris ualde exigua.*

Res priuatę. At.140.a. i. *bona priuatorum.*

Inuiſere res ruſticas delectationis cauſa. đ Or.106.b. et đ Sen.88.b. *Liber quem de rebus ruſticis ſcripſi.*

Rem bellicam adminiſtrare. đ D.124.a.b.

Rem militarem diſcere. đ Or.95 b. & 102.b. *De rebus ad rem militarem pertinentibus.*

Rei militaris ſcientia. ꝑ Pom.9.a. *Res naualis.* I.V.244.a. *Rem naualem adminiſtrare.* *Res diuina.* At.64.a. *Senex ad rẽ diuinam dicit ſe uelle diſcedere.* & de N.69.a. *Facere rem diuinam alicui Deo.*

Si rẽ frumẽtariã tibi ex prouincijs ſuppeditari uis. Att.218.a. *Inopia rei frumentariæ.* Ad Bru.189.a.

Vt res nũmaria de cõſ ſñia conſtitueretur. Off.67.b.

Tecum mihi res eſt T. Roſci. ꝑ S.R.32.b.

Cũ Hortẽſio mihi magis arbitrabar rẽ eẽ. đ Cla 194.b

Cum homine edaci tibi res eſt. Ep.138.b.

Cum ciuitate mihi res eſt acerrima. ꝑ Fla.155.a.

Erat huic res cum exercitu C. Marij. ꝑ Seſt.11.a. & ibi. *Erat mihi contentio cum operis conductis.*

Cum aliquo aliquid rationis habere. ꝑ Cæl.48.a.

Rem tanti ſceleris nemini fuiſſe credendã. ꝑ Cæl.48.b.

Verſus, quibus affatur Flamininũ ille uir, haud magna cum re, ſed fide plenus. đ Sen.77.b.

Rem te ualde bene geſſiſſe rumor erat. Ep. 9.b. & 74. *Si rem iſtã ex ſententia geſſeris.*

Omnibus

Omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me uoles, mandata des uelim. Ep. 31. a.

Non ædepol quantum egeris rem &c. Ep. 22. b.

Nihil ad rem, extrema illa lõga ſit an breuis. Or. 218. a & Tuſ. 140. b. Quàm bonum nihil ad rem.

Re præſtare aliquid. Ep. 55. b.

Adoleſcens non tam re & maturitate, q̃ ſpe & expectatione laudatus. Or. 206. b.

Omnes, qui aut re aut ſpe ſunt boni. ꝑ Dom. 242. a.

Seruus, ut ipſa res demonſtrauit, frugi. ꝑ Clu. 27. a.

Ita res ſomnium comprobauit. đ D. 91. a.

Vide ne plus ei tribuas, q̃ res & ueritas ipſa concedat. đ Or. 91. a. & 92. b. Id ſi difficile nobis eſt, ſit tamen in re poſitum atq; natura.

Etenim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet, oratio. đ Or. 26. b.

Non eſſe duo milia hominum qui rem habeant. Off. 48. b. Vir fortis in primis belli ac rei militaris peritus. Q. Martius. I. P. 91. a.

Augere rẽ bonis & honeſtis rationibus. ꝑ R. P. 128. b.

Qua in re & quo in genere, idem. l. genus.

Reſaluto, as. Ci. I. A. 180. b. Cum omnes eũ ſalutaſſent, conſtabat neminem eſſe reſalutatum.

Reſarcio, cis. Ci. ꝑ Cæl. 45. b. Diſcidit ueſtẽ, reſarciet. & Epiſt. 10. b. In meis damnis ex authoritate Senatus reſarciendis.

Reſcindo, dis. infirmo, refero, diſſoluo. labefacto. Ci. I. A. 146. b. Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. & 157. a. Quibus cũ prouocatio datur, nonne acta Cæſaris reſcinduntur? Reſcindere conſtituta ab alio. At. 84. a. & I. V. 137. a. Is pactiones ſine ulla iniuria factas reſcidit. đ Pro. 71. a.

Quæ contra auſpicia eſſent acta per Senatum reſcindi poſſe. ꝑ Dom. 211. a. & 213. a. Quæ furore improborum in rep. geſta ſunt, reſcindere.

Metellus reſcindit de Epicrate & Heraclio. I. V. 221. b & ibi. Reſcindere iniurias alterius & irritas facere.

Quę armis geſta ſunt iure reſcindi poſſe. ꝑ Cec. 292. b

Reſcindere uoluntates mortuorũ. I. V. 99. a. & 238. a

Reſcindere res iudicatas. & ꝑ Syl. 179. a. Reſcindere iudicium. X. Ratum habere iudicium. Part. 241. a. & pro Plan. 261. a.

Eum locum me duce reſcidiſtis. ꝯ Rul. 66. a.

Fundum audio te hunc Bombilianum uelle reſcindere. Q. Fr. 318 b. aliter, Reſinere.

Augures poſſunt concilia uel inſtituta dimittere uel habita reſcindere. Ci.

Reſciſco, ſcis. Ci. Ep. 122. b. Id poſtq̃ reſciit excanduit.

Reſcribo, bis. reſpondeo. Ci. Ep. 10. a. Reſcribã tibi ad omnia. que queris. & Att. 63. b. Ad eam epiſtolam reſcribam igitur. Non mihi graue duxi reſcribere ad te de illius querimonijs. Att. 3. b.

Reſcripſi ad Trebatium. Att. 113. b.

Pompeio ſtatim reſcripſi, non me &c. At. 117. a.

Cui rei fugerat me reſcribere. At. 74. b.

Vt Epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid. At. 1. b.

Ad primam hoc tibi ſcribo &c. reſcribo &c. At. 45. a.

Eo ſerius ad tuam Epiſtolam, cui ego ſtatim reſcripſerã, redditæ ſunt meæ literæ.

Ante meridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo ueſpertinis. Att. 211. a.

Epiſtola, quam ad eum reſcripſeram. Att. 205. b.

Eo factum eſt, ut Epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere. Att. 5. b.

Ex quo perſpicuum eſt & cantus tum fuiſſe reſcriptos uocum ſonis & carmina. Tuſ. 209. b.

HS CCCC ſi in præſentia ſoluerimus, reliqua reſcribamus. At. 251. b.

Scribere. i. dare. X. reſcribere. i. reddere.

Reſeco, as. Ci. Tuſ. 218. b. Hæc reſecanda eſſe fatentur, euelli penitus dicunt nec poſſe nec opus eſſe. & 221. b. Nimia reſecari oportere.

Lingua inhærẽs ſcalpello reſecta liberatur. đ D. 128. a & I. P. 88. b. Reſectis palpebris uigilando necari.

Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. I. C. 106. b. Neq; id ad uiuum reſeco, ut illi qui hæc ſubtiliter diſputant. đ Am. 99. a.

Reſecare libidinem, & coercere iuuentutem. At. 16. b.

Reſero, as. aperio. Ci. Off. 44. b. Non ita claudẽda eſt res familiaris ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeranda ut pateat omnibus. Non auſi reſerare, ex Ennio. Or. 213. b. Vt reſerare nos exteris gentilibus Italiam iuberet. I. A. 209. b.

Reſeruo, as. ſeruo, conſeruo. Ci. Ad Bru. 289. b. Omnino tempora integrã tibi cauſam reſeruant. et Ep. 178. a Rem totam uobis integram reſeruaui. & 11. b. Vt integrum mihi de cauſa campana ad ſuum reditũ reſeruarẽ. Si quid eſt quod ad teſtes reſeruet, ibi nos &c. pro S. R. 32. a. Is teſtis expectatus & ad extremum reſeruatus, dixit &c. ꝑ Cec. 290. a. & ꝑ S. R. 43. b. Ad eamne rem uos reſeruati eſtis?

Quod ad tempus exiſtimationis partę fructus reſeruabitur? ꝑ Syl. 182. a. Idcirco a iudicibus prętermiſſam putant, quod ſit ipſis reſeruata. ꝯ Rul. 63. a.

Ego quoq; inquam ad ea te tempore reuocaui, ad quæ te ipſe ſeruaras. ꝑ Plan. 261. b. & ibi. Si te temporibus alijs reſeruaſti. Atq; ille uitam ſuam ad reip. ſtatum reſeruauit. ꝑ Seſt. 14. a. Dij pręſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. ꝑ Cæl. 50. a.

Inimicitias in aliud tempus reſeruare. đ Pro. 79. a.

Minutio me & Labeoni reſeruabam. Q. Fr. 321. b.

Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani otium. đ Or. 104. a.

Hoc autem in congreſſum noſtrum reſeruabo. At. 20. a.

Sed cætera, ut tu ſcribis, pręſenti ſermoni reſeruentur, hoc tamen non queo differre. Q. Fr. 310. b.

Aut ſuam operam accuſationi reſeruant. ꝑ Mur. 134. b

Eſt certa lex, quo hoc reſeruetur. I. V. 252. a.

Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Or. 212. a. Nomen clariſſimũ reip. reſeruate. ꝑ Fla. 166. b. Quid hoc homine facias? aut quo ciuẽ importunum reſerues? ꝑ Seſt. 9. a.

Erras Clodi, non te iudices urbi, ſed carceri reſeruarunt. Att. 12. b.

Res familiaris. res domeſtica, uide, in uocabulo rei. Ci. I. A. 231. a. Conſtituere rem familiarem ſuã. & Tuſ.

128.a.Res domeſtica & familiaris. Res familiaris, quæ eſt miniſtra et famula corporis.Tuſ.164.a.
Res autem familiaris quæri debet his rebus a quibus ab eſt turpitudo.Off.5e.b.

Reſideo,des. ſedeo,conſideo,aſſideo,remaneo,
Ci.de Fin.91.b.Sed reſideamus inquit, ſi placet,itáque fecimus. In oppido aliquo mallem reſediſſe.At.173.a
Reſidere,deinde ſpatiari.pro S.R.28.a. Omnia quæ commota fuerant pace et otio reſederunt.In Sal.273.b.
Nam ſi te interfici iuſſero ,reſidebit in rep. reliqua coniuratorum manus.I.C.99.b.
Periculum autẽ reſidebit & erit incluſum penitus in uenis, atque in uiſceribus reip.I.C.103.b.
Cum horum etiam tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper uideretur.pro Dom.221.b.
Si ea lex quam nos haberemus,eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet.pro Cor.15.b.
Cuius non in ſententia ſolum ſed etiam in nutu reſidebat authoritas.de Sen.90.a.
In corpore mortui nullus reſidet ſenſus.Tuſ.171.a.& Ep.72.a.Si in morte ſenſus ullus reſidet.
Res geſtæ in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſuſpicio.Q.F.295.b. & ad Bru.289.a.Cum tantum reſideat intra muros mali.
Cuius culpa in te reſidet.Att.285.a.
Si montes reſediſſent,amnes exaruiſſent.I.P.97.a.
Vt ne quas inimicitias reſidere in familijs arbitretur. Att.229.b.
Nemo unquam te placauit inimicus, qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit.pro Deio.141.a.
Huius incommodi culpa , ubi reſideat , facilius poſſum exiſtimare q̃ ſcribere.At.14.a.
O miſera uitæ ratio , quæ tandiu reſides in uoluptate. Antequam.197.b.
Si quid reſidet in te amoris erga me.Ep.62.a.b.
Etiam nunc reſidet ſpes in uirtute tua.Ep.184.b.
Facile plus officij reſidere apud me patior.Ep.63.b.
Cum timor animo reſediſſet.Tuſ.196.a.& Ep.112.b.
Marcelli impetus reſederunt. Quo ſpes ſalutis cæteris reſidebit?cum &c.Anteq.193.b.

Reſido,dis. Ci.de L.181.a.Necia a nece appellata,quia reſidunt mortui.aliter,reſident.
Cur nõ ante occurrit ne in uilla reſideret?pro Mil.111.a

Reſiduus,a,um. reliquus. Ci.Epi.150.b.Cupio nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe.& 15.a.Cum illud odium quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduũ tamen inſciente me fuiſſet.
Quid relatum,quid reſiduum ſit.contra Rul.77.b.
Locus ab iudicibus Fauſto Syllæ de pecunijs reſiduis non eſt conſtitutus.pro Clu.37.a.& ibi. Cauſa pecuniæ publicæ.

Reſigno,as. aperio, ſoluo. X. obſigno.
Ci.At.176.a.Nam quod literæ reſignatæ ſunt,habet, opinor,eius ſignum Pomponia.
Cum Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem reſignaſſet.pro Arch.187.a.

Reſilio,lis. Ci.pro S.R.31.b. Non modo ab hoc crimen reſilire uideas,uerum omnem ſuſpicionem in uoſmetipſos recidere intelligis.

Reſipiſco,ſcis. ad me redeo,me colligo.
Ci.At.103.a.& pro Seſt.20.b.Cum primum reſipiſſet.
Vix aliquando te authore reſipiui.At.57.b.

Reſiſto,ſtis. repugno, obſiſto, obuiam eo, par ſum.
Ci.At.104.b.Sero reſiſtimus ei,quẽ aluimus cõtra nos.
Vis tribunitia nonnunq̃ libidini reſtitit cõſulari. contra Rul. 69.a.& ibi.Obſtitit.
Nihil eſt iam unde nos reſiciamus,aut ubi lapſi reſiſtamus.pro Mur.144.a. Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt a Catone facile,ut ſpero,reſiſtemus.Ci.Ep.
Reſtitit & peruicit Cato.Att.23.a.
Conſilia,quibus illi Tribuno pl. pro rep. reſtitiſſem.de Or.113.a. Reſiſtere & repugnare contra ueritatẽ. pro Q.R.53.b. Fortiter reſiſtere dolori.Ep.73.a.
Sed opprimor interdum & uix reſiſto dolori.Ep.51.b
Fratri tuo reip cauſa reſtiti.Ep.60.b. & 155.a. Reſiſtere hoſtibus. Sed ego in hoc reſiſto.de Fin.117.b.
Beata uita reſiſtet extra fores carceris.Tuſ.244.a.
His ille rebus ita conualuit,ut nunc in uno ciue reſp.ad reſiſtendum imbecilla ſit, quæ mallem tantas ei uires nõ dediſſet,quàm nunc tam ualenti reſiſteret.At.102.a.& 280.a.Non poſſum tanto dolori reſiſtere.
Qui prædonibus pares eſſe non potuerunt.

Reſoluo,uis. ſoluo,diſſoluo. Ci.I.A.265.a.Senatum, quæ ſit antea pollicitus legionibus noſtris,ea ſummo ſtudio rep.recuperata reſoluturum.aliter,re ſoluturũ.

Reſonans,tis. Ci.Q.Fr.298.a.Theatrum natura ita reſonans ut uſque Romam uoces referantur.

Reſono,as. perſono,pererepo. Ci.Tuſ.169.a.Cum uenenum obbibiſſet,reliquum ſic è poculo eiecit,ut id reſonaret.& 190.b.
Gloria uirtuti reſonat tanq̃ imago.& Tuſ.182.a.
Saxa & ſolitudines uoce reſpondent.pro Arch.189.a.
In uocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius.de Cla.179.b.
Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios &c.de D.115.a. Sonus in fidibus teſtudine reſonatur aut cornu.de N.55.a. Cornua,quæ ad neruos reſonant in cantibus.de N.56.a.

Reſpecto,as. Ci.pro Seſt.5.b.Verũ hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes & reſpectantes relinquamus.
Ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent. pro Plã. 268.a. Animus uero non me deſerens ſed reſpectans in cœlum profectus eſt.de Sen.94.b.

Reſpectus,ctus. ratio, religio. Ci.I.A.204.a.Itaque cũ reſpectum ad Senatũ & ad bonos non haberet,eam ſibi uiam ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas, quã uirtus liberi populi ferre non poſſet. Sin eſt in me ratio reip.religio priuati officij &c.Ci. Craſſus parcebat aduerſarij dignitati,in quo ipſo ſeruabat ſuam.de Ora. 229.a.& ibi.Habere hominum rationẽ & temporum. Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. de D.94 b.
Meus quidẽ animus in acie eſt,neque reſpectũ ullũ quærit niſi me utilitas ciuitatis forte conuerterit.Ad Bru.90.b.

Reſpergo,gis. aſpergo. Ci.I.V.256.a.Cum prætoris oculos prædonum remi reſpergerent.

Quorum

Quorum ſanguine os uxoris reſperſum eſſe conſtabat. I.A.184.a.& ď Or.243.b. Simulacbrum ſanguine reſperſum.

Reſperſio,onis. Ci.ď D.118.a. Habes & reſperſionem pigmentorum.

Reſperſus,a,um. Ci.ꝑ S.R.19.b. Penè dicam reſperſas manus ſanguine paterno uideant oportet.

Reſpicio,cis. uideo, cerno, rationem habeo, reputo, reſpectũ habeo, iudiciũ de utilitate reip. habeo, proſpicio. Ci.Poſt.205.a. Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in rep. reſpicere cœpiſtis.

Tam longe retro reſpicere non poſſunt. Tuſ.229.a.

Cum uaſtitatem Italiæ reſpexerint. Ep.165.a.

Tum ei dux ille præcepit, ne reſpiceret. ď D.90.b.

Sed uecors repente conſtitit, deinde reſpexit, & ſimul ad Cn. Lentulum Coſ. aſpexit ď Ar.243.b.& ď.D.95.b.

Reſpexitq; & equum alacrem lætus aſpexit.

Et noctu ad oppidum reſpicientẽs flagrantes onerarias uidebatis. ď D.95.a.

Quoad longiſſime põt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis. ꝑ Arch.185.b.

Maiores ptes animi te Caſſiũq; reſpiciũt. Ad Bru.90.b.

Cæſarem in tanta fortuna ſua alıena reſpicere magnum eſt. pro R.P.229.a.

Epicurus non aptiſſimus ad iocandum, minimeq; reſpiciens patriam. ď N.35.a.

Saltem populi Rom. commoda reſpicite, ſi ſocijs proſpicere non laboratis. I.V.176.a.

Reſpicere ſalutem ſuam. ꝑ Plan.278.b.

Reſpice quæſo aliquando remp. Antoni. I.A.182.b.

Cauere alicui & reſpicere eum. I.V.153.a.

Niſi quis nos deus reſpexit. Att.11.b.

Niſi deus reſpexerit remp. At.98.b.

Quod ipſum, ſi remp. cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi iam iamq; faciendum eſt. At.281.b.

Reſpiciens ad opem ferendam. ď L.175.b.

Si reſpicere remp. uolet. Ep.150.b.

Si adeundum erit uitæ periculũ, ne tum quidem te reſpicies & cogitabis &c. ď Fin.82.a.b.

Quod rogas ut reſpiciam generum meum adoleſcentem optimum &c. Ep.17.b.

Reſpiratio,onis. Ci.Or.201.b. Diſtincta alios & interpuncta, interualla, moræ, reſpirationesq; delectant.

Aer enim oritur ex reſpiratione aquarũ, & earũ quaſi uapor habendus eſt. ď N.31.a.

Neq; erant aere circunfuſa extrema mundi ut reſpirationem requirerent. ď Vn.198.a.

Reſpiro,as. ſpiritum duco, animã de cœlo duco, anhelo, uiuo, animũ erigo, recreor.

Ci.ď N.53 a. Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eandẽq; a pulmonibus reſpirat, ac reddit. & 54.a. Animæ pars redditur reſpirando, pars cõcipitur cordis uentriculo.

Qui demerſi ſunt in aqua, reſpirare non poſſunt. de Fin.100.a.& 120.b.

Improbitas nunquam ſinit eum reſpirare nunquam acquieſcere. ď Fin.60.a.& ꝑ Quin.6.b. Quem tu nunc reſpirare libere non ſinis. & ꝑ S.R.22.a.

Romæ reſpirandi locus non eſt. Q.Fr.319.b.

Alicui uix reſpirandi poteſtatem dare. ꝑ Quin.16.a.

Cum autem Dolobella uenit in mentem, paulum reſpiro. Att.110.b.& 154.b. Accepi literas & paulum reſpiraui. Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat. ꝑ Clu.56.b.

Si ciuitas reſpirauerit, dignitate tua frui tibi licebit. Epiſt.79.b.

Qui erigere animum & paulum reſpirare a metu cœpit. ꝑ Clu.60.a.

Reſpirare a metu cædis, emergere a fluctibus ſeruitutis, reuiuiſcere &c. ď Ar.255.a.

Reſpiraſſe homines uidebantur, nondũ re, ſed ſpe reip. recuperandæ. ꝑ Seſt.19.a.

Cupiditas atq; auaritia reſpiraſſet paululũ. ꝑ Quĩ.9.b

Reſpiraui, liberatus ſum. ꝑ Mil.210.b.

Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit. I.A.218.a.

Tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Parad.119.a.

Reſpiraro ſi te uidero. At.39.b.

Reſplendeo,des. Ci.ď Fin.69.b. In exẽpl. germ. aliter, reſpondeat.

Reſpondeo,des. Refero, reſponſum do, reſponſum reddo, reſcribo, renuntio, occurro, refuto, dicam igitur ad ea quæ ſunt a te dicta, par eſſe.

Ci.At.10 b.a. Quæris ex me quid acciderit &c. ego reſpondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς.

Quanq̃ qui iſtinc nunc ueniunt partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas, partim contumelioſum quod male reſpondeas. Ep.17.b.

Reſpondere ad ea quæ quæſita ſunt. I.A.153.a. & In Vat. Reſpondere ad interrogata.

Quo ſinalius quibus eſt iratus reſpondere triſtius poſſit. Ep.57.b.

Ego tibi reſpondebo ad ſingula. de Fin.93.a. & Ora.217.a. Reſpondere ad ſingulas res.

Sæpe ij, qui debent, non reſpondent ad tẽpus. At.251.b

Chryſippo primum de ipſa rerũ contagione reſpondeamus. ď Fat.141.b. Acute arguteq; reſpondere alicui. ꝑ Cæl.41.a. Habes ad oĩa, nõ ut poſtulaſti χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, ſed paria paribus reſpõdimus. At.89.a & 89.b. Erat autem alia puſilla epiſtola, quam non relinquam ἀντιφώνητον. Att.89.a.

Videat quid de illis reſpondeat, quos necauit. I.V.78.b & ꝑ Fla.157.b. De quo toto reſpondit Hortenſius.

Ego ad reſpondendum ſurrexi. ꝑ Clu.27.b.

Vt etiam pro Bruto reſpondeam. ď Cla.175.b.

Cuius oratioñi Cæpionis ore rñdit Ælius. ď Cl.179.b

Cum uobis non grauate reſpondero. ď Or.102.b.

Nõ cõtra tenuiter & nugatorie reſpõſum: ad Her.35.b

Reſpondere grauiter contra inimici contumeliam. ď Ar.247.b.& ibi. Refutare maledicta improborum.

Primum M. Catoni de officio meo reſpondebo. ꝑ Mur.124.b. Aliquid alicui de iure reſpõdere. ď Or.110.b

Neq; hoc loco expectandum eſt, dum de remo inflexo & de collo columbæ reſpondeam. Acad.6.a.

Alicui de iure conſulenti reſpondere. ꝑ Mur.126.a.

Quæris num iuriſconſultus? quaſi quiſquam ſit, qui ſibi
hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat. ꝑ Plau. 272. a.
Rotilius magnum munus de iure reſpondendi ſuſtine-
bat. đ Cla. 174. b. & 193. b. Q. Scæuola conſulentibus
reſpondebat.
Alteros enim reſpondentes audire ſat erat. Or. 210. a.
Quæ conſuluntur minimo periculo reſpondentur. pro
Mur. 130. b. Facultas reſpondendi iuris. đ L. 175. b.
Multi in reſpondendo iure authoritate plus quàm inge-
nio ualent. đ Or. 101. b.
Aliud iudicari de iure aliud reſpondere non oportet.
pro Cec. 291. a.
Iam uero urbes municipiorum reſpondebunt Catilinæ
tumulis ſyluestribus. I. C. 109. b.
Vt omnia oībus paribus paria reſpondeant. đ N. 12. a
Vt uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.
Or. 100. a. Reſpōdent extrema primis. đ Fin. 144 a
Dixit ſe uelle ædificare alteram porticū in carinis, quæ
palatio reſponderet. đ Ar. 255. a.
Nam ea, quæ ſperas &c. ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpon-
deant. Ep. 16. a.
Rhetoricam quaſi ex altera parte reſpondere Dialecti-
cæ. Or. 207. b. Qui ueſtris paucorū reſpondeat lau-
dibus. Brut. Att. 277. b.
Is honoribus maiorū reſpōdere nō potuit. đ Cla. 175. a
Reſpondere maioribus ſuis. đ Fin. 91. a. & Tuſ. 248. b.
Reſpondere gloriæ maiorum.
Quæ memoria, quæ magnitudo obſeruantiæ tot tantisq;
beneficijs reſpondere poterit? Poſt. 209. a. & Ep. 63. b.
Mutuo reſpondere officijs.
Nihil minus hominis uidetur, quàm non reſpondere in
amore ijs, a quibus prouocere. At. 273. a.
Cui quidē ego amori, utinam cæteris rebus poſſem, amo-
re certe reſpondeba, qua tamen ipſo tibi confido futurū
ſatis. Ep. 256. a.
Tu modo uideto ut par in hoc mihi ſis. At. 4. a. ideſt ut
in hoc mihi reſpondeas.
In oībus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit. Ep.
18. a. His omnibus rebus aduentus tuus cū proxime
Romam ueniſti, non mutuo reſpondit. Ep. 60 a.
Tua uirtus opinioni hominum reſpondet. Ep. 19. b.
Vt poſſim tibi aliquid in eo gñe reſpōdere. At. 60. b. &
57. a. Q. Fratris liberalitati pro facultatibus noſtris re-
ſpōdemus. Si bonitas tua reſponderit iudicio meo, gau-
debo. Att. 228. b.
Si cui quid debet, ut ſit unde par pari reſpondeatur. At.
256. b. Fac ut omnia tua facta atq; dicta noſtris re-
bus iſtinc reſpondeant. Q. Fr. 298. b.
Reſpondebis ne ad hæc? aut oīno hiſcere audebis? I. A.
281. a. Vt noſtra in amicos beneuolentia illorū erga
nos beneuolētiæ pariter æqualiterq; reſpondeat. đ Am.
106. b. Non enim quærimus quid de quaq; conſulta-
tione reſpondeamus. đ L. 159. a.
Reſpondent autem dextra dextris &c. đ Vn. 203. b.
Nihil tam obſcœnum dicere potes, cui non ab initio pue-
ritiæ oī gñe facinoris ætas tua reſpondeat. I. Sal. 272. a.

Reſponſio, onis. X. ἀντικατάγνωσις.
Ci. I. V. 244. b. Fuit iſta reſponſio quondam.
In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſio-
ne, qui ita dicebat &c. ꝑ Cor. 61. b.
Is me reſponſione inimica homo promptiſſimus laceſſi-
uit. I. P. 91. a.

Reſponſu. Ci. ꝑ Clu. 52. b. Videtis hæc quàm ſint le-
uia genere ipſo, quàm breuia reſponſu?

Reſponſum ſi. reſponſio. Ci. At. 113 b. Hæc ex illius ad
noſtra reſponſa reſponſis intelligentur.
Ipſis autem tantis de rebus reſponſum nullum dediſti. I.
V. 243 b. Cū Senatus impediretur, quo minus equi-
tibus Rom. reſponſum redderetur. ꝑ Plan. 266. a.
A me quoq; id reſponſum tuliſti, me nullo modo poſſe
&c. I. C. 101. a. & đ Or. 105. b. Auferre reſponſum ab
aliquo. Ex Aruſpicum reſponſis. I. C. 112. b.
Reſponſa atq; decreta iuriſconſultorum. ꝑ Mur. 130. b.
& đ Or. 107. a. Hominum peritorum reſponſa nobis co-
gnoſcenda ſunt.

Reſpublica. politia, communis municipij res. ꝑ Clu. 59. a.
& Ep. 108. b. Doleo ita cōem rem eſſe dilapſam, ut etc.
Ci. ꝑ Seſt. 22. a. Res communem utilitatem continentes,
quas publicas appellamus.
Politici philoſophi appellati uniuerſarum rerum publi-
carum nomine uocabantur. đ Or. 152. a.
Nihil ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut præ-
ſtantius q̄ de republica bene mereri. Ep. 246. a.
A Platone philoſophiaq; didiceram naturales eſſe con-
uerſiones rerum publicarum. đ D. 109. b. & Acad. 2. a.
Eo cenſu nullius ciuitatis reſp. potuit adminiſtrari. I. V.
236. a. Hoc bello uictores quā remp. ſimus habituri
neſcio, uictis certe nulla unquam erit. At. 213. b.
Quod fortaſſe aliquando uniuerſæ reip. noſtræ, nūc qui-
dem profecto iſti prouinciæ contigit. Q. F. 291. b. i. Aſiæ.
Atq; hanc ille cauſam ſibi ait nō attingendæ reip. fuiſſe.
Ep. 14. a. Et capeſſere remp. l. Capeſſo.
Verſari in publicis rebus. đ In. 42. b.
Nondum ad remp. acceſſi. ꝑ S. R. 19. a.
Rei totius publicæ otium exoptandum eſt. Ep. 9. a.
Quid dicam in publica re? At. 15. a. & 16. a.
Summa reſp. đ L. 191. b i. Romana. & ibi. Municipalis
reſp. Plato fore beatas reſp. putauit, ſi aut docti aut
ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui rege-
rent omne ſuum ſtudium in doctrina, ac ſapientia collo-
caſſent. Q. Fr. 291. b. Qui iudicia impediuiſſet, eum
contra remp. eſſe facturum. Q. Fr. 306. b.
In quo ſi mihi obtemperatum eſſet, ſi non optimā, at ali-
quam remp. quæ nunc nulla eſt, haberemus. Off. 8. a.
Nam & erudierūt multos, quo meliores ciues in rebus
ſuis publicis eſſent. Off 31. b. & ibi. Ad remp. accedere.
Neceſſe eſt eam patriā charitate præſtare qua reip. no-
men uniuerſæ ciuitatis eſt. đ L. 170. a.

Reſpuo, is. aſpernor, repudio. Ci. Tuſ. 178. a. Ergo
id natura reſpuit. & 207. b. Guſtatus qđ ualde dul-
ce eſt, aſpernatur ac reſpuit. đ Or. 152. a.
Sequeſtrem ne Plancium? reſpuerent aures, nemo agno-
ſceret, repudiaretur. ꝑ Plan. 268. a.
Quod aures reſpuunt immutandum eſt. Part. 231. a.
Dicere aliquid quod omnium mentes aſpernentur ac re-
ſpuant. đ Fat. 149. b.

Nunc

Nunc omnia reſpuo. At.190.b. & ꝓ Cæl.45.a. Calcitrat, reſpuit. & ꝓ Mur.141.b.
Reſpuere aliquid & pro nihilo putare. ꝓ Cec.295.b.
Reliquiæ cibi, quas natura reſpuit. de N.30.b. & Att. 117.a. Cæſaris interdicta reſpuentur.
Aſpernari ac reſpuere aliquem. Att.217.b.

Reſtinctio, onis. Ci. ď Fin.66.a. Voluptas reſtinctiones ſitis in motu eſt.

Reſtinguo, guis. extinguo, ſedo, comprimo. X. inflammo, incendo. Ci. Q.R.47.b. Ignis in aquā coniectus continuo reſtinguitur & refrigeratur. & I.C.111.a.
Reſtinguere ignem uel incendium. & Top.225.a. Reſtinctus igni. & Or.199.a. Reſtinctis aliorū incendijs.
Animos hominum morte non reſtingui. ꝓ Seſt.13.b.
Reſtinguere ſitum. ď Fin.66.a.
Repreſſi impetum, ardorem reſtinxi. Ad Bru.91.b. & de Fin.58.a. Reſtinguere ardorem uoluptatum.
Eorum qui audiunt mentes aut inflammare dicendo aut inflammatas reſtinguere. ď Or.103.a.
Eloquentia cupiditates iracundiasq; reſtinguimus. ď N.56.a. Sermunculum omnem aut reſtinxeris aut ſedaris. Att.206.b.
Nec ipſe Ariſtoteles cæterorum ſtudia reſtinxit. Ora 197.a. Illa etiam tertia parte animi, in qua irarū exiſtit ardor ſedata atq; reſtincta. ď D.93.b.

Reſtipulatio, ones. Ci. ꝓ Q.R.52.b. Recita iſtam reſtipulationem clarius. l. reſtipulor.

Reſtipulor, aris. repromitto. Ci. ꝓ Q.R.51.a. Cur igitur decidit? & non reſtipulatur neminem amplius petiturum? & ibi. Quid enim hæc reſtipulatio clamat? qđ a Flauio accepero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. & ibi. Hic porro nunc reſtipulatur, qđ iampridem ipſe exegit.

Reſtituo, is. reddo, reficio, reſarcio, refero.
Ci. I.V.217.a. Pollicetur ſibi magnæ curæ fore, ut omnia ciuitatibus, quæ cuiuſq; fuiſſent, reſtituerentur. & ꝓ S.R.37.b. Damnatus per arbitrum & rem reſtituit & honeſtatem omnem amittit.
Vt ſalutem redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. pro Dom.218.a.
Reſtituat uxorem, reddat filiam. ꝓ Fla.161.b.
Templum eſt a Senatu Iunoni ſoſpitæ reſtitutum. ď D. 120.b & Cæl.45.b. Effregit fores, reſtituentur.
Reſtituere ædes, quæ corruerunt. Top.222.a.
Vt ſtatua, quā turbo deiecerat, reſtitueretur. Ep.198.a.
Reſtituere ac corrigere deprauata. ď D.128.a.
Antonius Lenticulam de alea condemnatum reſtitue. I.A.171.a. & in integrum reſtituit.
Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei niſi fuiſſet iniuſta eijciendi? ꝓ Mil.108.b.
De Memmio reſtituendo Curius cogitat. At.89.a.
Rurſus illi ſunt in ſuam priſtinam dignitatem reſtituti. pro Dom.230.b.
Reſtitui in antiquum ſtatum. I.V.68.b. & ꝓ Clu.42.a. Hominibus iniuria notatis neq; ad honorē aditus, neq; in curiam reditus eſſet.
Reſtituere damnatos in integrū. I.V.138.a. & ꝓ Clu. 88.a. Condemnatos ambitus in integrum eſſe reſtitutos.
Et niſi per te ſit reſtitutus deſertum ſe atq; abiectum fore. Epiſt.5.b.
Prædia a noſtris Magiſtratibus in integrum reſtituta. Ci. ꝓ Fla. Prætor aut uim fieri uetat, aut reſtitui factam iubet. ꝓ Cec.291.b. & 289.a. Prætor edixit ut unde deieciſſet, reſtitueret.
Rabirij dignitas, ex qua illi nihil detrahi poteſt, quod non facile reſtituat. ꝓ R.P.129.b.
Cum Aiax Danais inclinantibus prælium reſtituit. Tuſ. 220.a. Reſtitue nobis aliquando ueterem illam tuā calliditatem. ꝓ S.R.28.b.
Reſtituere gratiam alicui. Q. ď Pet.208.a. ideſt referre gratiam.
De noſtro amico placādo aut planè reſtituēdo. At.5.b.
De Memmio reſtituendo, ut curio cogitet, te audiſſe puto. At.89.a. & 157 b. Omnes qui lege Pompeia condēnati eſſent, reſtituerentur.

Reſtitutio, onis. Ci. ꝯ Rul.68.a Reſtitutio dānatorū. Nemini eſt triumphus honorificentius q̃ mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta. I.P.87.a.

Reſtitutor, oris. Ci. ꝓ Mil.109.a. P. Lentulus reſtitutor ſalutis.

Reſto, as. reſtiti, maneo, remaneo, reſideo, ſupero, ſuperſum, reliquum eſſe, reſiduum eſſe.
Ci. At.420.b. At ſi reſtitero, idē fecero, qđ L. Flaccus. ideſt ſi non diſcedam.
Qui ab illo in ſpeculis relicti in ceruicibus noſtris reſtiterunt. ꝓ Mur.143.a.
Iis incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Off.74.a.
Ligarius poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. ꝓ Lig. 237.b. Quæ tamen ei ſola in malis reſtiterunt. pro Syl.180.a. i. ſtudia amicorum.
Illud etiam reſtiterat, quod heri fecerunt, ut te in iudiciū adducerent. ꝓ Quin.5.b.
Vnum etiā reſtat amico noſtro ad omne dedecus, ut Domitio non ſubueniat. At.222.b.
Nihil ei reſtabat, præter balnearia. Q.Fra.318.a.
Reſtat etiam de Chaldeis. ď D.113.a.
Quid nobis ex eo genere reſtet, & quare reſtet admonendum uidetur. ď In.76.a.
Hæc igitur reliqua pars eſt. hic reſtat actus. pro Mar. 235.a. Reſtat igitur ut motus aſtrorum ſit uoluntarius. ď N.34.b. & ꝓ Quī.7.a. Reſtat ut aut etc. aut etc.
Longa ſunt quæ reſtant, prætereunda tamen. At.282.b.
Qui ad Catilinā accipiendū Romæ reſtiterūt. I.C.118.b
Qui è diuiſione tripartita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Off.54.a.

Reſtricte. Ci. ď L.179.a Hæc illi placent, ſed ego cætera non tam reſtricte præfinio.
Nec tamen cur id tam parce tamq; reſtricte faciant intelligo. ď Fin.73.b.

Reſtrictus, a, um. parcus, auarus. Ci. Ep.38.a. Cum natura ſemper ad largiendū ex alieno fuerim reſtrictior.
In ijs tamen, qui &c. reſtricti nullo modo eſſe debemus. Off.46.a.
An exiſtimas illum in hoc genere Lentulum? aut reſtrictum? nemo eſt minus. At.165.a.

Reſupinus. Ci. ď D.89.b. Exin proſtratū reſupinū etc.

Retardatio,onis. commoratio. Ci.I.A.200.a.Vnde eſt adhuc bellum,niſi ex retardatione & mora?

Retardo,as. moror, remoror, moram affero, moram facio, moram & impedimentum infero.
Ci.đ N.46.b Stellarũ motus tum incitantur tum retardantur, ſæpe etiam inſiſtunt.
Stellam tum antecedendo tum retardando mirabiliter multa efficere.đ N.35.a.
Vt eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret.ꝓ Pom.8.a.
Siue retardabis,ſiue properabis.Tuſ.164.b.
Reprimere ac retardare impetus hoſtium. ꝓ Pom.6.a. & I.V 60.a.Vt animos iſtius & impetus retardaret.
Vt ferocitatem iſtam tuam comprimerem,audaciam frãgerem,loquacitatem retardarem.In Vat.29.a.
Sed hæ res,quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt.ꝓ Pom.11.b.& ꝓ Clu.59.b.
Sed animi uires corporis imbecillitas non retardauit. I.A.211.a.& 221.a. Non illum morbus retardauit, quominus &c.
Cum certi homines nõ ſtudium eius a me alienaſſent ſed auxilium retardaſſent.I.P.96.a.
Quem ad ſalutem meam uoluntas impulit,uis retardauit,authoritas ueſtra reuocauit.Poſt.109.a.
Poſteriora autem tempora me a ſcribendo retardarũt. Epiſt.72.b.
Ne qua poſſit animum tuum defatigatio retardare. Ad Her.6.a. A nullius me unq̃ tempore aut commodum aut otium abſtraxit,aut uoluptas auocauit, aut deniq; ſomnus retardauit.ꝓ Arch.188.a.
Excitauit illam ſuam non ſolutam ſed ſuſpicione aliqua retardatã conſuetudinẽ bene gerendæ reip.ꝓ Seſt.10.a
Alij ſimulatq; hoc noſtrum legerunt, neſcio quo pacto retardarunt Att.20.b.
Illum in proſequendi ſtudio mœror,hos lætitia retardauit.pro Pom 8.a.
Quem niſi in uia caducæ hereditates retardaſſent, uolaſſe eum diceres.I.A.216.b.
Ad agrum fruendum non modo non retardat,uerum ẽe inuitat atq; allectat ſenectus.đ Sen.89.a.

Rete,tis. plaga, laqueus. Ci.đ N.50.b.Vt in araneolis,aliæ quaſi rete texunt,aliæ ex inopinato obſeruant.

Retego,gis. Ci.At.59.a.Quare in hoc thecam nummariam non retexeris,in alijs eris cautior.

Retentio,nis. Ci.At.210.b.Semper Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ ſimilem facit.

Retento,as. Ci.đ D.03.b.Quæ penitus ſenſus hominũ uitasq; retentat.& 121.b.Nanq; omnes memori portentum mente retentant.

Retexo,xis. Ci.Acad.23.b.Dialectica quaſi Penelope telam retexens. An qđ adoleſcens præſtiti,nũc ætate præcipitata commutem,ac me ipſe retexam? Ep.180.a.
Noui timores retexunt ſuperiora.Ep.174.b.
Audeo dicere inquit,nõ potes,niſi retexueris illa.đ Fin. 144.b. Omnino erant Metelli huiuſmodi,ut totã ſuã præturam retexere uideretur.I.V.121.b.
Itaq; iam retexo orationem meam.I.A.166.b.i.qđ negabam confiteor. Ea,quibus ante exorſa & potius detexta propè retexantur.đ Or.123.a.

Reticentia,tiæ. Ci.I.A.264.a.
Ci.Off.64.b.A iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta.& đ Or.162.a.
Ex locutione. X. ex reticentia.Off.29.b.

Reticeo,es. conticeo,obmuteſco. Ci.đ Or.130.a.Hic cum Sulpitius reticuiſſet,inquit Craſſus &c.
Nihil nec temere dicere,nec aſtute reticere debeo.Q.F. 299.b. Quæ ſtatueras tibi in Senatu de mea laude eſſe dicenda,reticuiſti.Ep.59.b.
Arteriæ reticendo acquieſcunt.Ad Her.20.a.
Subterfugere reticendo,& obſcurare dicendo.ꝓ Clu. 10.a.l.Conniueo.
Nõ poſſum đ utriuſq; noſtrũ errore reticere.I.A.158.b

Reticulum,li. Ci.I.V.241.a.Reticulum tenuiſſimo lino & minutis maculis plenum roſæ.

Retinens,tis. Ci.Q.Fr.301.b Homo ſui iuris dignitatiſq; retinens.& ꝓ Plan.270.b. Homo nimium retinens equeſtris iuris.

Retineo,nes. obtineo, conſeruo,ſupprimo.X. dimitto.
Ci.Att.208.a. Quare niſi iam profecti ſunt, retinebis homines. Quin labebar longius niſi me retinuiſſem. đ L.160.b. Illum ſuſpicantem te abſe abalienatum illa epiſtola retinuiſti.Ep.6.b.
Quos natura ipſa in officio retinere non potuiſſet. Act. 30.a.& Off.73.b Qui retinendi officij cauſa cruciatum ſubierit uoluntarium.
Cogitent,ita ſe graues eſſe,ut ſi ueritatem uolent retinere,grauitatem poſſint obtinere.ꝓ Quin.13.b.
Ius augurum reip.cauſa conſeruatum ac retentum.đ D. 224.a.& ius retinendæ maieſtatis.
Ludendi eſt etiam quidam modus retinendus.Off.21.a.
Retinent tamen charitatem in paſtores.đ Am.109.b.
Qui ſummos uiros cum infimis pari iure retineret.Off. 41.a. Ea tametſi uerbis interdicti non concluditur, tamen ſententia iuris & authoritate retinetur.pro Cec. 297.a. Pecuniam acceptam nomine iudicij retinere atq; ſupprimere.ꝓ Clu.32.a.
Sui quenq; iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominum.ꝓ Cor.61.a. Studia retenta animo,remiſſa temporibus.Tuſ.148.a.
Qui mos a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum reuocauit.đ Fin.64.a.
Sunt autem hæ de finibus,ut opinor, retentæ defenſæq; ſententiæ.Tuſ.144.b.
Retinere ius ſuũ contra aliquem.I.V.155.a.i.obtinere.
Etenim ordo ipſe annaliũ mediocriter nos retinet,quaſi enumeratione faſtorum Ep.68.a.

Retorqueo,es. Ci.I.C.104.b. Catilina retorquet oculos ſæpe ad hanc urbem.
Quo quidem me proficiſcentem non ſane quis facile retraxerit,& tanquam pilam retorſerit.đ Sen.94.b.

Retractatio,onis. Ci.Tuſ.144.b.Vt ſine retractatione libere dicere auderent, ſapientes eſſe ſemper beatiſſimos.

Retractatus,a,um. Ci.At.252.b.Idẽ σύνταγμα miſi ad te retractatius.

Retractio,nis. Ci.At.212.a.Conficies igitur & quidẽ ſine ulla dubitatione,& retractione.

Retracto,as. iterum tracto,recognoſco,refrico.
Ci.p Mur.137.a.Nūc tertius ille locus de criminibus ambitus a me retractandus eſt.
Ἀκόνητος crebris locis inculcatus & refectus, ſed tamen idem σύνταγμα miſi retractatius.
Sed hæc omittamus, augemus enim dolorem retractando.At.124.a.

Retraho,his. retro aut in contrariam partem traho.
Ci.p Cæl.51.a.Licinium cum iam manum ad tradēdū pyxidem porrexiſſet,retraxiſſe.
Non habeo certum,quæ te res hinc maxime retrahat. Ep.70.a. Hic ita mœſtus rediȷt ut retractus non reuerſus uideretur.I.A.207.a.
Quo quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facile retraxerit,ne ue tanq̃ pilam retorſerit.d Sen.94.b.
Scipio Annibalem in Africam retraxit.d Fin.76.b. & I.V.268.b.A ſe retractum eſſe &c.
Retrahere aliquē a rep.p Seſt.10.b.
Genus hoc calliditatis & calumniæ retrahatur in odiū iudicis.Part.242.a.

Retribuo,is. Ci.p.Q.R.52.a.Non mihi detraham, cū illis exactę ætatis ſeueriſſime.fructum quem meruerūt, retribuam.
Fidei conducit in loco debitum retribuere.Anteq̃.192.b & 193.b.Retribuere quod debetis.

Retro, a tergo. Ci.d.D.90.b.Tum ei Deus pręcepit ut pergeret protinus,quid retro atq; a tergo fieret,ne laboraret. Retro ad alpes uerſus iter mihi incidit.Ep. 224.a. Orbes qui uerſantur retro contrario motu atq; cœlum.d Som 128.b.
Sed conuerſa retro cœli ſemper loca portat.Ci.In. Ara.
Cum eadem uiciſſim retro commeant.d.N.65 b.
Tam longe retro reſpicere non poſſunt.Tuſ.229.a.
Vt omnia quæ ſine honeſtate ſint,longe & retro ponēda cenſeat.Tuſ.245.b.
Vide rurſus retro,dato hoc dandū erit & illud. d Fin. 244.a. Et idem quaſi ſurſum uerſus retroq; dicatur. pt.232.a.
Viciſſim,ideſt.πάλιν αὖ ἐκ.d Vn.297.a.

Retrorſum. Ci.d.N.41.b. Deinde retrorſum uiciſſim ex æthere aer oritur.

Retruſus,a,um. Ci.I.V.77.b.Simulachra deorum iacent in tenebris ab iſto retruſa atq; abdita.&.Q.d Pet. 221.b.abditum & retruſum.
Hæc ſunt penitus in media philoſophia retruſa atq; abdita.d Or.92.a.

Retundo,dis. Ci.I.C.111.a.Iidem gladios in remp.diſtrictos retudimus. & p Syl.183.a.Cuius nuper ferrum retudi. In me omnia,quæ ego quōdam retuderā, coniurationis tela adhæſerunt.p Dom.226.a.
In præſentia belle iſte puer retundit Antoniū.At.262.a aliter retrudit. Cenſorȷ ſtyli mucronem multis remedȷs retuderunt.p Clu.43.a.
Retundere improbitatem alicuius.Ep.190.b.&.225.a Quo facto retudit ſermones.

Retuſus,a,um. Ci.d.D.97.a.Aliæ quæ acuta ingenia gignant,aliæ quæ retuſa.

Reueho,his. Ci.d Cla.285.a.Sed ad paulo ſuperiorē ætatem reuecti ſumus,nunc ad eam,de qua aliquantum locuti ſumus,reuertamur.

Reuello,lis, reuelli. refigo. Ci.I.V.211.b.Reuelli clauſtra,effringi fores.& p Mur.132 a.Ianua, qua effracta & reuulſa tota pateret prouincia.
Id autem templum ſublato aditu,reuulſis gradibus armis tenebatur.I.P.84.b.
Niſi ſeptis reuulſis introiri non poteſt.I.A.196.a.
De corpore alicuius tela reuellere.I.P.85.a.
Tabulam in qua nomina ciuium inciſa erant, reuelli iuſſit.Ep.219.b. Qui ius ciuile contemnendum putat,is uincula reuellit iudiciorum.p Cec.298.a.
Nec prius illam crucem,quę fixa eſt ad portam,reuelliſtis.I.V.201.b.& Ep.219.b.Reuellere tabulam fixam
Honorificiſq; uerbis omnes iniurias reuellimus ſuperiores.At.79.a.

Reuenio,nis. redeo. Ci.d Or.99.b.Cum miles domum reueniſſet,egiſſetq; lege ī hęreditatē paternā,&.100.a Cum poſtea Mancinus domum reueniſſet.

Reuera, reapſe. Ci.Ep.32.b.Et reuera confirmata amicitia & perſpecta fide commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt.&.I.V.114.a.Etenim reuera &c.
Aduerſarium habet Quintus uerbo Sex.Næuiū,reuera huiuſce ætatis uiros fortiſſimos &c.p Quin.1.b.
Cuius igitur crimen eſt?reuera nullius,actione Accuſatoris,eius unius,qui donauit.p Cor.56.a.
Hæc enī eo modo exponi,quo modo reuera geſta ſunt. Ad Her.8.a. Qui nunc populi rom.nomine, re autē uera ſceleratiſſimo atrocinio,ſi qua conabuntur agere &c.Ep.4.b.
Cuius mortis cauſam fugitiui ſuſtinent, re quidem uera nemo dubitat, quin.I.V.261.a.
Verbo ille reus,re quidem uera & periculo & tota accuſatione Oppianicus.p Clu.28.b.
Cum reuera ita ſit &c.At.50.b.
In eo non tu quidē tota re,ſed tēporibus erraſti.i.erro.
Milites præſidio ſunt,ſpecie conſuli,re & ueritate nobis.I.A.212.b.
Qui hæc commutabilia pecuniæ membra ſolo uerbo bona putauerunt appellanda,cum re ac factis longe aliter iudicauiſſent.pad.117.a.
Sine illa magna,quę reuera magna ſunt.p. R.P.129.b.
Hæc ille ſi uerbis non audet,re quidē uera palàm loquitur.p Quin.10.b. Hanc rem oratione & opinione augere licet,re & ueritate mediocrem inuenietis.p.Q. R.50.b. Quando igitur eſt turpe?reuera quando eſt pœna peccati,opinione autē hominum,ſi eſt pœna damnati.p Dom.227.b.
Nomine meum X.reuera tuum.I.V.78.a.
Verbo poſcere.X.reuera poſcere.I.V.74.a.
Verbo & ſimulatione.X.reuera.I.V.277.b.
Temporis cauſa.X.reuera.p Plan.274.b.
Hęc quę dico cogitatione inter ſe differunt, re uero copulata ſunt.p.Q.R.50.b.
Quod ſi minus uerbis,re cogitur confiteri.d Fat.144.b.
Nec hoc eſt tam re q̃ dictu inopinatum atq; mirabile. pad.122.b. Omnes,qui aut re aut ſpe ſunt boni. p Dom.242.b. Craſſus tum cognomine diues tum co-

pijs.ð Som.131.b.

Reuerentia,tiæ. Ci.Off 20.a. *Adbibenda eſt igitur quędam reuerẽtia aduerſus homines &c.*

Reuereor,ris. *uereor,colo,cultu quodã & honore digno,* Ci ð Or.118.a. *Dicam enim non reuerẽs aſſentandi ſuſpicionẽ. Sed mihi nil eſt moleſtius,q̃ Statiũ manumiſ ſum,nec meum imperium,omitto impium,non ſimultatẽ meam revereri ſaltem.* At.33.b.

Difficile eſt uirtutem revereri,qui ſemꝑ ſecunda fortuna ſit uſus. Ad Her.29.b. *Obſeruantia,ꝑ quã ætate aut ſapiẽtia,aut honore aut aliqua dignitate antecedẽtes reueremur,& colimus.* ð In.70.b.&.82.b. *Per quam aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.*

Reuerſio,onis. X. *profectio.* Ci.I.A.153.a. *Exponam uobis breuiter conſilium & profectionis & reuerſionis meæ. Reditu uel potius reuerſione mea lætati ſunt.* At.216.b *Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit.* ð.N.46.a.

Cum omnium ſiderum eodẽ,unde profecta ſunt, fiat ad unum tempus reuerſio. ð Fin 86.a.

Reuerſio & motus febrium. ð.N.64.b.

Reuerto,tis. *reuertor,remigro,reuenio,aduenio, recurro, refero me.* ꝑ Syl.177.a. *reuerſionem facio.*

Ci At.121.a. *Ipſe ne quo inciderẽ,reuerti formias.*

Multi ſemel egreſſi nunq̃ domum reuertere. Tuſ.149.a

Legati Ameriam re inorata reuerterunt. ꝑ.S.R.22.b.

Itaq; ꝑſæpe reuertit ex itinere,cum iam &c. ð. D.86.a

Deinde ut in eam ciuitatẽ uiri boni & nulla ignominia notati non reuertantur,in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterũt. Ep.84.b.&.39.a. *Dicuntur omnes reuertiſſe.* &.40.b. *Epheſo Laodiceam reuertit.*

Ad illum animum meum reuerti priſtinum. Ep.261.a. &.141.b. *Niſi ad ſuperiorẽ conſuetudinẽ reuertiſſes.*

Multa aduerſa reuertẽs. Tuſ.164.a. *

Reuertor,ris. *reuerto,reuenio,redeo refero me, reuerſionem facio,remigro.*

Ci.ꝑ Mur.145.b. *Vnde cum bonore diſceſſeris eodem cum ignominia reuerti.*

Ad propoſitum reuertar,feſtinationi meæ & breuitati literarum ignoſces. At.139.a.

Diſcedo parumꝑ a ſomnijs,ad quæ mox reuertar. ð.D. 90.a. *Sed ut reuertar ad ius publicum &c.* ꝑ Dom. 240.b.& ꝑ.S.R.38.a. *Vt ad me reuertar &c.*

Vtilitas aut in corpore poſita eſt,aut in extraneis rebus quarum tamẽ rerum multo maxima pars ad corporis cõmodum reuertit. ð In.83.a.

Reuinco,cis. Ci.ꝑ Arch.187.b. *Quęre argumẽta ſi qua potes,nunq̃ hic neq; ſuo neq; amicorum iudicio reuincetur.*

Reuireſco ſcis. Ci.ð Pro.76.a. *Quæ quanq̃ ſunt abſciſſę tamen efferẽt ſe aliquando,& ad renouandum bellum reuireſcent. Reip.rationes, quę malitia nocentium exaruerant uirtute optimatum reuireſcunt.* Ad Her.34.b.

Reuiſo,ſis. Ci.At.27.a. *Reuiſe nos aliquando.* &.19.b & Ep.17.b.

Quare cum poteris reuiſes nos. At.203.a.

Hic cũ rẽ gallicanã cuperet reuiſere &c. ꝑ Quin.4.a.

Reuiuiſco ſcis. reuixi. Ci.I.P.94.a. *Is ubi galli cantum audiuit,auum ſuum reuixiſſe putat,&* Poſt.204.b. *Si reuixiſſent hi,qui hæc penè deleuerunt.*

Sed ne patri quidem meo ſi reuiuiſcat, conceſſerim. ad Bru.255.b.& ð Fin.219.b. *Si reuiuiſcant illi &c.*

Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorum cauſa totiens iugulata. I.A.255.b.

Qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet,lata lex nunq̃ eſſet ꝑ Mil.117.a. *Vt ſpeciem aliquam uidear uidere,quaſi reuiuiſcentis reip.* Ep.49.a.

Vt iam ſimul cum rep.neceſſario reuiuiſcat,atq; recreet. Ep.88.a. *Cum autem ſol illuxiſſet tum ut reuixiſſe ſibi uiderentur.* ð.N.45.a.

Cum eu illorum metu mortis quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. I.V.268.b.

Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia,abſtinentia tui Ciceronis. At.76.b.

Ciuitates ſuis legibus ſuetę αὐτονομίας adeptę reuixerũt At.90.b. *Senatus ad authoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit.* I.A.209.b.

Reuiuiſcere,reſpirare a metu cędis,emergere a fluctibus ſeruitutis. ð Ar.255.a. *Res erat & cauſa noſtra eo loci,ut erigere oculos & uiuere uideretur.* ꝑ Seſt.18.b.

Reuiuiſcat.M.Curius &c. pad.223.a.

Templa,in quibus reuiuiſcente iá libertate,deinde rurſus oppreſſa Senatus nihil conſulitur. Oct.329.a.

Reuocatio,onis. Ci.Tuſ.197.b. *Reuocatio ad contemplandas uoluptates.* X. *auocatio a cogitáda moleſtia.*

Receptui ſignum,aut reuocationem a bello audire non poſſumus. I.A.249 b.

Reuoco,as. *retrabo,deuoco,deduco,detrabo.*

Ci.Ep.143.b. *Poſtea q̃ de meo curſu reip. ſum uoce reuocatus.* &.150.a. *Equitatum reuocaui.*

Vos qui maxime me repetiſtis atq; reuocaſtis. ꝑ Dom. 242.b. *Qui prouocati a me uenire noluerunt,reuocati ſaltem reuertantur.* ꝯ Rul.87.b.

Vnde tu me uocaſti,idẽ ibi ego te reuoco. ꝑ Mur. 129.b

Deducere & reuocare aliquẽ de prouĩcia. ð Pro.71.b &.73.a. *Illum ex Gallia ſuis ſententijs nõ detrahebant.* &.75.a. *Nihil eſt,quod eum de prouincia deuocent.*

Qui me a morte ad uitam,a deſperatione ad ſpem reuocauit. Poſt.209.a.

Sed ſi morbum depulero facile ut ſpero illa reuocabo. Ep.207.b. *Hortenſius reuocare ſe ad induſtriam cœpit.* ð Cla.195.b. *Meq; ad meum munus penſumq; reuocabo.* ð Or.253.b.

Ego me ad priſtina ſtudia reuocaui. ð Cla.165.b.

Studium philoſophiæ nunq̃ intermiſſum a primaq; adoleſcentia cultum & ſemꝑ auctum,hoc rurſus ſummo authore & doctore reuocaui. ð Cla.194.b.

Retuli me ad ea ſtudia,quæ retenta animo remiſſa temporibus lõgo interuallo intermiſſa reuocaui. Tuſ.148.a

Iudicum animos ad Q.Cepionis odium,a quo erant ipſi propter iudicia abalienati renouabam atq; reuocabam. ð Or.127.a.

Ad quam eos quaſi formulam dicendi reuocent ð Opt. 244.a. *Animum incitatum ad ulciſcendam orationẽ tuam reuoco ipſe.* ꝑ Syl.175.b.& reflecto.& At.283.a

Reuocare

Reuocare aliquem a furore, uel a ſcelere. I. C. 113. a.

Identidem ſe ipſe reuocando, dubitans &c. pro Dom. 241. b. *Scripſi de te parce & timide non reuocans, me ipſe ſed penè refugiens.* Ep 85. a.

Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq; reuocabant, qui &c. p Dom. 216. a.

Simulatq; ſe ipſi commouit ad ſeq; reuocauit. Aca. 13. b.

Reuocare uires amiſſas. Ep. 107. b.

Reuocare mentem a ſenſibus. Tuſ. 156. a.

Reuocare aliquem a turpi conſilio. At. 46. b.

Quis reuocante & receptui canente ſenatu properet dimicare? I. A. 241. a.

Reuocare omnia ad ſcientiam. ď Fin. 73. b.

Hæc ratione explicari & ad naturã reuocari facile poſſunt. ď. D. 138. b.

Non omnia quęcunq; loquimur ad artem & ad præcepta ſunt reuocanda. ď Or. 112. b.

Ad incertum reuocari poſſeſſiones oĩum. p Cec. 192. a

Hos ego nihil inutilius puto cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. Off. 69. a.

In minimis rebus etiam negligentia in crimen mandati iudiciumq; infamiæ reuocatur. p. S. R. 31. a.

Quod Senatus non cenſuit, id arroganter non præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum. At. 275. a.

Teſtor omnes Deos me hac una uoce a morte eſſe reuocatum, quod &c. Q. Fr. 300 b.

Eam non filij dolor, non filiæ mœror a cupiditate reuocauit. p Clu. 10. a. b.

Danda igitur opera eſt, ut etiam ſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. Off. 27. b.

Reliquas res ad lucrum prædãq; reuocauit. I. A. 189. a

Aliquis omnia ad ſuã potentiã reuocans. ď Am. 107. b.

Reuolo, as. Ci. ď. N. 81. b. *Dux ipſe, quia non habet ubi nitatur, reuolat.*

Reuoluo, uis. *conuoluo, contorqueo.*

Ci ď. N. 47. a. *Draco ſubter ſupraq; reuoluens, Se ſe.* *Omnis ab homine ad communes generum ſummas reuoluentur.* ď Or. 121. a. *Ita imprudens eo quo minime uult, reuoluitur.* Acad. 6. a.

Nec quotiens cauſa dicenda eſt, totiens ad eius cauſæ ſe poſita argumenta reuolui nos oportet. ď Or. 120. b.

Primum eodẽ reuolueris, nam &c. ď. D. 111. a. & Tuſ. 150. b. *Reuolui eodem.*

Neq; eodem identidem reuoluamur. Ad Her. 12. a. & At. 212. a *Reuoluor identidem in Tuſculanum.*

Reus, rei. *ille unde petit', qui cauſam dicit, qui lege aliqua tenetur, maleficus, qui aliqua culpa tenetur erroris humani.* p Mur. 133. a.

Ci. I. V. 127. b. *Si quis abſentem Sthenium rei capitalis reũ facere uellet.* & p Plan. 170. b. *Cur is, abſte reus non eſt factus? Vt Socrus Adoleſcentis rea ne fiat.* Ep. 223. b. *Reos autem appello non eos modo qui arguũtur, ſed omnes quorum de re diſceptatur.* ď Or. 125. a. & 138. a. *Reos appello quorum res eſt.*

Petens tum Catilinæ reo de pecunijs repetundis fuit aduocatus. p Syl. 182. b.

Non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur. Anteq. 193. a. *Clodius cum propinquis ſuis decedit, ne reos fieret.* ď Ar. 253. b. & 254. b. *Laudare reum.*

Cum equeſter ordo reus a conſulibus citaretur. p Seſt. 10. b. *Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad uixit.* p Mil. 108. b.

Facere aliquem reum de ambitu. Q. Fr. 323. b. & p Cl. 38. a. *Qui cauſam de ambitu dixerunt.*

Leges, quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. I. C. 103. a. *Alienæ igit' culpæ me reũ facis.* At. 275. b

Domitius a Memmio reus. At. 64. b.

Referre aliquem abſentem in reos. I. V. 258. a. & I. A. 171. a. *Abſens in reos relatus.*

Petitor. Ӿ. *Reus.* p. Q. R. 12. a.

Reus nocens. I. V. 62. b. & p Mur. 135. a.

Ego omnibus unde petitur hoc conſilij dederim, ut &c. Ep. 100. b. & ď Or. 98. b. *Illi unde petitur &c.*

Milo reus ad populũ accuſante P. Clodio. p Mil. 109. b. & 110. a. *Milo reus eſt preclari facti.* & 112. a. *Tota demq; rea citaretur Hetruria &c.*

Hieras totam cauſam ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum. p Deio. 151. b.

Rex, gis. *dominus.* Ci. Off. 41. a. *Apud Medos, ut ait Herodotus, fruendæ iuſtitię cauſa uidẽtur olim bene morati reges conſtituti.*

Rex ſedens cum purpura & ſceptro & illis inſignibus regijs pręconi publico ſubijcitur. p Seſt. 16. a.

Ecce tibi qui rex populi romani dominuſq; omnium gẽtium eſſe concupierit. Off. 68. b.

Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad miſericordiam ut regale ijs nomen magnum & ſanctum eſſe uideatur. p Pom. 8. b.

Non regno ſed rege liberati uidemur, interfecto enim rege regios omneis nutus intuemur. Ep. 183. a.

Regũ hęc ſunt ĩperia, animaduerte & dicto pare, & prę ter rogatũ ſi querare, et illæ minæ, ſi te ſecudo lumĩe hic offendero moriere. p. R. P. 127. a. & At. 117. a. *Cæſoris interdictũ, ſi te ſecũdo lumine hic offendero, reſpuent.*

Rectius enim appellabitur rex q̃ Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit. ď Fin. 108. b.

L. Claudius Rex ſacrorum. ď Ar. 246. a. & p Dom. 110. b. *Rex ſacrorum.*

Ἀλλὰ φύσει τοῦτο τὸ ζῶον ὁ βασιλεὺς σαρκοφάγον ἐστί. Plut. in Cat. 249. b.

Rhadamanthus, thi. Ci. Tuſ. 150. a.

Rheda, dæ. *genus uehiculi.* Ci. I. A. 271. b. *Sequebatur Rheda cum lenonibus.* & p Mil. 106. b. *Obuius fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis.* & ibi. *Cum Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus &c.*

Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda. At. 77. a.

Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis iunctis. At. 89. a.

Rhedarius, rij. Ci. p Mil. 106. b. *Aduerſi rhedarium occidunt.*

Rhegyum, gyi. Ci. Ep. 198. b.

Rhenus, ni. Ci. I. P. 97. a. *Rhenũ foſſa gurgitibus illis redundans.*

Rhetor, ris. *dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor.* ď Or. 92. a.

Ci.ð Or.91.b.Qui rhetores nominabantur, & qui di-cendi præcepta tradunt.

Rhetor magiſter declamandi.I.A.168.b.& ð In.43.a

Vis & artificium rhetoris. Conceſſum eſt rhetoribus mentiri & in hiſtorijs,ut &c.ð Cla.168.a.

Cicero noſter dum ego adſum,non ceſſauit apud rheto-rem.Q.Fr.320.b.

Pæonius rhetor homo,opinor,ualde exercitatus & bo-nus.Q.Fr.323.b. Quæ poteſt turpitudinis eſſe tanta defenſio?cupio audire,ut uideam ubi rhetoris tanta mer ces,ubi campus Leontinus appareat.Ci.

Quaſi rhetor ille te diſertum facere poſſet.I. A.179.b.

Nam neq; indeſertum Academicum ptimuiſſem, neq; ſine philoſophia rhetorem quamuis eloquentẽ.ð.N.26.a.

Contentionis præcepta rhetorum ſunt, nulla ſermonis. Off.26.b.

Quaſi uero perpetua oratio rhetorum ſolum,non etiam philoſophorum ſit.ð Fin.67.b.&.68.a.Latius loquun tur rhetores, dialectici autem compreſſius.

Sed & græce ab eloquendo rhetor,& latine eloquens dictus eſt.Or.202.b.& ð.N.26.a Rhetor eloquens.

Hanc hypallagen rhetores, Metonymiam grammatici uocant.Or.205.a. Plato exagitator omnium rheto-rum.Or.200.b.

Corax & Pamphilus rhetores.ð.Or.150.a.

Magnus & nobilis rhetor Iſocrates.ð In.63.a.

Rhetorica,cæ. ars rhetorica,rhetoris ars,ratio dicendi, co pia dicendi & commoditas orationis.Ad Her.1.a.

Ci.ð In.43.a.Artificioſa eloquentia, quam rhetoricam uocant. Zeno omnem uim loquendi in duas partes tributam eſſe dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilẽ eſſe,quod latius loquerentur rhetores,dia lectici autem compreſſius.& ibi. Dicamq; ſi potero rhe toricæ, ſed hac rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi,quam neceſſe eſt cum populariter loquamur, eſ ſe interdum paulo hebetiorem.ð Fin.68.a.

Scripſit artem rhetoricam cleanthes,Cryſippus etiã ſed ſic,ut ſi quis obmuteſcere concupierit,nihil aliud legat. ð Fin.107.b.

Inuenti ſunt,qui hanc exercitationem dicendi exagita-rent.ð Or.148.a.Vt Socrates &c.

Ariſtoteles in quodam libro expoſuit dicendi artes omnium ſuperiorum.ð Or.123.a.

Omnis doctrina dicendi.pt.230.a.

De omni ratione dicendi.ð Or.85.a.&.102.a. Qui de dicendi ratione ſcripſerunt.

Artes rhetorum totę ſunt forenſes ac populares. ð Fin. 90.b. Et ſi ingenijs magnis prędita quidam dicendi copiam ſine ratione conſequuntur,ars tamen iſt dux cer tior q̃ natura.ð Fin.108.b.

Rhetorica,orum. Ci.ð Fat.140.b.Mihi rhetorica ue ſtra ſat nota ſunt.

Rhetoricæ. Ci.ð Fin.67.b.Rhetoricæ igitur uim ma-uis q̃ dialecticæ diſputare? At quam rhetoricæ, quàm copioſe,quas ſententias colligit, quæ uerba contorquet. Tuſ.204.a. Rhetoricæ & tragice ornare aliquid.ð Cla.168.a.& ð Fin.91.b.Poteſt id quidem fuſe & co-pioſe & omnibus electiſſimis uerbis grauiſſimiſq; ſentẽ tijs rhetoricæ & augeri & ornari.

Rhetoricus,a,um. Ci.ð Or.96.a.Et noſtro more ali-quando non rhetorico loquamur.&.92.a.

Quæ arte ſua rhetorici illi doctores complecterentur. & ð.N.59.b.Exercitationes rhetoricæ.

Rhetorici quidam libri,quos tu agreſtes uocas. ð Or. 109.b.& Or.198.a.

Rhythmicus,a,um. Ci ð Or.160.b.Nec ſunt hæc rhy-thmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

Ricinium,nij. Ci.ð L.182.a.Extenuato ſumptu tribus ricinijs purpuræ & decem tibicinibus,tollit etiam lamen tationis.&.183.a.

Rictus,ctus. Ci.I.V.222.a.Rictus ſimulacri Herculis & mentum paulo attritius.

Rideo,es, riſum edo uel facio.

Ci.I.V.161.b.Ridere cõuiuæ,cachinari ipſe Apronius. Vereris ne &c.rideamus γέλωτα σαρδώνιον.Ep.106.a. Riſi niuem atram,teq; hilari animo eſſe & prompto ad iocandum ualde me iuuat.At.314.a.& ꝑ Quin.16.a. Dediſti nobis,quem ſemꝑ ridere poſſemus.Ep.22.b. Cum riſeritis impudentiam hominis,tum a me de tota cõ cione audietis.ð Ar.245.a.

M.Craſſus ,quem ſemel ait in uita riſiſſe Lucillius,& ea re ἀγέλαστον uocatum.ð Fin.146.b.

De Hereſi Veſtoriana,& de Pherionũ more puteolano riſiſſe me ſatis,nihil eſt neceſſe me reſcribere.At.230.a.

Ridicule. facete,per ridiculum, ioco. Ci.I.V.234.b. Theomnaſtus quidam homo ridicule inſanus . & Ad Her.25.b.Ridicule facere.

Dicere aliquid ridicule.Ep.140.b.& ð Or.106.a.Col ligere multa non modo acute ſed ẽt ridicule ac facete.

Ridiculum,li. Ci.ꝑ ð Or.135.a.Sæpe etiam ſententio ſe ridicula dicuntur.

Altero utetur in iacendo mittendoq; ridiculo.Or.105.a & ibi.Vitabit etiam ridicula quæſita nec ex tempore fi cta.ſed domo allata,quæ plerunq; ſunt frigida.uẽ ibi. Ridiculum ſubobſcœnum.

Per ridiculum dicere aliquid.Off.27.a.

Ridiculus,a,um. iocularis. Ci.At.7.b.Facie magis q̃ fa cetijs ridiculus. Inueni ridicula & ſalſa multa græco rum.ð Or.128.b.

Eſt ridiculum ad ea,quę habemus nihil dicere,quærere quæ habere non poſſumus.ꝑ Arch.187.a. Ridiculum eſt putare &c.I.V.64.a.

Rigeo,es.. Ci.Tuſ.162 b.Quod aut frigore rigeant aut urantur calore.

Rigidus,a,um. Ci.ð.N.21.b.Ibes ſunt aues excelſæ,ri gidis cruribus,procero roſtro.& ð Cla.170.b. Cana-chi ſigna rigidiora ſunt q̃ ut imitentur ueritatem.

Rigo,as. Ci ð.D.84.b.Quę paruos Mauortis ſanguine natos,Vberibus grauidis uitali rore rigabat.

Iſti cum ſe fontes eſſe dicant & omnium rigare debeant ingenia,non putant &c.Ad Her.25.b.

Rima,mæ. Ci.At.225.b.Tabernæ mihi duæ corrue-runt,reliquæ rimas agunt.

Neq; infarciens uerba quaſi rimas expleat.Or.220.a.

Rimor,aris. Ci.ð.D.107.a.Sed tamen id quoq; rima-tur quantum poteſt Poſſidonius.

Ringor,ris. Ci.At.18.a.Nec ij ſubringuntur,qui uillam me me leſte ferunt.habere.

Ripa,pæ. Ci đ.N.45.b.Liquores perlucidi amnium, riparum ueſtitus uiridiſſimi.

Fluuium extra ripas diffluentem coercere.đ Cl.194.b.

Si ille ad eam ripam,quam conſtituerat,non ad contrariam naui ſe applicuiſſet.I.A.165.b.

Eodem æquo aduerſam aſcendit ripā.đ D.92.b. & ibi.

Ad quandam magni fluminis ripam.

Cum plebs propè ripā Anienis conſediſſet.đ Cl.169.b

In uiridi & opaca ripa inambulare.đ.L.159.a.

Ripa lacus.ꝓ Mil.115.b.

Riſus,ſus. Ci.At.93.b.In quo tamen ille mihi riſum magis q̃ ſtomachum mouere ſolet.

Quo pacto concitetur riſus, quomodo exiſtat, atq; ita repente erumpat uiderit Democritus đ Ora.130.b.& ibi.de riſu.

Qui riſus hominum de te erat tantam eſſe tabellā &c. I.A.174.a. Lætitia riſus ſatis maximæ præclariſſimæq; pugnæ.I.A.258.b.

Riſus populi atq; admurmuratio omnium facta eſt.I.V.205.b. Poſt repulſam uero riſus facit, ciuem bonū ludit,& contra Cæſarem ſententias dicit.Ep.119.a.

In tabulam magni riſus conſequebantur.Q.Fr.311.b.

Viſa eſt oratio non iniucunda,& mediocris quidam riſus eſt conſecutus.Ep.59.b.

Equidem in quibuſdam riſum uix tenebam,đ Cl.192.b &.I.V.161.a.Tenere riſum.

Memini miros riſus nos edere.Q.Fr.312.b.

Ridere γέλωτα σαρδάνιον.Ep.106.b.

Captare riſum.Tuſc.178.b.

Rite, recte.đ Vn.200.b. Ci.đ.N.12.a.Hunc deum rite beatum dixerimus,noſtrum uero laborioſiſſimum.& 38.b.Quorum animi cum æternitate fruerentur, Dij rite ſunt habiti. Quæ poteſt appellari rite ſapientia.đ Fin.72.b.

Veteres rite deos coluerunt.đ.D.84 b.

Si Ædilis uerbo aberrauit ludi non ſunt rite facti.đ Ar.249.a. Is nihil rite,nihil caſte nihil more inſtitutoq; perfecit.ꝓ Dom.240 a.

Teſtamentum ipſo præſente conſcribunt,teſtes rite affuerunt.Ad Her.5.a.

Ratio cum ꝑfecta eſt nominat rite ſapiētia.đ L.160.b.

Ritualis,le. Ci đ.D.95.b.Rituales libri.

Ritus,tus. Ci.đ L.178.a.Deinceps in lege eſt ut de ritibus patriis colantur optimi.et.174.a.Ex ritibus patrijs optima colunto.

Certæ tempeſtates populi rom.ritibus conſecratæ ſunt.đ.N.66.b. Quibuſnam uerbis aut quo ritu eius domū conſecrares.ꝓ Dom.240.a.

Qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt.de Am.102.a.&.I.A.172.a.Erat ei uiuendum latronum ritu. Quoq; modo & ritu fiant diſcunto.đ L.173.b.

Ritus familiæ patrumq; ſeruari.đ L.175.a.

Riualis,lis. æmulus,quaſi competitor.

Ci Q.Fr.327.a.Pompeius q̃ ſe ipſe amans ſine riuali.

Petere ædilitatem cū hominibus nobiliſſimis.ꝓ Cl.31.b

Riualitas,tis. Ci.Tuſ.221.b.Æmulatio,quæ riualitati ſimilis eſt.

Riuulus,li. Ci.đ Or.119.a.& ꝓ Cæl.41.a.

Riuus,ui. Ci.Top.223.b.Riuorum a fonte deductio. & đ Fat.141.a. Vt riuulus acerſitus & ductus ab ipſo capite.ꝓ Cæl.41.a.

Rixa,xæ. Ci.I.Ver.234.b.Ecce autem noua turba atq; rixa. Defenſor nimium litigioſus,concitus ad rixā.ꝓ Cec.287.b.

Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt.Ep.140.a.

Rixor,oris. iurgio contendo. Ci.đ Or.131.a.Cum eſſes cum eo Taracinæ de amiculis rixatus.

Roboro,as. corroboro,confirmo,ſancio.

Ci.Or.201.a.Eloquētia educata nutrimentis epidicticis generis ipſa ſe poſtea colorat & roborat.

Cato grauitatē ſuā perpetua authoritate roborauit.Off.23.a.& Ep.187.b.Vt hæc authoritate tua roborarent.

Robur,oris. firmitas,firmamentum,nerui.

Ci.đ.D.126.a.In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas.&.b.Quis robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit? Altera pars,quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat.ꝓ Pom.5.b.

Exercitus Cæſaris multum roboris habebat propter ueteranum ſtatum.đ.D.132.a. Cum iam a firmiſſimo robore copiarum ſuarum relictus eſſet.ꝓ Dom.226.b.

Nec robore Gallos nec calliditate pœnos ſuperauimus.đ Ar.248.a.

Cum autem paulū iam roboris acceſſiſſet ætati,in Africam profectus eſt.ꝓ Cæl.53.a.

Cn.Titinnius.C.Mecænas illa robora populi rom.pro Clu.50.a. Venio nūc ad Catonem,qđ eſt firmamentum ac robur totius accuſationis.ꝓ Mur.137.b.

Dummodo plus in uirtute teneamus firmitatis & roboris đ Fin.127.a. Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt.ꝓ Mur.142.a.

Auxilia ſanè bona Galatharum(hæc enim ſunt noſtra robora).At.95.a. Verſaris in optimorū ciuium uel flore uel robore.Or.200.a.

Equites tantum habuerunt animi,tantum roboris,ut &c.ꝓ Font.297.b.

Virtutes quæ in animi magnitudine & robore poſitæ ſunt.đ Or.140.a.& Tuſc.169.a.In animi robore, & magnitudine. Quantum in cuiuſq; animo roboris eſt & neruorum.Ep.78.a. Nam & robur & ſoboles militum interijt.Ep.165.a.

Si paulum aſſumpſerint uetuſtatis ac roboris, non continebuntur.ꝯ Rul.85.b. Meſſala,qui ſi iam ſatis ætatis ac roboris haberet,ipſe pro .S. Roſcio diceret. ꝓ.S.R.43.b. Alter uirtutis robore firmior q̃ ætatis, cum his profectus eſt.I.A.227.b.

Milo eſt incredibili quodam robore animi ſeptus . pro Mil.121.a. Animi excelſi atq; inuicti magnitudo ac robur.Off.4.a.&.53.a.Nos tantum roboris habemus ut cogitatione tacita a ſolitudine abſtrahamur.

Robuſtus,a,um. fortis,ualens,potens,neruoſus,habens firmamentum & robur,multum uel ſatis uirium habens,maxime corporis uiribus,lacertoſus.

Ci.ꝯ Rul.83.b.Robuſtus & ualens & audax ſatelles. &.I.C.108.b.Homo ætate confectus, exercitatione ro

buſtus. Non enim tribum tarentinam ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Plan.263.a. Vellem aliquis ex nobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet. p Cæl.30.b.
Sed hęc quæ robuſtioris improbitatis ſunt omittamus. I. A.171.a. Malum inueteratum fit plerunq; robuſtius. I.A.200.b. Rei uetuſtate robuſtas calumniãdo uel ſe peruertere. đ.D.87.b.
Robuſta illa & ſtabilis fortitudo. Tuſ.220.a.
In clamando uideo eum eſſe bene robuſtum. I.V.62.a.
Nondum ſtatuo te ſatis uiriũ habere, ut &c. p Syl.176. a. & ibi. Qđ ſi eſſes uſu atq; ætate robuſtior, eſſem &c.
Quanto es honor hic illo eſt amplior, eſt ipſe robuſtior. At.135.b. Deinde iam robuſtus &c. đ Ar.213.b. .i. grandior factus. & Off.14.a. Robuſtus animus.
Cn. Pompeius ętate robuſtior. I.A.103.a.

Rodo, dis. corrodo, derodo, exedo.
Ci. đ.D.120.b. Quaſi uero quicq̃ interſit mures noctem & diem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. & ibi. Qđ Clypeos Lanuuij mures roſiſſent.
Qui aliquem in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, ubiq; carpunt. p Cor.67.a.

Rogatio, onis. rogatus, obteſtatio. preces.
Ci.Q.Fr.319.b. Ego Curtium rogatione tua diligo.
Rogatio & huic finitima percontatio. đ Or.162.a.
T. Libo Trib pl. rogationem in Galbam priuilegij ſimi lem tulit. đ Cla.172.b. & p Cor.61.b. Rogatio, quæ de Pompeio a Gellio lata eſt.
Sylla illam rogationem de ſe ferri nõ uult. p Syl.179.b
Diſſuaſio rogationis eius quę contra coloniam Narbonenſem ferebatur. p Clu.47.a.
Tribunitijs illi rogationibus ſunt reſtituti. Poſt.200.a.
Si retulit falſum. S.C. tum eſt rogatio, ſi nec retulit, nulla eſt. p Dom.213.a.
Promulgatur ab eodẽ rogatio de mea pernicie. p Seſt. 0.a. & At.40.b. & .8.a. Promulgare rogationem.
Tribuni ex templo pulſi cum rogationi intercedere, uellent. đ Or.126.b. Perferre rogationẽ. Q.Fr.307.b

Rogator oris. Ci. đ.N.18.a. Aruſpices reſponderunt non iuſtum fuiſſe comitiorum rogatorem. & đ.D.87.b. & .124.a Qui rogator centurię fuiſſet.
Vos rogatores, uos diſtributores, uos cuſtodes fuiſtis tabularum. I.P.87.a.
Quando tot rogatores &c. Poſt.210.a.
Quanq̃ hęc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Att. 263.a.

Rogatum, ti. Ci. p Fla.148.a. Is nunq̃ mihi ad rogatũ reſponpet, & accuſatori pluſq̃ ad rogatum reſpondet.

Rogatus, tus. oratus. Ci. đ.N.5.a. Ad eum ipſius rogatu acerſituq; ueneram. & đ Am.96.a. Vt prodeſſem multis tuo rogatu. & Ep.95.b. Rogatu eorum, qui &c. & .219.a. Rogatu meo impetrauit.
Et ego eius rogatu rogo. At.5.a.

Rogo, as. oro, precor, precario precor, quęſo, deprecor, obſecro, obteſtor, quęro, appello.
Ci. Anteq̃.197.b. Illud a uobis peto & rogo, ut &c. & Tuſ.216.b. Aut rogandi ſunt, orandiq;, ut &c. & I.V. 91.a. Rogat & orat &c. Rogare & orare ne illos ſupplices aſpernarer. I.V.11.b.
Profecto hinc natũ eſt malo emere q̃ rogare. I.V.202.b
Quo tempore etiam ſi precario eſſent rogãdi, tamen ab ijs impetraretur. I.V.147.b.
Iſte petit a rege & eum pluribus uerbis rogat, uti &c. I.V.214 b. & .64.b. Ille ab ſardis rogatus ad cauſam acceſſerat. Nihil addidi niſi quod publicani me rogarunt. Ep.37.a.
Te oro & obteſtor, ut &c. p Fla.151.b.
Cæſar dixit ſe ſenatui rogatũ de Marcello ne hominis cauſa negaturum. Ep.49.a. & At.183.a. Cæſar ne rogari quidem ſe paſſus de illo,
Mos rogandi iudicis, quæ ſalua fide facere poſſit. Off. 60.b. Sed huius exemplum aliunde rogabo, ubiq; oſtendam. Ad Her.11.b.
Si te rogauero, non ne reſpondebis. Tuſ.151.b. & .246. a. & đ Fin.144.a. Quid me iſtud rogas inquam? Stoicos roga. & Or.197.a. Qđ q̃m me ſæpius rogas &c.
Demoſthenes cum rogaretur, quid in dicendo eſſet primum, reſpondit &c. đ Or.162.b.
Tum reſpondeto ad ea, quę de te ipſo rogaro. I.V.30.a
Tametſi rogatus de Cymbea tenetis memoria, quid reſponderit. I.V.103.b.
Primum ſcito me non eſſe rogatum ſententiam. At.7.b. et Poſt.200.a. Quem in Senatu tertio loco ſententiam rogaris. & Q.Fr.306.b. Racilius de priuatis me primum ſententiam rogauit.
Cæſar uolet ut Coſs. roget prætor, uel Dictatorem dicat. At.111.a.
Cum lex abrogatur, illud ipſum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. At.50.b.
Illo die mihi pernicies, Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt. p Seſt.15.a. Leges, quæ de ciuium reorũ ſupplicio rogatæ ſunt. I.C.103.a. & p Dom.223.a. Hæc lex iure rogata eſt. Si quid ius non eſſet rogari, eius ea lege nihilum rogatum. p Cec.303.b.
Nos hic in mare ſuperum & inferum Seſtertium ter & quadragies rogauimus. p Fla.152.a.
De modo rogandi. At.9 b.
Nunc a te illud primum rogabo, ne quid facias &c. Ep. 202.a. Meo iure te hoc beneficiũ rogo. At.229.a.
Mi Plance rogo te atq; etiam oro, ſic medius, fidius ut &c. At.163.a. Nos hi ſumus, de quorum ſalute unus homo rogandus uideatur. At.286.b.
Hoc te ita rogo ut maiore ſtudio rogare non poſſim. Q. Fr.302.a.
Taurum de aqua p fundũ ducẽda rogabo. Q.Fr.318.b
Qđ me de faciendis uerſibus rogas, incredibile eſt &c. 325.b. Neq; rogemus res turpes, neq; faciemus rogati. đ Am.100.b.

Rogus, gi. Ci. đ L.182.a. Hoc plus inquit ne facito rogum, aſcia ne polito. Calanus indus, cum aſcenderet in rogum ardentem, inquit &c. đ.D.90.a.
Dionyſius in Tympanidis rogum illatus eſt. đ.N.77.a.
Eum exiſtimatio bona uſq; ad rogum proſequatur. pro Quin.18.b. Vſq; ad illum a Cyro extructum rogum. đ Fin.206.a.
Metellũ multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum impo

fuerunt

fuerunt. Tuſ.166.a.

Roma,mæ. Ci.ꝯ Rul.85.a.Roma in montibus poſita & conuallibus cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa.
Princeps omnium terrarum ciuitas. Anteq̃.296.b.& ibi.Illuſtriſſimum orbis terrarum monumentum.

Romanus,a,um. Ci đ Or.146.b.Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria.

Romulia tribus. Ci.ꝯ Rul.81.b.

Romulus,li. Quirinus. Ci.I.C.111.a.Romulum,qui hanc urbem condidit,ad deos immortales beneuolentia famaq; ſuſtilimus.
Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Iulio,ſe Deum eſſe & Quirinum uocari,templumq; ſibi dedicari đ L.156.b.
Romulus,quem inauratum in capitolio paruum atq; lactentem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. I.C.115.a.
Peccauit igitur pace uel Quirini uel Romuli dixerim. Off 60.b.

Roro,as. Ci.đ Sen.86.b.Pocula ut in Sympoſio Xenophontis minuta atq; rorantia.

Ros,roris. Ci đ.D.83.a.Cum primum gelidos rores aurora remittit,Quæ paruos Mauortis ſanguine natos, Vberibus grauidis uitali rore rigabat.đ.D.84.b.

Roſa ſæ. Ci.I.V.241.a Puluinus perlucidus melitenſi roſa farctus.An tu me in uiola putas aut in roſa dicere? Tuſ.142.b.&.199.b.Sertis redimiri & roſa.

Roſcius ſcij. hiſtrio nobilis. X.Statilius. p.Q.R.50.a
Ci.đ Or.95.b.Roſcius hoc iandiu eſt aſſecutus,ut ĩ quo quiſq; artificio excelleret,is in ſuo genere Roſcius diceretur. Roſcium eſſe in Scena.đ Cla.192.a.& đ Or. 95.a. Noluit inquiunt hodie agere Roſius,aut crudior fuit De Roſcio.đ Or.107.b & đ L.158.a.

Roſtratus,a,um. Ci.đ Iu.74.b.Roſtrata nauis.

Roſtrum ſtri. os I. Fruſtum.
Ci.đ.N.21.b.Ibes aues excelſæ rigidis cruribus,corneo proceroq; roſtro.&.50.a.Vnguium tenacitas, aduncitas roſtrorum.
Sus roſtro humi a literã impreſſit.đ.D.85.a.et.118.b.
Roſtrum in Camelis.đ.N.50 b.& In Arat. 318.b.Roſtrum canis. Hoc quaſi roſtro finditur fibrenus.đ Leg.170.a.
Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus.At.283.b.
Cum Vectius perorâſſet deſcendiſſetq; de roſtris. I.V. 34.a. Semper in roſtris curiam,in ſenatu populum defendi.I.P.80.b.

Rota,tæ. Ci.I.P.84.a.In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat.
Hunc tangit rota feruida ſolis.In Arat.
In rotam beatam uitam non aſcendere.Tuſ.233.a.

Rotunde. Ci.đ Fin.107.b.Iſta ipſa quæ tu breuiter,regem,dictatorem,diuitem ſolum eſſe ſapientem,a te quidem apte & rotunde.

Rotundo,das. Ci đ Vn.201.b.Cumq; ſimilem uniuerſitatis naturę efficere uellet,ad uolubilitatem rotũdauit.

Rotundus,a,um. globoſus,conglobata figura.
Ci.đ.N.61.b.Forma rotunda ullam negat eſſe pulchriorem Plato.&.49.b.Sunt enim rotunda, quibus formis minime noceri poteſt.
Stellæ globoſæ & rotundæ đ Som.118.a.
Deus mundum ea forma figurauit,qua una omnes reliquæ formę concluduntur & globoſus eſt fabricatus, qđ σφαιροειδῆ e græci uocant,cuius omnis extremitas paribus a medio radijs attingitur,idq; ita tornauit, ut nihil fieri poſſit rotundius.đ Vn.198.a.
Volubilis & rotundus deus.đ.N.35.a.& đ Or.159.b Cœlum rotundum eſſe.
Medius mundi locus,qui eſt idem infimus in rotundo. Tuſ.242.a. Quadratum rotundum.đ Fin.72.b.
Verborũ apta & quaſi rotunda cõſtructio.đ Cl.190.a
Thucydides perfectior nec ſatis,ut ita dicam, rotundus. Or.200 b.

Rubeo, bes. Ci.I.V.146.a.Hęrere homo,auerſari,rubere. Rubeo(mihi crede)ſed iam ſcripſeram, delere nolui.At.240.a.

Ruber,a,um. Ci.đ.N.20.b.Rubrum mare.
Hunc dico rubrum,breuem,incuruum, canum,ſubcriſpũ, cæſium.Ad Her.39.b.

Rubicon,onis. Ci.I.A.206.b.Vt exercitum citra flumen rubiconem,qui finis eſt Gallię,educeret.

Rubor,oris. Ci.Tuſc.212.a.Ex quo fit ut pudorem rubor conſequatur. Ille fuſus & candorę mixtus rubor đ.N.16.a.& Ad Her.27.a.
Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur.Or.204.a.
Pręſtare ingenuitatem & ruborem ſuum uerborum obſcœnitate uitanda.đ Or.131.a.

Rubrica,cæ. Ad Her.23.a.Rubrica delibutus.

Ructo,as. Ci.I.A.172.b.Cui ructare turpe eſſet, is uomuit. Confer,ſudantes,ructantes,refertos epulis tanq̃ opimos boues.Tuſ.247.b.
Ructans & nauſeans.Ep.198.b.

Ructus,ctus. .Ci.Ep.141.a.Stoici crepitus aiunt æque liberos ac ructus eſſe oportere.

Rudens,tis. Ci.đ.D.106.b.Sed eſt quaſi rudentis explicatio.& Tuſ.236.a.& Ep.122.b.Hic tibi clamor, tonitruum,& rudentum ſibilus.

Rudimentum,ti. Ci.In Sal.272.a.Qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum.
An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula uirtutis?I.Sal.273.a.

Rudis,de. imperitus, indoctus, impolitus, ignarus,inſcius,hebes,tardus,pinguis,ſtupidus,bardus.
Ci.I.V.212.a. Tametſi Verres non prouinciæ rudis erat & Tyro.&.126.a.Nos qui rudes harum rerũ ſumus.& Acad.1.b.Rudis rei militaris.
C.Marius non rudis exemplorum.ꝓ Cor.64.b.& pro Fla.149.b.Homines imperiti rerum omniũ rudes ignariq;. Tam erã rudis tam ignarus rerum:tam expers conſilij aut ingenij &c.ꝓ Seſt.13.b.a.
Orator nulla in re Tyro ac rudis, nec peregrinus atq; hoſpes eſſe debet.đ Or.103.b.
An ſum rudis in rep.quis exercitatior?I.A.208.b.& ꝓ Mar.234.b.Ignarus & rudis in rep.
Rudis eſſe uidebar in cauſa.Ep.45.b.Qui omnium rerũ rudes eſſe uidentur.Tuſ.160 a.

In communi uita non eſſe hebetē neq; rudē.đ Or:106.b
Sermo facetus & nulla in re rudis.đ Or.87.b.
Ergo illum qui hæc fecerat, rudiorem hominem, maiores in ciuitatem receperunt.p Arch.190.b.
Rudem me diſcipulum atq; integrum accipe.đ.N.61.a
Genus hominum rude, hebes, & impolitum.l.impolitus.
Rudis & indocta oratio.đ Or.160.a.
Quæ pueris nobis incohata & rudia exciderunt.đ Or 85.a. Forma ingenij admodum impolita & planè rudis.đ Cla.192.b.
C.Carbo ignarus legum, hæſitans, rudis in iure ciuili.đ Or.88.b. In minoribus nauigijs rudem eſſe ſe confite ri.đ Or.99.a.
Has orationes ego ſcripſi rudis & ferus.p Plā. 473.a.
Epicurus hebes ac rudis.đ.D.129.b.
Villa aperta ac ne rudis quidem etiā nunc.Q.Fr.313.a
Homo ſine ſenſu, ſine ſapore, eliguis, tardus.Poſt.207.a

Rudis, dis. Ci.I.A.174.b.*Tam bonus gladiator rudē tam cito accepiſti.*
Qui ueteres gladiatores reliquias ludi Cæſaris ad rudē compuliſſet.Oct.331.a.

Ruga, gæ. Ci.đ Sen.90.a.*Non cani, non rugę repente authoritatem afferre poſſunt.*
Hic nos rugis ſupercilioq; decepit.Poſt.107.b.

Ruina, næ *caſus, tempeſtas, procella. pernicies.*
Ci.đ Or.141.a.*Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit, ea ruina oppreſſus Scopas cum ſuis interijt. & de D.112.b.Ruina igitur oppreſſus eſſet.*
Dij habitantes tanq̄ inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum đ.D.116.b.
Prætermitto ruinas fortunarū tuarum.I.C.100.a.Quas omnes īpēdere tibi proximis idibus ſenties.& At.184.b Magna ruina impendet.
Vtinam quidem id dicerent, iam ruinas uideres.đ Fin. 144.a. Non fuit illud iudicium &c.ſed uis ut ſæpe dixi, ruina atq; tempeſtas.p Clu.37.b.
Si Academia inuaſerit in has rationes nimias ruinas edet.đ Leg.163.b.

Ruinoſus, a, um. Ci.Off 62.b.*Ædes male materiatæ, ruinoſæ.X.domus bene & ratione ædificata.*

Ruminatio, onis. Ci.At.29.b.*Ruminatio quotidiana.*

Rumor, oris. *fama.* Ci.Ep.127.a.*Ex Aſia nihil perfertur ad nos pręter rumores de oppreſſo Dolobella, ſatis illos quidem conſtātes, ſed adhuc ſine authore.&.253.b Rumores triſtiores ſed ἀδέσποτοι.*
Rem te ualde bene geſſiſſe rumor erat.Ep.9.b.&.22.a
Perferret multa etiam ipſe rumor.
Totam opinionem parua nonnunq̄ commutat aura rumoris.p Mur.132.b.
Rumoribus inquit mecum pugnas ego autem a te rationes requiro.đ.N.62.a.
Graues rumores ſparſi ſunt. p Deio.148.a.& ibi.At miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat.At.153.b.
Inanem rumorem aucupari.I P.91 b.
Rumoribus improbiſſimis diſſipatis.I.A.260.a.& Ep. 327.a.Rumor rancus.
Rumor dictatoris iniucundus bonis.Q.F.327.b.

Rumpo, pis. *diſſoluo, diſcindo.* Ci.I.C.119.b.*Cæſar adiungit grauem pœnam Municipibus, ſi quis eorū uincula ruperit.& Tuſc.164.a. Nec tamen illa uincula carceris ruperit.*
Vt aliquando iſta quæ ſunt inflata rumpantur.In Vat. 31.a.& đ.D.115.a.Inflatas rumpi ueſiculas.
Fœdera negligere, uiolare, rūpere.p Cor.57.a.& Ad Her.28.a Rumpere fœdera.
Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum, đ Or. 106.a.
Ego his malis reſp.quibus antea rumpebar, nunc ne moueor quidem.Q.Fr.328.a.

Rumuſculus, li. Ci.p Clu.39.a.*Imperitorum hominū rumuſculos aucupari.& đ L.191.a.*

Ruo, is. *ruinam edo, pręcipito, præceps agor uel feror.*
Ci.p Pom.7.b.*Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodē labefactata motu concidant.*
Vt ſine ulla ſpe ad interitum ruerem uoluntarium. pro Mar.133.a. Ego bonos uiros ſequar etiam ſi ruent. At.106.a.&.115.a.At illū ruere nunciāt iāiāq; adeſſe.
In agendo ruere & ſæpe peccare.p Dom.241.b.
Quidam in mala ſcientes ruunt.đ Fin.131.a.
At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atq; turbent, ut &c.đ Fin.56.a.

Ruptus, a, um. Ci.đ Or.99.a. *Teſtamentum ruptum aut ratum.*

Rurſum, & rurſus. Ci.p Mur.127.b.*Quo loco ſi tibi ſumis &c.facis ut rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda uideatur. Rurſus autem &c.denique &c.At.117.a*
Rem laudando augere.X.uituperando rurſus affligere.đ Cla.168.b.
Neq; rurſum eam totam ſicut plerique faciunt, repudiant. đ Or.94.a.& Tuſc.158.a.

Rus, ris. Ci.p Clu.47.a.*Forte euenit ut ruri in Priuernati eſſemus.& Off.74.a.Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare dixit.*
Atticum rure eſſe arbitror.At.220.b.
Cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te.Ep.76.b.
Habet animi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. p.S. R.40.b. Nec tam multa & raro uident cum in ſua rura uenerint.Tuſc.248.a.
Rus ex urbe tanq̄ ex uinculis euolare.đ Or.110.b.
Inuiſere res ruſticas delectationis cauſa.l.Ruſticus.
Rure iam redierā, quęris an ego cum cēs caleant ignauiter aliquid faciā? At.241.a.
Et ob eam cauſam urbe relicta rura peragrātes, ſæpe ſoli ſumus.Off 52.b.

Exempla infraſcriptarum uocum quęre in extremo opere proxime poſt uocabulum Zonarij.

Ruſticanus	Rutilius
Ruſticatio	Rutus
Ruſticanus	S
Ruſtice	Saccus
Ruſticor	Sacellum
Ruſticulus	Sacer
Ruſticus	Sacerdos
	Religioſus

Religioſus libertatis ſacerdos. p Dom.235.b.&.234.a
Sacerdos caſtiſſimus. &.I.P 98.b. *Popularis ſacerdos.*
Sacerdos ſluprorum. p Seſt.11.a.

Sacerdotium,tij. Ci.I.V.134.a.*Itaq; iouis illud ſacerdotium ampliſſimũ Theomnaſto datur.* & ibi. *Cuius nomen exiſſet is haberet ſacerdotium.*
Populus p religionem ſacerdotia mandare non poterat. 3 Rul 69 b.& ibi.;*Amplitudo ſacerdotij.* & ibi. *Hoc idem in cæteris ſacerdotijs.*
L.Flaccus homo in ſacerdotio cærimonijs,quibus præerat,diligentiſſimus. p Rab.96.a. *Eligere ampliſſimos uiros ad ſacerdotia.* p Dom.213.a.
In ſacerdotium uenire. p Dom.220.b.& ibi.*Quia patritio non ſit locus,non uenire.*
Inire ſacerdotium p Dom.240.b. & ibi. *Licinia uirgo ueſtalis ſanctiſſimo ſacerdotio prædita.*
Te appello Lentule,tui ſacerdotij ſunt Tenſæ,curricula præcentio,ludi. d Ar.248.b. *De ſacerdotio tuo quátum curam adhibuerim, cognoſces.* Ep.21.b.
Ampliſſimi ſacerdotij collegium. Ep 42.a.&.246.b.*Sacerdotium denique cum conſequi poſſem non appetiui.*
Ciuis,qui in urbe ſua ſacerdotio ſit ampliſſimo præditus At.119.b.& d.D.99.a.&.I.A.175.b.& d Sen 90.a
Lex domitia & lex iulia de ſacerdotijs. At.276.b. & ibi.*C.Marius cum eſſet abſens factus eſt Augur.*
Qui & ſacra priuata coluerunt & publicis ſacerdotijs præfuerũt. p Dom.234.a.b.& ibi.*Cũ ſacrificium bonæ deæ fieret.* *Metellus Pont.Max.uiginti et duos annos ei ſacerdotio præfuit* d Sen 83.a.

Sacramentum,ti. Ci.Ep.110.a.*Pugna ſi me amas,niſi arguta apparebũt,ut ſacramẽto contendas mea non eſſe.*
Agerent enim tecũ lege Pythagorei,quibus cũ tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. d Or.88.b.
Iniuſtis uindicijs & ſacramentis fundos alienos petere. p Mil.115.b. *Si Decemuiri ſacramentũ in libertatẽ iniuſtum iudicaſſent tamen quotieſcunque uellet quis, hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe uoluerunt.* pro Dom 228.b.& p Cec.303.b.*Poſtea ſacramentum noſtrum iuſtum iudicarunt.*
Obligare aliquẽ ſecundo militiæ ſacramento,quia priore amiſſo iure pugnare cum hoſtibus nõ poſſet. Off 8.b.

Sacrarium,rij. Ci.I.V.200.b.*Erat apud Heium ſacrarium cum magna dignitate in ædibus* et ibi.*Sacrarij religio.* et.205 b .I.*Armarium.*
C.Auianus,qui habitat in tuo ſacrario. Ep.203.a.
Ante ipſum ſacrarium bonæ deæ. p Mil 118 a.
Aquila illa argentea,cui Catilina ſacrarium ſelerũ domi tuæ fecerat. I.C.107.a.et.102.a. *Cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuit.*

Sacratus,a,um. Ci.p Dom.221.a.*Hoc uetant ſacratæ leges.*

Sacrificatio,onis. Ci.d.N.39.b.*Omnis precatio et ſacrificatio extrema eſt.*

Sacrificium,cij. ſacrũ,res diuina ſacra. Ci.d Cl.169.b. *Cum M.Popilius ſacrificium publicum cum læna faceret quod erat Flamen carmentalis.*
Cuius,laurentię uos pontifices ad arã in Velabro ſacrificiũ facere ſoletis. At.238.a.et.I V.223.b.
Sacrificium,quod fiebat pro ſalute populi Rom. d Ar.246.a. *Cum ſacrificium pro populo fieret.* At.7.a.
Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarunt. de Ar.251.a.& I.V.230.a.
Anniuerſaria ſacrificia. *Sacrificium quod fit incredibili cærimonia a populo Rom.* d Ar.252.a.
Vt illud ludorũ epulare ſacrificiũ facerẽt. d Ar.149.b
Præbere hoſtias ad ſacrificium. d In.64 a.
Statuta ſacrificia. p Mil.110.a.
Solenne & ſtatutum ſacrificiũ. Tuſ.173 a.& d N.4.b.
Solennia ſacrificia. *Is neque ſacrificijs ſolẽnibus factis, neque uotis nuncupatis eſt profectus.* I.A.199 a.
Certus dies non ut ſacrificij ſic conſilij expectari ſolet, I.A.183 b.

Sacrilegium gij. Ci.In.Sal.274.a.*Nõ ita eſt,ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiam.*

Sacrilegus,a,um. Ci.d L.178.a. *Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli,qui ſacrum abſtulerit ſed etiam ei, qui ſacro commendatum.* *Imago meretricis a fure ſublata, a ſacrilego collocata.* p Dom.235.b.& d Ar.211.a.*Impurus & ſacrilegus.* *Vxor ſacrilega* & c.Sal.In.Cic.270.b. *Sacrũ ſacroue commendatum qui clepſerit rapſeritque,patricida eſto* d L.174 a *aliter paricida.*

Sacro,as. Ci.d D 85.a *Quod patriæ uocis ſtudiis nobisque ſacraſti.* *Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis,aut pœna; cum* &c.*aliter ſanctiones ſacratæ.*
Nequis agrum conſecrato,auri,argenti,eboris ſacrandi modus eſto. d L.174.a.

Sacroſanctus,a,um. Ci.p Cor.62.a.*Sacroſanctum nihil eſſe poteſt,niſi quod per populum plebem ue ſancitũ eſt.* & 61.b. *Sacroſanctum nihil eſſe poteſt niſi quod populus plebs ue ſanxiſſet.* & ibi *Sanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo* &c.
Ergo in uaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? I.C.108.a.

Sacrum,cri ſacrificium. Ci.p Cor.66.b.*Sed cum illam quæ græcum illud ſacrum monſtraret, & faceret, ex græcia deligerent,tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere uoluerunt.*
Sacra Cereris ſumma maiores noſtri religione confici cerimoniaque uoluerunt. p Cor.66 a.& ibi.b. *Sacra cereris per græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes.*
Dionyſius quartus,cui ſacra Orphica putantur confici. de N.71.a.
Sacra priuata perpetua manento. d L.174.a.
De ſacris hæc ſit una ſententia, ut conſeruentur ſemper et deinceps familiis prodantur,ut in lege poſui perpetua ſint ſacra d L.179.b.
Nec ulla uitiorum ſacra ſolennia obeunto. d L.173.a.
Conficere ſacra,et facere ſacra,et multa alia de ſacris. I.Sacer. *Anniuerſaria ſacra.* At.16.b.& ibi. *Memmius Luculli uxorem ſuis ſacris initiauit.*

Sæpe, frequenter, frequens, magna ex parte, identidem, crebro. Ci.d In.42.a.*Sæpe et multũ hoc mecũ cogitaui,bonine an mali plus* etc.et p Quin.1.a
M.Iunius in hac cauſa multũ et ſæpe uerſatus. et 18.a *Sæpe ac diu* etc.et d In 64.a.*Semel ac ſæpius.*

Semel atq; iterum ac ſæpius. ꝑ Font 279.b.
Et ſi bos effeci ſæpe & ſæpius mihi facturus uideor. At. 139.a. aliter offi cium.
Id ut re experiatur, iterũ & ſæpius te rogo. Ep. 221.a.
Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia. ꝑ Pom. 9 b.
Interdum uel potius nimium ſæpe. d Fin. 73.a.
Qđ ante a tibi ſæpe ſignificaui. Ep. 6.a. & ibi. b. Põpeium ſcis temporibus illis nõ ſæpe in Senatu fuiſſe & ad Her. 29.a. Minus ſæpe. Quod & ſi ſæpe dictum eſt dicendum tamen eſt ſæpius. Off 65.b.

Sæpenumero. Ci d Sen. 77.b. Sæpenũero mirari ſoleo etc.

Sæuitia, tiæ. crudelitas. Ci. Part. 230.b. In iudicio aut ſæuitiam aut clementiam iudicis ſibi proponet orator.
Sed heris ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Off. 37.b.

Sæuus, a um. Ci. d Or. 157.a. Vndiq; uenti erumpũt, ſæui exiſtunt turbines. Vnde ſuperſtitioſa primum ſæua euaſit uox fera d D. 132.a. Medea amore ſæuo ſaucia. ꝑ Cæl. 41.a. Sæua gens. Tuſ. 179.b.

Saga, gæ. Ci. d D. 94.b. Ex quo ſagæ anus quia multa ſcire uolunt. & 135.a. Sagarum ſuperſtitio.

Sagacitas, tis. Ci d. N. 58.a. Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. & 56.b. & Tuſ. 162.a.
Qua eſt iſte ſagacitate in his rebus. I. V. 97.b. & 206.b.
Tuam tantum fuiſſe ſagacitatem.

Sagaciter. Ci. d Or. 104.a. Sagaciter perueſtigare quid ſui ciues cogitent &c. & d Or. 125.b. Odoror q̃ ſagaciſſime poſſum, quid ſentiant &c. Illud præterea μυστικώτερον, tu ſagacius odorabere. At 94.a.

Sagatus, a, um. Cic. I. A. 258.b. Deinde iras ſagati prodeamus. & ꝑ Font. 280.b. Galli ſagati braccatiq;.

Sagax, cis. Ci. Tuſ. 241.a. Nihil eſt in homine ſagaci & bona mente melius. Sagire enim ſentire acute eſt, ex quo ſagaces dicti canes d D. 94.a.
Homo animal prouidũ, ſagax, multiplex. d Leg. 160.a.
Quem tu ad ſupplicandum ſagaciſſimum fore putaſti. I. C. 201.a. Sagax ad pericula proſpiciẽda. Ep. 157.b.
Mentem acrem &c. & ut ita dicam ſagacem. d Fi. 74.a.
Hoc adeo penitus cura uidere ſagaci. otis. d D. 85.a.

Sagina, næ. Ci. ꝑ Flac. 149 b. Qui multitudinem illam non authoritate ſed ſagina tenebat.

Sagio gis. acute ſentio. Ci. d D. 94.a. Sagire enim ſentire acute eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire uolunt, & ſagaces dicti canes. & ibi. Is igitur qui ante ſagit q̃ oblata res eſt, dicitur præſagire.

Sagitta, tæ. Ci. I. V. 217.a. Sagittæ pendebant ab humero. & Acad. 22.b. Configere aliquem ſagittis.

Sagittarius, rij. arcitenens, ſagittipotens.
Ci. I. A. 197.b. Certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij. & Ep. 245.b. & At. 79.b.

Sagittipotens, tis. Ci. In Arat. 387. D. Menſe ſagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.

Sagra græ. fluuius. Ci. d. N. 27.a. Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas locri maximo prælio deuiciſſent. & 62 a. De Sagra græcorum eſt uulgare prouerbium, qui quæ affirmant certiora eſſe dicunt, q̃ ea, quæ apud Sagrã.

Sagulum, li. Ci. I. P. 91.a. Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt.

Sagum, gi. Ci. I. V. 254.b Sagum ſumit lucebat iã ferè. Propter cuius periculum ad ſaga iſſemus. I. A. 258.b. & ibi. Ad ſaga ire & redire ad togas.
Cum eſt in ſagis ciuitas. I. A. 220.a. & 200.b. Tumultum decerni, iuſtitiam indici, ſaga ſumi dico oportere.

Sal ſalis. Ci. d N. 58.a. Sui ne putreſceret, animã ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.
Verum eſt illud quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletũ ſit d Am. 109.a
Alter inuſitatum noſtris oratoribus leporem quendã & ſalem eſt conſecutus. d Or 117.b.
Nullam artem eſſe ſalis d Or. 128.b. i. facetiarum.
Salis enim ſatis eſt, Sannionum parum. Ep. 237.a. & d Or. 128.b. & I. A. 164 a.
Vrbanitatis quidam lepos, quo tanq̃ ſale perſpergatur omnis oratio d Or. 98.a.
Salem iſtum quo caret ueſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere. d. N. 40.b. Specimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis, leporis. Tuſ. 239.a.
Literæ ſparſæ ſale humanitatis. At. 7.a.
Sales qui in dicendo mirũ quantũ ualent. Or. 104.b.
Accedunt non Attici ſed ſalſiores q̃ illi Atticorum romanu ueteres atq; urbani ſales. Ep. 134.a.b.

Salacia, ciæ. Cic. d Vn. 201.b. Oceanus Salaciaq; cœli terræq; filij.

Salaco, onis. Ci. Ep. 107.a. Cognoſti meam cauſam & iſtius Salaconis iniquitatem.

Salamin, inis. Ci. At. 85.b. Scaptius incluſum in curia Senatum Salamine obſederat.

Salamina, næ. Ci. Tuſ. 172.b.

Salaminius, a, um. Ci. ꝑ Areb. 189.b. & Tuſ. 172.b. Salaminium trophæum.

Salamis, nis. Ci. Off. 15.b. Citetur q; Salamis clariſſimæ teſtis uictoriæ.

Salax, cis. Ci. At. 92.a. Leuis, libidinoſus, ſalax. aliter, Sagax.

Salebra bræ. Ci Or. 200.b. Alter enim ſine ullis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. Incidere in ſalebras. d Fin. 71.a. & 144.b. Hæret in ſalebra.

Salictum cti. Ci. ɔ Rul. 73 b. Salicta ad Minturnas. & d D. 89.a. Per amœna ſalicta.
Mirifica ſuauitate uillam habebis piſcina & ſalientibus additis Q. Fr. 318.b.

Salij, orum. Ci. d D. 86.b. Curia Saliorum deflagrauit. & ꝑ Dom. 220.b. l. Flamen.

Salina, næ. Ci. ꝑ Pom 6.b. Publicanorum familiæ quas in ſalinis habent. & d. N. 52.b. Salinæ ab ora maritima remotiſſimæ. & Ep. 110 a.

Salmacis, dis. Ci. Off. 12.b. Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

Salſamentarius, rij. Ad Her. 41.a. Vt ſi ſalſamentarij filio dicas, quieſce tu, cuius pater cubito ſe emũgere ſolebat.

Salſamentum, ti. Ci. d D. 132.b. De uino aut ſalſamento putes loqui, quæ euaneſcunt uetuſtate.

Salſe. facete. Ci. d Or. 134.a. Quæ ſalſe dicuntur. et. 129 a. Salſiſſime dicere aliquid.

Salſus, a, um facetus. Ci. I. A. 168.a. Salſus homo. & de Or. 128.b. Multa ſunt ridicula & ſalſa græcorum.

Eſſe

Eſſe facetum atq; ſalſum. d̄ Or.129.b.& .132.b.
Accedunt non Attici ſed ſalſiorus q̄ illi Atticorum roma ni ueteres atq; urbani ſales. Ep.134.a.

Saltatio,onis. Ci.d̄ Fin.95.a. *Actio Hiſtrionis eſt, ſaltatio ſaltatoris &* ꝑ Mur.127.a. *Intempeſtiui conuiuij, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.*
Sex Tytius tā mollis & ſolutus in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tytius nomen eſſet. d̄ Cl. 185.a.

Saltator,oris. Ci.Off.30.b. *Adde his ſi placet, unguentarias, ſaltatores &c.*
Saltatorem appellat L. Murenam Cato, maledictum eſt ſi uere obijcitur, uehementis accuſatoris. ꝑ Mur.126.b.
Hiſtriani actio ſaltatori motus eſt certus datus. d̄ Fin. 95.a.& ꝑ Deio.149.a. *Si ſaltatorem auum habuiſſes.*

Saltatorius,a,um. Ci.In Piſ.84.a. *Cum illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem.*

Saltatrix cis. Ci.I.P.83.a. *Cum illa ſaltatrice tonſa.*

Saltem. at certe, at ſaltē, at certe, tamen. Ci.ꝙ Rul.87.b
Qui prouocati a me uenire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. *Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur.* At.129.a.& ꝑ Fla.153.b. *Fratres ſaltem exhibe.* & d̄ Fin.119.a. *Vere nihil potes dicere, finge aliquid ſaltem commode.* p.S.R.27.a.
At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus. I.P.84.b.
Atq; aliqua ſi non bono at ſaltem certo ſtatu ciuitatis. Ep.136.a.& .158.a. *Si non totum, at certe partem.* & Or.209.b. *Omnes aut certe plerią.*
Maxime ſi minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. I.V.249.b. *Quem efficere uolumus, aut quem quærimus certe.* d̄ Fin.96.a. *Quæ leuare dolorē tuū poſſet ſi minus ſanare potuiſſet.* Ep,71.b.
Eripe mihi hunc dolorem aut minue ſaltē. At. 158

Salto,as. Ci.d̄ Or.150.b. *Negarē poſſe eum ſatisfacere in geſtu niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet.*
Cū collegæ tui domus cantu & cymbalis ꝑſonaret, cūq; ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem cū illum ſuum ſaltatorium uerſaret orbem fortunæ rotam ꝑtimeſcebat. I.P 84.a. *Nemo enim fere ſaltat ſobrius.* ꝑ Mur.127.a. *Qui in conuiuijs nudi ſaltare conſueuerunt.* I.C.109.b.& ꝑ Deio.148.a. *Deiotarum in conuiuio nudum ſaltauiſſe.* & Off.70 b. *Luce palàm in foro ſaltare.* & .67.a. *Egeſias alterum penè Demoſthenem ſaltat. incidens particulas.* Or.219.a.
Mouere ſe extra numerum ꝑad.120.a. X. *mouere ſe ad numerum.*

Saltus,tus. campus, ager. Ci.ꝑ Quin.4.b. *Quitus de ſaltu agroq; communi ui detruditur.* & .14 b. *Quam lōge eſt hinc in ſaltum ueſtrū Gallicanū?* *Nec enī excurſione nec ſaltu uteret ſed conſilio & rōne.* d̄ Sen.81.a. *Tuus porrò exercitus uix unum ſaltum tueri poteſt,* Ep. 114.b. *Terentiæ ſaltū perſpeximus.* At.25.a.

Salubris,bre. X. peſtilens. Ci.d̄ Or.135.b. *Nec amœnū nec ſalubrē locum cenſeo.* & Ep.132.a. *Gratulor Baijs noſtris ſi quidem, ut ſcribis ſalubres repente factę ſunt.*
Salubris ne an peſtilens annus futurus ſit. d̄.D.147.b. et d̄.D.97.a. *Sunt partes agrorum aliæ peſtilētes aliæ ſalubres.* & pt.233.a. *Loci ſalubres.* X. *peſtilentes.*
Qui ſalubri & moderato cultu atq; uictu quieti ſe tradiderit. d̄ D.93.b. *Dixi ſententiam reip ſaluberrimā, & neceſſariam.* ꝑ Dom.216.a. *Quicquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium eſt.* Or.205.a.

Salubritas,tis. X. peſtilētia. d̄ D.114.b. Ci.d̄ D.107.b
Quorū ex habitu & colore, tum ſalubritatis tum peſtilētiæ ſigna percipi. *Ego uero cū licet plures dies abeſſe & amœnitatem & ſalubritatē hanc ſequor.* d̄ L.169.b.
Salubritas urbis uel alicuius loci. ꝙ Rul.85.a.
Eloquētia oēm illā ſalubritatē atticæ dictionis, quaſi ſanitatē perdidit ac penè loqui dedidicit. d̄ Cla.169.a.
A iuriſconſultis ſalubritas quædam, ab oratoribus ſalus ipſa petitur. ꝑ Mur.130.b.

Salubriter. Ci.d̄ Sen.89.a. *Vbi enim potes refrigerari ſalubrius?*

Salueo,ues. Ci.Ep.260.a. *Vale, ſalue.* Ci.At.62.a. *Dionyſiū iube ſaluere.* & 63.a. *Dionyſiū uelim ſaluere iubeas.* & 106.a. *Alexim humaniſſimū puerū uelim ſaluere iubeas.* *Valebis igit, & ualere Piliam & Cæciliā noſtrā iubebis & ſaluebis a meo Cicerone.* At.91.a.

Salum,li. mare. Ci.ꝑ Cec.302.a. *Hoc opinor optaret nō in ſalū ſed in ipſam urbē, quā petebat, reſtitueretur.* & Tuſ.205.a. *Nec tam erumnoſo nauigaſſem ſalo.*

Saluo,as. ſalutem do, ſalutē fero uel affero, ſalutē reddo, ſaluū præſto, ſaluti ſum. Ci.I.P.96.a. *Me poſſe iterū rēp. ſaluare ſi ceſſiſſem, infinitā cędē fore, ſi reſtitiſſem.*

Salus,tis. incolumitas. X. pernicies. Ci.Ep.161.a. *De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuā, credo te cognoſcere ex literis tuorum.* & At.34.a. *Saluti ſi me amas, conſule,* *Eadem facultate fraus hominū ad perniciē & integritas ad ſalutē uocatur.* d̄ Or.111.b.
Qui medicis ſuis nō ad ſalutem, ſed ad necem utitur. de Ar.251.b. *Salutem tibi ijdem dare poſſunt, qui mihi reddiderunt.* ꝑ Plan.281.a.& Q.Fr.305.a. *Ita mihi ſalus aliqua detur, ut &c.*
Salus ab aliquo data. At.179.a. & d̄ N.78.a. *Ægrorum ſalus ab Hippocrate data.*
Is eſt nimirū Sator, qui ſalutem dedit. I.V.139.b.& d̄ Or.87.b. *Dare ſalutem, liberare periculis.*
Ferre opem & ſalutem indigentibus. d̄ Fin.89.b.
Accipere ſalutem ab aliquo. ꝑ Dom.140.b.
Ego qui multis ciuibus ſaluti exiſtimor fuiſſe. d̄ Or.127.a
Et ſi minore in re uiolatur tua dignitas q̄ mea ſalus afflicta eſt. Ep.6.a.& 8.a. *Multum intereſt utrum laus minuatur an ſalus deſeratur.*
Retinere ſalutem. Ep.93.b.
Ego uero multam ſalutem & foro dicam & curiæ. Epiſt.111.a.
Anacharſis Hannoni ſalutem. Tuſ 246.a.
Is miſit ad me ſtatim, qui mihi ſalutē nūtiaret. Att.60.b.
Salutem enim mihi uerbis tuis nuntiauit. Ep.102.a.
Dionyſio plurimam ſalutem. At.69.a.
Illud accuſo non te, ſed illā ne ſalutem quidē. At.211.b
At tu et illi et Pyliæ plurimam.
Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, ut mihi ſalutem adſcriberes. Att.88.b & Att. 94.b. *Pyliæ et puellæ Cæciliæ belliſſimę ſalutem dices.* et Ep.233.a. *Tulliolæ ſalutem dic.*

Et fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. At.276.a.&.211.b. Illud accuſo, nõ te, ſed illam, ne ſalutem quidem, at tu & illi & Pyliæ plurimã. &.253.a Atticam cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus ꝑ te miſſa ab illa, referes igitur ei plurimam ſalutem.

Vt lucem ſalutemq; redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. ꝓ Dom.228.a.

Non dubitaui quin is me confectum conſularibus uulneribus conſulari medicina ad ſalutem reduceret. Poſtquã 201.a. Municipium unde iterum iam ſalus huic urbi miſſa eſt. ꝓ Syl.171.a.

Huic opem & ſalutem ferre debemus. ꝓ Arch.125.b.

A iuriſconſultis ſalubritas quædam, ab oratoribus ſalus ipſa petitur. ꝓ Mur.130.b.

Legionibus a pernicie patriæ ad ſalutem aduocatis. Oſt. 330.a. Salus ipſa uirorum fortium innocentiam tueri non poteſt. ꝓ Font.178.b.

Salus alicuius. X. exitium alicuius. ꝓ.S.R.43.a.

Hic liber mihi ſaluti fuit. đ Cla.161.a.

Salutaris, re. Ci. đ Sen.89.a. Cultura agrorum hominũ generi uniuerſo eſt ſalutaris.

Stella ſalutaris ad ortus puerorum. đ D.98.a. & đ Fin. 204.a. Iupiter ſalutaris. Quo in capite ſunt quædam noua ſalutaria ciuitatibus. Ep.37.a.

Salutare remedium. Tuſ.221.a. & Ep.83.a. Salutare cõſilium. & Offi.329.a. Remedium ſalutare.

Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit. đ Cla.166.a.

Res utiles & ſalutares deorum eſſe uocabulis nuncupatas. đ.N.9.b. & .73.b. Ratio peſtifera multis, admodum paucis ſalutaris. & .32.b. Acceſſus ad res ſalutares, a peſtiferis receſſus. et.64.a. Mundo nihil pulchrius, nihil nobis ſalutarius. Salutaris ſeueritas uincit inanem ſpeciẽ clementiæ. At.274.a.

Salutaris & uitalis calor. đ.N.31.b.

Ciuis beneficus & ſalutaris. ꝓ Mil.103.a.

Sic ergo habeto ſalutares te mihi literas miſiſſe. At.139.a

Salutariter. Ci. đ Cla.161.a. Quibus armis quemadmodum ſalutariter uterentur, non reperiebant. & Ep.138.b. Nihil non ſalutariter cupio.

Salutatio, onis. perſalutatio. Ci. đ Cla.166.a. Grata ſalutatio. & ad Bru.91.a. Itaq; hæc ſcripſi ipſa in turba matutinæ ſalutationis. & Ep.108.b. Cum enim ſalutationi nos dedimus amicorum. Quis te communi ſalutatione dignum putat? I.P.100.a.

Ac primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum per cunctationem conſumpſimus. đ Vn.195.a.

Salutator, oris. Q. đ Pet.210.b. In ſalutatoribus, qui domum tuam ueniũt, ijs ſignificato &c. & ibi.a. Deductorũ officium quod maius eſt q̃ ſalutatorum.

Saluto, as. ſalutem dico, ſalutem nuntio, conſaluto, ꝑſaluto. Ci. At.31.a. Domus te tota noſtra ſalutat. & .60.a. Dionyſius te omnesq; nos ſalutat.

Illum ſalutaui, poſtea iuſſi ualere. At.69.a. & .227.a. Octauius quem quidem ſui Cæſarem ſalutabant.

Quam homines ex oppidis obuiam prodeuntes non uero illo & inimico nomine ſed Volumniam ſalutabant. I. A.171.b.

Quis te ex hac tanta frequentia ſalutauit? I.C.100.b.

Salutare benigne, comiter appellare unumquenq;. I.A. 146.b. & .162.b. Quem nunq̃ uiderat, ac ne unq̃ ſalutauerat. Cratippus Ephiſum uenit mei ſalutandi & uiſendi cauſa. đ Vn.195.a.

Cum Philogenes libertus tuus ad me ſalutandi cauſa ueniſſet. At.89.b. & .206.a. Paulo poſt Cuſpius hic ſalutãdi cauſa, ſed manſit inuitatus. Salutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli. đ Sen.90.a.

Cum ille eũ ſalutaſſet, ut fit, dixiſſetq;, quid agis Grani? reſpondit immo &c. ꝓ Plan.266.a. & đ Cla.161.b. Quem poſtq̃ ſalutaui, quid nos inq̃ &c?

Hunc poſteaq̃ ſalutauit, rogare cœpit blande. ꝓ Q.R. 33.a. Qui ita eſt ambitioſus, ut nos quotidie perſalutet. ꝓ Fla.135.a. Quod ſi luce quoq; canes latrent, cũ deos ſalutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura ſuffringantur. ꝓ.S.R.27.b. Anagnini obuiã ei deſcẽderũt, ut iſtũ tanq̃ ſi eſſet conſul, ſalutarent. I.A.180.b.

Salutandi cauſa ire ad aliquem. đ Fin.31.b.

Eram continuo Pyliam ſalutaturus, At.236.a.

Saluus, a, um. conſeruatus, incolumis, integer.

Ci. I.V.66.a. Vt hæc quæ dixi retinere incolumia ac ſalua poſſimus. Cæſar te ſaluum ampliſſimumq; cupiet. At.162.a. & .143.a. Pompeius uetuet iratus & ijs maxime, qui eum maxime ſaluum uolebant. & ꝓ Plan.239 a. Qui me ſaluum uidere noluerunt.

Vt poſſimus ſaluum te ueniſſe gaudere. Ep.17.a.

Is pedibus ſuis ſaluus reuertit. đ D.92.a.

Saluus & incolumis. đ In.83.a.

Nullam partem ſanæ ac ſaluæ reip. guſtare potuiſti. Ep. 297.b. et.94.a. Oro obteſtorq;, te ut nobis ſaluũ cõſerues

Socios ſaluos præſtare poſſumus. ꝓ Pom.14.b.

Gerere ſimultatem cum aliquo.At.228.b.

Multas ſimultates partim obſcuras partim apertas ſuſce
pi.ꝓ Pom.17.b. Vetus noſtra ſimultas. Epiſt.45.b.
& ad Her.17.a.& At.33.b.

Simultatem humaniſſime deponere.At.52.a.

Ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lętitia
ſuſceptas habemus.Q.Fr.293.b.

Simul ut. Ci.Tuſ.210.a.Simul ut uelle cœpiſſent.

Sin uel ſi. Ci.At.151.a.Si mihi ueniam quam peto, de-
derit,utar conditione,ſin minus impetrabo aliquid a me
ipſo. Si perficiunt,optime, ſin minus,ad noſtrum Io-
nem reuertamur.Q.Fr.311.a.

Ego ut conſtitui adero, atq; utinam tu quoq; eadem die,
ſin,(quid enim multa?)utiq; poſtridie.At.211.b.

Sin autem id non ſit eiuſmodi &c.Off.58.b.i.ſi.

Si erit ciuitas &c.ſin non erit etc.Ep.27.b.

Si abeſtis etc.ſin etc.ſin etc.Ep.184.a. et 251.b. Si po-
tes etc.ſin planè non potes etc.

Sin id actum eſt,ut etc.tum uero etc.ꝓ.S.R.41.a.

Educ tecum omnes tuos, ſi minus, q̃ plurimos.I.C.99.b.

Sine.expers,uacuus. Ci.ꝓ Seſt.19.b.Omnes certatim de
mea ſalute ſine ulla uarietate dixerunt.

Homo iners ſine officio, ſine ingenio,cum infamia,nullis
ſeptus amicis.Q.đ Pet.209.a.

Dicam ſine cunctatione quod ſentio.In Vat.32.a.

Hæc enim ars ſine cõtrouerſia magna eſt. đ Or.105.a.

Chryſippus homo ſine dubio uerſutus.đ N.64.b.

Sine ulla errore.Off.55.b.et abiecta omni cunctatione.

Conſilium noſtrum ſpero uacuũ periculo fore.At.169.a

Vir expers conſilij et ingenij.Ci.

Remoto ioco,et extra iocum.

Singillatim.ſingulatim. Ci.đ In.60.a.Singillatim unam
quamq; rem attingere.et.61.b.

Ciuitas non ſingillatim, ſed prouincijs totis dabatur.I.
A.178.a.

Singularis,re. unicus,maxime rarus, ſummus, inauditus,
incredibilis,diuinus. Ci.đ Vn.197.a.Singularẽ deus
hunc mundum atq; unigenam procreauit.

Antonij incredibilis quædam et prope ſingularis et diui
na uis ingenij.đ Or 99.a.et.144.a.Incredibilis et ſingu
laris amor in aliquem. & At.231.a. Singularis & in-
credibilis uirtus.

Singularis & propè incredibilis fides.Ep.223.b.

Singularis et præſtantiſſima uirtus P.Lẽtuli.Poſt.205.a

Singularis eximiaq; uirtus Pompei.ꝓ Pom.4.b.

Sunt quædam in te ſingularia,quæ in nullum alium cõ
uenire poſſunt.I.V.194.b.

Non uulgare ſed ſingulare maleficium.Ad Her.15.b.et
26.a.Singularis pœna.

Beneficium ſingulare.X.beneficium uulgare.đ In.76.b.

Primũ quod mihi gratias egiſti ſingularibus uerbis &c.
I.C.119.a.

Singularis homo priuatus niſi magna ſapientia prædi-
tus uix facile ſeſe continet.ȝ Rul.85.b.

Sed ita tulit caſus ut tum communi ambitionis inuidia tũ
ſingulari Antronij odio euerteretur.ꝓ Syl.167.a.

Cõmuni officio non aliquo ſingulari beneficio.Ep.10.b.

Qui

Qui animo atq; ingenio ſingulares.ď D.128.a.
Animus ſingularis & opera præcipua.Ep.140.a.
Ago tibi gratias ſingulares.Ep.220.b.
Rutilium & fide & animo ſingulari.Ep.6.b.
Homo ſingulari nequitia præditus. ď Fin.138.a. & ad Her.18.a.Ab omnibus unicam malitiam cognoſci.
Summus & ſingularis uir.ď Cla.292.b.

Singulariter. unice. Ci.I.V.132.a. Quem ego in Quæſtura mea ſingulariter dilexiſſem.

Singulatim. ſigillatim. Cic.ď In.52 b.De eis ſingulatim in ſecundo libro dicemus.
Quę ſingulatim & diu collecta ſunt una tempore uniuerſa perdere.I.V.66.a. &.62.b. Singulatim unicuiq; reſpondere.l.Diu.l.Singuli.

Singuli,orum. quiſq;, unuſquiſq;.
Ci.ď Or.162.b.Refert etiam qui audiant frequentes,an pauci,an ſinguli.
Sæpe ſingulis utendum eſt plerunq; binis,non ferè ternis amplius.Ora.219.b. Vt non modo plures ſed ne ſinguli quidem poſſint accedere.I.V.263.a.
Veteres cum circuitum uerborum facere non poſſent, terna aut bina aut nonnulli ſingula etiam uerba dicebant. ď Or.161.b.& ibi.Dixi de ſingulorum laude uerborũ, dixi de coniunctione eorum &c.
Cum ex ſingulis tum ex coniunctis argumenta naſcuntur.ď In.67.b.
Itaq; me non ſingulæ uoces præconum ſed una uoce uniuerſus populus conſulem declarauit.ꝯ Rul.66.b.
Qui ſingulas uniuſcuiuſq; domos et hoc uniuerſum reip. domicilium delere conati ſunt.I.C.211.a.
Honeſtius eum agrum uos uniuerſi q̃ ſinguli poſſideretis.ꝯ Rul.83.a.
Beneficia,quæ ſingulis priuatimq; dantur.✕.uniuerſis. Anteq̃.192.b.&.193.a.Neq; uerius a ſingulis q̃ ab omnibus repetere officij præmium & fructum.& ď Fi.73. b.Singula potius q̃ omnia.
Pont.Max.res omnes ſingulorum annorum mãdabat literis.ď Or.113.a.
Non modo interię & concentus ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes efficiuntur.ď Or.161.a.
Duo extremi chorei ſunt, ideſt è ſingulis longis & breuibus.Ora.217.b.
Quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus. de N.43.b.&.46.a.Sol binas in ſingulis annis reuerſiones facit. & At.71.a. Quotidie uel potius in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto. &.64.b. Singulis diebus uſq; ad Cal.facere aliquid.
Qui ſingulis diebus ediſcẽdas faſtos populo propoſuit. ꝓ Mur.129.b. Vix ſingulis ętatibus bini oratores laudabiles conſtiterunt.ď Cla.196.b.
Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt,ut ſingulos dies poſſis conſumere.ꝓ S.R.35.a.
Egregibus Ephebororum uix ſinguli reperiuntur pulchri. ď.N.16.a.
Vt cauſæ ſingulæ defendantur a pluribus. ď Cl.183.a.
Vobis ſingulis & egi & agam gratias uniuerſis. Poſtq̃. 220.b.
Hoc ferre ciuitas poteſt:ut ſinguli ciues ſingulis uerſiculis è ciuitate tollantur.ꝓ Dom.222.a.
Sic ulciſcar facinora ſingula, quemadmodum a quibuſq; ſum prouocatus.Poſtq̃.202.b.
Dij nec agellos ſingulorum nec uiticulas perſequuntur. ď.N.77.a.
Cæteræ ferè artes ſe ipſę per ſe tuentur ſingulæ. ď Ora. 209.a. Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus.Q.Fr.323.b.
Ego ſingulos eius uerſus ſingula eius teſtimonia puto. Ep.259.a.
Illi ſingulis finibus utuntur.ď Fin.62.b.
Singula ſingulis addere.ď Fin.96.b.
Difficile eſt dictu de ſingulis. Ep.6.a.&.87.b. Et hæc bis ſingulis ſæpe dedi.
Cæſar legiones ſingulas poſuit Brunduſij, Tarenti,Siponti.At.151.a.
Sanè commode Pompeius diſtribuit binas ſingulis patribus familiarum.At.111.b.
Candidati HS CCCC in ſingulos apud M.Catonem depoſuerunt.Q.Fr.316.b.
Deſcribebas Cẽſores binos in ſingulas ciuitates.I.V.135 a.&.134.a.Lex eſt quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubebat.
Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.I.C.98.a.
Satores ducentos in annos ſingulos conſtituit. ꝯ Rul. 73.b.&.82.a. Et in eo agro dena deſcripſit in ſingulos iugera.
Singulæ &c.binæ &c.Ep.200.b.
Singuli.✕.uniuerſi,multitudo.Off.39.a.
Singula.✕.uniuerſa.Ep.87.b.& ď Fin.58.a.
Plures Deorum omnium, ſinguli ſingulorum ſacerdotes ſunt.ď Leg.275.b.
In dies ſingulos ſtudia hominum in nos augentur. Att. 37.a.
Quæ ſi ſingula nos forte non mouent,uniuerſa certe tamen inter ſe coniuncta atq; connexa mouere debebunt. ď.N.59.a. & ibi.Nec uero uniuerſo generi hominum ſolum, ſed etiam ſingulis a Dijs immortalibus conſuli & prouideri ſolet.& ibi.Dij ſeparatim ab uniuerſis, ſingulos diligunt.
Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit.At.93.a.
Vix autem ſingulis ętatibus, ſinguli oratores tolerabiles inuenti ſunt.ď Or.85.b.
Quæ ſi pop.rom.acciderit,quid debent putare ſinguli? Off.38.b.39.a.
Quantam pecuniam militibus in ſingulos Cæſar pollicitus ſit,tantam dari placere.I.A.205.a.
Et ſingulas adiunxit ad ſingula.ď Vn.202.b.

Singultus,tus.Poſtq̃.199.b.
Ci.ꝓ Plan.275.b.Non modo lacrymulam ſed multas lacrymas & fletum cum ſingultu uidere potuiſti.

Siniſter,a,um. Ci.ď D.125.b. Quanq̃ haud ignoro quę bona ſint, ſiniſtra nos dicere,etiam ſi dextra ſint ſed certe noſtri ſiniſtrum nominauerunt,externi dextrum.

Siniſtra, ſtræ.læua. Ci.ď D.98.a.Cur a dextra coruus, a ſiniſtra cornix faciat ratum. &.I.A.207.b.Aſpicite a ſiniſtra &c.

Sino, nis, ſiui, ſitum. permitto, patior, fero, locum do.
Ci. ꝑ Plan. 277. b. Qui Senatum Senatui parere non ſiuerit. & Ep. 78. a. Nec auertere a miſerijs cogitationem ſinunt. & ď Fi. 60. a. Improbitas nunquam ſinit eum reſpirare.
Tu ſororem tuam uirginem eſſe non ſiuiſti. ꝑ Dom. 231. b. & I. A. 237. b. Non ſiuerunt.
Cato concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum. Q. Fr. 312. a.
Is accuſare eum non eſt ſitus. ꝑ Seſt. 13. a.
Non deieci, ſi non ſiui accedere. ꝑ Cecin. 297. a.
Non feram, non patiar, non ſinam. I. C. 99. b.
Nec mihi das reſpondendi locum. ď N. 63. a.
Quid frumentum corrumpi pateris?
Nullos honores mihi niſi uerborum decerni ſino. At. 82. a.

Sinus, nus. gremium, complexus.
Ci. ꝑ Pom. 10 b. Maris omnes ſinus atque portus. & I. V. 265. b. Illi qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur. et. 241. b. Vbi primum ex alto ſinus ad urbem inflectitur.
Duo ſinus fuerunt, quos tranſmitti oportet. At. 255. a.
Tantum admonebo, quoniam hæc planſibilia non ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Tuſ. 201. b
Cedo mihi ex ipſius ſinu literas. I. V. 266. a.
Vt ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur. ď Leg. 183. a. Cæſar mihi crede in ſinu eſt, neque diſcingor. Q. Fr. 314. a.
In ſinu ac familiaritate adoleſcentis. At. 38. a. & ꝑ Cęl. 50. a. E ſinu gremioque patriæ abſtrahi.
Iſte uero ſit in ſinu ſemper & complexu meo. Ep. 235. a.
Poſtremum genus eſt de delectu Catilinæ, immo uero de complexu eius ac ſinu. I. C. 109. a.
Calumniatores de ſinu ſuo appoſuit. I. V. 81. b.
Confugere in ſinum alicuius. Tuſ. 228. b. ideſt tanquam in portum.
Et draco conficiens ſinus è corpore flexos. ď. N. 47. a.
Bibulum noli dimittere ex ſinu tuo. At. 277. b.
Ætolia procul a barbaris diſiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio ferè græciæ gremio continetur. Ci.

Siparium, rij. Ci. ď Pro. 72. a. Piſo cum græcis iam in orcheſtra belluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

Sipontinus, a, um. Ci. contra Rul. 80. a. Niſi mauultis in Sipontina ſiccitate collocari.

Si quando. Ci. ď Or. 97. a. Si quando in dicendo ſcriptum attulerit aliquid.
Si quando hæc incidunt. ď In. 69. a. & ď Cla. 195. a. Ex qua ſi quando opus fuerit, excitet &c.
Itaque ſi quando extitit. ď Am. 100. b.

Si quidem. quoniam quidem, quippe ſi.
Ci. ď Cla. 168. a. Vides ne quam ſero eloquentia prodierit in lucem? ſi quidem ante Solonis ætatem de nullo ut diſerto memoriæ proditum eſt. & Tuſ. 148. b. Antiquiſſimum è doctis eſt genus poetarum, ſi quidem Homerus fuit ante Romam conditam.
O fortunatam remp. ſi quidem hanc ſentinam eiecerit. I. C. 105. b. O morem præclarum, quem a maioribus accepimus, ſi quidem teneremus. ꝑ Fla. 149. a. & 154. a.
O paſtores &c. ſi quidem &c.
Gratulor Baijs noſtris, ſi quidem ut ſcribis ſalubres repente factæ ſunt. Ep. 131. a & 41. b.
Robur & ſoboles militum interijt, ſi quidem quæ nunciantur uera ſunt. Ep. 165. a.
Si quidem eorum eſt gemmare uites. Or. 204. b.
Quare non ὅ(?) tua induſtria, quod uereris, ſed præclare ponitur, ſi quidem id egiſti ut ego delectarer. At. 84. a. Etiam ne in minimis rebus? ſi quidem rerum modum fingere non poſſumus, animorum modum tenere poſſumus. Parad. 120. a.

Si quo. Ci. At. 118. b. Eas ſi quo ille miſit, in publico proponat uelim.

Siren, nis. Cic. ď Fin. 236. a. Quæ de Sirenum cantibus Homerus finxerit, neque enim uocum ſuauitate uidentur aut nouitate quadam & uarietate cantandi reuocare eos ſoliti, qui prætervehebantur, ſed quia multa ſe ſcire profitebantur, ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent.

Sis, pro ſi uis. Ci. Or. 211. a. Sodes pro ſi audes, ſis pro ſi uis.
Age nunc refer animum ſis ad ueritatem. ꝑ S. R. 26. a.

Siſapon. Ci. I. A. 169. b.

Siſto, ſtis. exhibeo. Ci. At. 52. a. Fac ut te ante Cal. Ian. ubicunque erimus, ſiſtas. & 169. b. Te negotium nobis in græcia ſiſte.
Remp. ſiſtere non poſſe. I. V. 198. a.
Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, ut ſi ille non reuertiſſet ad diem moriendum eſſet ſibi ipſi. Off. 61. a.
Ita tamen diſcedunt ut Idibus Septembribus P. Quintium ſiſti Sex. Alphenus promitteret. ꝑ Quint. 5. a. & ibi. Venit Romam Quintius, uadimonium ſiſtit. & 12. a. Alphenus promittit Neuio ſiſti Quintium.

Siſyphus, phi. Ci. Tuſ. 150. a. Siſyphus uerſat ſaxum.

Stella, læ. Ci. ď. N. 22. b.

Sitiens, tis. Ci. Tuſ. 231. b. Eo grauius ardentiusque ſitientes uoluptates. & ꝑ Plan. 261. b. Deinde ſitientem me uirtutis tuæ deſeruiſti.

Sitienter. Ci. Tuſ. 217. a. Nec ſitienter quid appetens.

Sitio, tis. Ci. Q. Fr. 320. a. Ipſi fontes iam ſitiunt. & Or. 204. b. Gemmare uites, ſitire agros.
Ipſe cum paucis ad portum ſitiens perueni. I. P. 92. b.
Etenim aderat L. Frater, qui ſanguinem noſtrum ſitiebat. I. A. 198. a.
Nec honores ſitio, nec deſidero gloriam. Q. Fr. 321. b.

Sitis, tis. Ci. ď Fin. 56. b. Cum cibo & potione fames ſitisque depulſa eſt. & Tuſ. 150. a. Siti enectus Tantalus. & 66. a
Nunquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſiti. Para. 116. b
Literas græcas ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. ď Sen. 82. a.
Ipſe interea declamauit ſitim quærens, hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi. I. A. 198. a.

Situs, a, um poſitus, locatus. Cic. I. V. 225. a. Qui locus quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur. & ď. N. 9. a. Vim diuinam in natura ſitam eſſe.
Spes otij & concordiæ in meo reditu ſita uidebatur. ꝑ Dom. 216. a.
Quid? tu, in eo ſitam uitam beatam putas? Tuſ. 235. a.
In eorum poteſtate ſita ſalus noſtra eſt. Antequam. 194. a. et Acad. 10. b. Aſſenſio, quæ eſt in noſtra ſita poteſtate.
Hnius rei poteſtas omnis in nobis ſita eſt indices. ꝑ Mur. 144. a

Si pugnandum eſt, quo tempore, in caſu, quo conſilio in tempore ſitum eſt. At.108.a.
Qui lituus ſitus eſt in curia Saliorum. đ D.86.b.
In officio colendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis. Off.2.a.
Vel qđ excelſo & illuſtri loco ſita laus tua ſit. Ep.19.b.
Huic profecto ipſi quantum eſt ſitum in nobis, opem fere mus. ꝑ Arch.185.b.
Hæc enim ſita ſunt ante oculos đ Or.114.a.
Obſcœnas uoluptates faciles, communes, in medio ſitas eſſe. Tuſ.246.b. & .148.b. Summam eruditionem græci ſitam cenſebant in neruorum uocumq; cantibus.
Vbi uirtus ſi nihil ſitum eſt in ipſis nobis. Acad.11.a.
Eſt autem ſitum in nobis, ut &c. đ Fin 60.b.
Eo loco ubi nunc fortunæ ſita ædes eſt. đ D.116.a.
Si cauſa appetitus non eſt ſita in nobis, ne ipſe quidem appetitus eſt in noſtra poteſtate. đ Fat.148.a.
Hic eſt ille ſitus &c. nam ſiti dicuntur ij, qui conditi ſunt. đ Leg.181.b. C. Marij ſitas apud Anienem reliquias diſſipari iuſſit Sylla. đ Leg.181.a.
Situs, tus. Ci. ʒ Rul.74.a. Vrbs & natura & ſitu et deſcriptione ædificiorum & pulchritudine in primis nobilis. & đ D.137.a. Oppidorum ſitus.
Terrę ſitus, forma, circumſcriptio. Tuſ.152.a.
Syracuſarum hic ſitus atq; hæc natura eſſe loci cœliq; dicitur. I.V.140.b. Eius loci, quem incolebant ſitus. Acad. 16.a. & .40.b. Sedes regionum & locorum.
Ciuitas ſitu, mœnibus, portuq; ornata. I.V.200.b. & 217.b. De Syracuſis, nam & ſitu eſt communito tũ præclaro ad aſpectum. Figura ſituq; membrorum. đ N. 57.a. & Acad.30.a. Situs partium corporis.
Et ſitus earum rerum quas intuemur, & interualla aut cõtrahimus aut diducamus. Acad.6.b.
Plus terrarum ſitus quàm lunæ tractus ad naſcendũ ualere đ D.128 b. aliter, tactus.
Situ mdoris barba pedore horrida. Tuſ.196.a.
Quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorum, quem uero ipſum imperatorem habes? Q.Fr.317.b.
Siue. ſeu, uel. Ci. ꝑ Seſt.24.b. Venio ad comitia ſiue magiſtratuum ſiue legum placet.
Siue ſic eſt ſiue illo modo. đ D.133.b.
Nil perturbatius hoc ab urbe diſceſſu ſiue potius turpiſſima fuga. At.120.a.
Siue tua natura paulo acrior, ſiue quędam dulcedo iracundiæ, ſiue dicendi ſal &c. Q.Fr.300.b.
Nam illo loco libenter uti ſoleo, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue aliquid ſcribo, aut lego. đ Leg 169.a.
Smyrna, næ. Ci. ꝑ Flac.161.a. Cur non Pergami? Smyrnæ? Trallibus?
Smyrneus, a, um. Ci. ꝑ Arch.189.a.
Soboles, lis. Ci. Ep.165 a. Robur & ſoboles militum in terrjs. Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerũ publicarum. Off.11.b.
Omnis ſoboles iuuentutis. I.A 171.a.
Proles, ſcboles, effari, nuncupari. đ Or.157.a.
Cenſores populi, ciuitatis ſoboles, familias, pecuniasq; cenſento. đ Leg.185.a.
Propagande ſcboles. ꝑ Mur.134.b.
Sobrie. Ci. Off.21.b. Parce, continenter ſcbrieq; uiuere.
Sobrinus, ni. Ci Off.13.b. Sequuntur fratrum coniunctiones poſt conſobrinorum ſobrinorumq;, qui cum una domo iam capi non poſſint, in alias domos tanq̃ in colonias exeunt.
Sobrius, a, um. ſiccus. X. uinolentus, ebrioſus. Acad.14.a. & Tuſ.252.a.
Ci. Or.105.b. Furere apud ſanos & quaſi inter ſobrios bacchari uinolentus uidetur.
Homines ſatis planè frugi ac ſobrij. I.V.162.a.
Sobrius uir. ꝑ Cęl.53.a. & Sobrius orator. đ Or.121.a.
Soccus, ci. Cic. I.V.127.a. Conſularis homo ſoccos habuis & pallium.
Pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus rſſet. đ Or. 154.b.
Socer, ri. Cic. ꝑ Seſt.4.a. Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ.
Ego dum Appium orno ſubito factus ſum accuſatoris eius ſocer. At.95.a.
Socialis, le. Ci. I.V.57.b. Hæc lex ſocialis eſt. & .111.b. Lege iudicioq; ſociali.
Sociatus, a, um. Ci. đ Am.111.b. Solitarius. X. coniunctus & ſociatus cum altero.
Societas, tis. conſociatio, coniunctio, communio, communitas, commercium, conuentus, pactio, fœdus, ordo.
Ci. Off 4.b. Vt ſocietas hominum coniunctioq; ſeruetur. & đ Fin.107.a. Nati ſumus ad ſocietatem communitatemq; generis humani.
Ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos & uitę quaſi cõmunitas continetur. Off.5.a.
Defendere hominum inter homines ſocietatem. Off.5.b. et 10.a Communitas & ſocietas uitæ.
...um communitas & ſocietas inter ipſos. Off.31.a.
...ſtra coniunctio, hæc conſpiratio in rep. bene gerẽ... hæc iucundiſſima uitæ atq; officiorum oĩum ſocietas.
... Dom.118.b. & ibi. Dirimere ſocietatem.
...egium coniunctiſſimus mecum conſiliorum oĩum ...e. đ Cla.165.b.
...ſus, quę cum rep. eſt unicuiq; ueſtrum. Off.12.a.
Pinna cum Squilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi đ N.50.b.
Miſſos facio mathematicos, muſicos &c. quorum artibus iſta ueſtra dicendi uis ne minima quidem ſocietate cõiũgitur. đ Or.88.b.
Facere ſocietatem omnium rerũ cũ aliquo. ꝑ Quint.1.b.
Coire ſocietatem. ꝑ S R.21.b.
Sancta religio ſocietatis. I.V.178.a.
Coire ſocietatem periculi cum aliquo. ꝑ Rab.95.a. uel ſalutis uel laboris. Ep 74.b.
Nullam ſocietatem neq; ſceleris neq; præmij cum ullo coiui. ꝑ S.R.34.b.
Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatesq; conflauit. đ Ar.253.b.
Latrones ſcelerum fœdere inter ſe ac nefaria ſocietate coniuncti. I.C.104.a.
Inire ſocietatẽ omnium rerum cum aliquo. I.A.255.a.
Nec ſocietas tibi quicq̃ debet, nec priuatim Quintus debuit. ꝑ Quint.3.a.
Quid ſi omnes ſocietates uenerint? ꝑ Mur.140.b.

P. Craſſus maximarum ſocietatum author, plurimarũ magiſter. ꝓ Plan. 265. b. & ꝓ Seſt. 9. b. Societas uectigaliũ.
Omnes ſocietates, omnes ordines. ꝓ Dom. 141. a.
Nulla ſocietas optimis ciuibus cum importuniſſimo hoſte fœdere ullo confirmari poteſt. I. A. 177. a.
Gradus ſocietatis hominum. Off. 11. b.
Societas, quæ latiſſime patet, hominũ inter homines. Off. 65. b. & ibi. Societas interior eorum qui eiuſdem generis ſunt. & ibi Societas propior eorum, qui eiuſdem generis ſunt. & 61. b Societas inter homines coniuncta.
Coire ſocietatem uoluntariam cum aliquo. ꝓ Quin. 14. a
Deuincire hominum inter homines ſocietatem. Off. 5. b.
Cum hoc genere philoſophiæ, quod nos ſequimur, magnam habet orator ſocietatem. đ Fat. 140. b.
Vtinam Cn. Pompey cum C. Cæſare ſocietatem aut nunq̃ coiſſes, aut nunq̃ diremiſſes. I. A. 165. a.
Quę ſi quos inter ſocietas eſt, aut fuit, aut futura eſt, eorũ eſt habẽdus optimus beatiſſimusq; comitatus. Am. 111. a.
Prima homini cum Deo rationis ſocietas. đ Leg. 140. b. & 161. a. Hominum ſocietas inter ipſos & comũctio. et 184. a. Difficillima illa ſocietas grauitatis cũ humanitate.
Socio, as. coniungo. Ci. ꝓ Plan. 175. a. Cum uel periculum uitæ tuæ mecum ſociare uoluiſſes.
Omne genus humanum inter ſe ſociatum eſt. đ Leg. 162 a. & ꝓ Fla. 150. b Quid ſi teſtium ſtudium cum Accuſatore ſociatum eſt?
Sapientiam cum eloquentia ſociare. đ Or. 154. b.
Cœtus hominum iure ſociati đ Som. 117. b.
Socius, a um. conſors, particeps, gregalis.
Ci. Ep. 16. b. Me quidem certe tuarum actionum, ſententiarum, uoluntatem, rerum denq; omnium ſocium comitemq; habebis. & 132. a Cuius fugientis comes, remp. recuperantis ſocius eſſe debeo.
Eloquentia pacis eſt comes otijq; ſocia. đ Cla. 168. a.
Vitæ ſocia uirtus, mortis comes gloria fuiſſet. pro Font. 284. a.
Socius ac particeps fortunarum omnium. ꝓ Font. 283. a. & đ Cla. 165 a. Socius ac conſors glorioſi laboris.
Hic mecum ſocius eiuſdem & amoris & iudicij. đ Cla. 196 b. Vulgo optima hominum ſociũ me aſcribit tuis laudibus. At. 231. b.
Titus & comes meus fuit illo miſerrimo tempore. & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorũ meorum ſocius. Ep. 119 b.
Duæ artes inter ſe pares & eiuſdem ſociæ dignitatis. đ Or. 105. b. & 90. b. Poeta oratori multis ornandi generibus ſocius ac penè par.
M. Antonius homo & conſiliorum in rep ſocius, & &c. đ Or. 87. a.
Quos ſocios ad epulas habere nemo uelit. I. A. 197. b.
L. Flaccus ſocius atq; adiutor conſiliorum periculorumq; meorum. ꝓ Flac. 146. a.
Calamitatis cuiuſpiam ſocius atq; comes. ꝓ Syl. 179. b. et At. 179. a. Culpæ ſocius.
Teq; particeps connubij, ſocia regni regina Iuno. Antiq̃ 196. b.
Fideliſſimus ſocius ad comparandam aliquam rem. pro Dom. 219 a. & 223. b. Is mihi ſocius atq; amicus ſemper fuit.
Adiungere aliquẽ ſibi ſociũ. At. 173. a. & ꝓ Quin. 2. b.
Qui iniuſte impetum in quẽpiam facit, is quaſi manus uiolenter uidetur afferri ſocio. Off. 5. b.
Socij putandi ſunt quos inter res communicatur. In Vēr. 258. a.
Edere ſibi aliquem ſocium. ꝓ Quint. 16. b.
Qui ſocium fallit, in uirorum bonorum numero non eſt habendus. ꝓ S. R. 37. b.
Nicomedes qui & furti & pro ſocio damnatus eſt. pro Fla. 155. a. & ꝓ Quin. 1. b. Arbitrum pro ſocio condemnari. Nouem homines honeſtiſſimos, eiuſdem muneris, legationis, officij, mandatorumq; ſocios, induxit, decepit. ꝓ S R. 37. b.
Cũ tu tamen nocte ſocia, hortante libidine ꝑ tegulas demitterere. I. A. 169. a.
Semper mea conſilia pacis & otij ſocia, non belli & armorum fuerunt. ꝓ Mar. 133. a.
Socordia, diæ. Ad Her. 13. a. Philoſophia uitanda eſt, affert enim ſocordiam atq; deſidiam.
Socors, dis. Ci. đ Cla. 186. b. Nam M. Glabrionem ſocors ipſius natura negligensq; tardauerat. & đ. N. 2. a. Homines non ſocordes.
Socrates, tis. Ci. đ Fin. 64. a. Socrates, qui philoſophiæ parens iure dici poteſt. & đ. N. 59. b. Socrates princeps philoſophorum. Acad. 41. b.
Eſſe diuinum quoddam, quod Socrates dæmonion appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunq̃ impellenti, ſæpe reuocanti. đ D. 105. b.
Ironia illa quam in Socrate dicunt fuiſſe. đ Cla. 191. a. & đ Or. 104. b.
De græcis autem dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni oratione ſimulatorem, quẽ εἴρωνα greci nominauerunt, Socratem accepimus. Off. 12. a.
Socraticus, a, um. Ci. Off. 11. a Philoſophi Socratici. & Parad. 116. b.
Socrus, crus. Ci. ꝓ Clu. 54. a Dinea, quæ tum ei mulieri ſocrus erat.
Nihil de ſocru tua audiſti? I. V. 513 a. & At. 138. a. Literæ Capuam allatę ab Clodia ſocru.
Sodalis, lis. Ci. Ep. 191. a. Ego qui & ſodalis & familiariſſimus Dolobellæ eram. & Acad. 29. b. At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit.
Ego pro meo ſodali, qui mihi in liberum loco more maiorum eſſe debet, decerno. đ Or. 117. a.
Primum habui ſemper ſodales &c. đ Sen. 80. a. & ibi. b. Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice.
Plancus in petitione habuit multos cupidos ſui, & gratioſos, quos ſi tu ſodales uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas crimino ſo. ꝓ Plan. 268. b. & đ. N. 76. a. & I. V. 95. a.
Sodalitas, tis. coitio. Ci. ꝓ Cel. 41. b. Fera quędã ſodalitas & planè paſtoritia atq; agreſtis germanorũ luperorum, quorum coitio illa ſylueſtris ante eſt inſtituta q̃ humanitas atq; leges. S. C. factum eſt ut ſodalitates decuriatiq; diſcederent. Q. Fr. 309. a. & ad Her. 2. a.
Officia ſodalitatis ab aliquo flagitare. I. V. 95. b & pro Plan. 266. b. Honeſta ſodalitas.

Sodalitates me Quæſtore conſtitutę ſunt.đ Sen.86.a.

Sodalitium,tij. Cic.ꝓ Plan.266.b. *Lex licinia, quæ eſt de ſodalitijs.*

Non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. In Sal.274.a.

Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodẽ die futurum. Ad Her.40.a.

Sodes. Ci.Or.211.a. *Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut ſodes pro ſi audes, ſis pro ſi uis.*

Tarteſium mihi adeunti urbem iube ſodes nummos curare. At.103.b.

Sol,lis. *Phœbi fax, rota feruida ſolis, ſignum præpotens.*đ D.90.a.

Ci.đ.N.39.b.*Sol dictus eſt uel quia ſolus ex omnibus ſideribus eſt tãtus, uel quia cum exortus eſt, obſcuratis cęteris ſideribus ſolus apparet.*

*Deus ſolem quaſi lumen accendit ad ſecundum ſupra terram ambitum.*đ Vn.200.b.

Videmus ſol ut circunferatur, ut accedat ad brumale ſignum & inde ſenſim aſcendit in diuerſam partem. de Ora.159.b.

*Sol V diebus & LX & CCC quarta ferè diei parte addita conuerſionem conficit annuam.*đ.N.35.b.

*Sol qui aſtrorum obtinet principatum.*đ.N.35.b.et Tuſ. 162.a.*Sol moderator & dux temporum.*

*Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio, tanta magnitudine ut cuncta ſua luce luſtret & compleat.*đ Som.128.b.

*Solis magnitudine multis partibus terra ſuperatur.*đ.N. 46.a. *Solem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem eſſe q̃ terram.* Acad.20.b.

*Sol maior ne q̃ terra ſit, an uero tantus quantus uideatur.*đ D.110.a.

Sol conſiſtens in capricorno conuertit curriculũ. In Ara. & ibi *Rota feruida ſolis.*

*De ſole & luna eorumq; motu.*đ.N.18.b. &.30.a.*Solis acceſſus diſceſſusq;.* &.33.b. *Solem eſſe calidum & igneũ.* &.44.b.&.46.a.

*Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum eiusq; radijs acies ueſtra ſenſusq; uincitur.*đ Som.129.a.

*Soles multi a theologis proferuntur.*đ.N.70.b. & đ D. 100.a.*Cum duo uiſi ſoles & tres lunę & cum ſol nocte uiſus eſt.* & đ.N.28.b *Sol geminatus quo anno P. Africanus ſol alter extinctus eſt.*

*Cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusq; conuerterit.*đ Som.127.a.

*His de rebus ſol me ille admonuit, ut breuior eſſem, qui ipſe iam præcipitans me quoq; hęc pręcipitem penè euoluere coegit.*đ Or.162.b.& Tuſ.168.b. *Occidente ſole.*

Nullus unq̃ dies tam magna turbulẽtaq; tempeſtate fuit, quin aliquo tempore ſolem eius diei homines uiderint. I. V.240.b. *Qui ſolem, ut aiunt, nec occidentem unq̃ uiderit, nec orientem.*đ Fin.69.b.

Simul cum ſole experrectus ſum. At.217.b.

Ago tibi grates ſumme ſol, nobisq; reliquis cœlites. de Som.126.b. *Si ea quæ dixi ſole ipſo illuſtriora et clariora ſunt.*đ Fin.63.b.

Multa commemorarem nefaria in ſocios, ſi hoc uno ſol quicq̃ uidiſſet indignius. Off.38.b.

Proceſſerat enim in ſolem & puluerẽ etc. l.*Vmbraculũ.*

Sol excidiſſe mihi è mundo uidetur. At.145.a.

Solarium,rij. Ci.đ.N.45.b. *Solarium uel deſcriptũ uel ex aqua, quo horæ declarantur.* & ꝓ Quin.10.b.*Quintius non ad ſolarium non in campo, non in conuiuijs uerſatus eſt.*

Vene ad ſolarium quidem idoneus ſis. Ad Her.27.a.

Solatium tij. *conſolatio, fomentum.*

Ci.Ep.97.b.*Vacare culpa magnum eſt ſolatium.* &.I. A.223.a.*Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt.* & đ Pro.72.a.*Sed fruatur ſanè hoc ſolatio.*

Vt illi haberent hęc oble ctamenta & ſolatia ſeruitutis. I. V.231.a. *Vos & præſentem me cura leuatis & abſenti magna ſolatia dediſtis.*đ Cla.165.b. & At.65.a. *Multa mihi dant ſolatia.*

Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorũ. Tuſ. 288.a. *Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent.* ꝓ Arch.188.b.

Reportare ſolatium ex aliqua re. I.V.162.a.

Vectigal &c. ſolatium annonæ. ꝯ Rul.81.a.

*Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor, & maxime illo ſolatio, quod &c.*đ Am.97.a.

In maxime meo dolore hoc ſolatio utor, quod &c. Ep. 179.a. *Nos malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quod ipſius uicem minime dolemus.* At.58.a.

Solea,leæ. Ci.đ Ar.254.a.*Soleæ muliebres.* & đ In. 81.a.*Ligneę ſoleę in pedes iductæ ſunt.* & ad Her.5.a.

Soleatus,a,um. Ci.I.V.253.b.*Stetit ſoleatus prætor populi rom. cũ pallio purpureo tunicaq; talari.* et.I.P.82.a

Solennis,ne. Ci I.P.90.b.*Qui dies quaſi deorũ immortalium feſti atq; ſolennes ſunt aduentu meo celebrati.* & Poſtq̃.200.b.*Lentulus de ſolenni religione retulit.* & đ Ar.247.b.*Statas ſolennesq; cerimonias põtificatu cõtineri.* *Solenne & ſtatutum ſacrificium.* Tuſ.173.a.

Nec inſtitutas cerimonias perſequi nec ullum uerbum ſolenne potuit effari ꝓ Dom.242.a.

Si Tribunus Pleb. uerbis priſcis & penè ſolẽnibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrarit. ꝓ Dom 238.a.

Omnesq; Dij, qui ſolennes cœtus ludorum initis, uehiculis thenſarum. I.V.274 a.

*Omnia ſolẽnia ac iuſta ludorum ſumma cum cerimonia ſunt ſeruata.*đ Ar.248.b.

Illa ſolennis comitiorum precatio. ꝓ Mur.124.a.

*Sacrificia ſolennia.*đ.N.4.b. & đ Or.161.a.*Epulæ ſolennes.* & đ Leg.185.a *Ludi ſolennes.* &.177.a.*Solenne ſacrificium & publicum.*

Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod nõ etc. ꝓ Quint.4.a.

Tantum igitur noſtrum illud ſolẽne ſeruemus, ut ne quẽ iſtuc euntem ſine literis dimittamus. At.104.b.

*Nec ulla uitiorum ſacra ſolennia obeunto.*đ L.173.a.

Iter ſolenne ante XIII Cal. Februarij Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum. ꝓ Mil.106.b.et.115.b.

Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.

Soleo,es. *ſolitus ſum, conſueui, non eſt meæ conſuetudinis.*

Ci đ Or.96.a.*Ratio conſuetudinis meę, qua quondam*

ſolitus ſum uti. &.161.a. Antipater ille ſidonius ſolitus eſt uerſus fundere ex tempore. & đ In.41.b.
Si prius quid Scipio reprehendere ſolitus ſit edixero. de Am.107.a. Sed etiã hilarioribus oculis q̃ ſolitus eras intuente. I.P.81.b.
In Pompeium authorem (ut prædicare eſt ſolitus) conſiliorum ſuorum inuehi cœpit đ Ar.255.a.
Cum quędam, ut ſolet, controuerſia eſſet orta. ꝑ Cl.52.a
Irriſit ille quidem ut ſolebat, philoſophiam. đ Or.91.& 93.a. Vt in conditionibus ſcribi ſolet.
Quando tu ſe in dñ Oenomai Accij non ut olim ſolebat Atellanum ſed ut nunc fit, Mimum introduxiſti. Ep.130 b & đ Cla.175.a. Mutius polite (ut ſolebat) dixit.
Me ne incipis quidem, ut ſolebas, conſolari. At.179.a.
Solebam enim antea delectari oleis. Ep.136.b.
Qui mentiri ſolet peierare conſueuit. ꝑ Q.R.52.b.
Quod optimo cuiq; Athenis accidere ſolitum eſt. đ Ora.113.b. Et maxime ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. Off.18.a.

Solers, tis. ingenioſus, perſpicax, ſagax.
Ci. đ N.50.a. Solers ſubtiliſq; deſcriptio partium corporis. & .52.a. Prouida ſolerſq; natura.
M. Piſonis acumen in reprehendendis uerbis uerſutum et ſolers. đ Cla.180 a.
Quid hoc homine ſolertius? đ.N.74.b.
Iaſtiões, quibus nihil iuenit agricola ſolertius. đ Se.88.b

Solerter. Ci. đ Leg.161.a. Ratio naturam imitata, res ad uitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt.

Solertia, tiæ. perſpicacitas, perſpicax prudentia, animorum incredibiles motus celeritaſq; ingeniorum.
Ci. đ.N.19.b. Nulla ars imitari ſolertiam naturę poteſt. &.50.b. Quibuſdam beſtijs machinatio quædam atq; ſolertia, ut in araneolis. &.12.a. Mũdum uos negatis effici ſine diuina poſſe ſolertia.
Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum & ſolertia ingeniorum antecellunt. đ D.99.a.
Sic homines natura congregati adhibent agendi cogitandiq; ſolertiam. Off 32.a.
Aliquem inſcium faciendi cum aliqua ſolertia iudicandi adhiberi ad probandum quidpiam. đ Opt.244.a.
Quis tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus? de N.54 b.

Solicito, as. afficio, ango, ſolicitum habeo, miſerum habeo,
Ci. At.16.a Multa ſunt. quæ me ſolicitant anguntq;. & đ Or.136.a. Hoc me ſolicitare ſumme ſolet.
Quæ ſemper animum excruciant, ſemperq; ſolicitant. đ Fin.59.b. Quanq̃ certo ſcio non ut Flamminium ſolicitari te Attice đ Sen.77.a. Sed tamen nihil me magis ſolicitat q̃ in his moleſtijs non me ridere tecum. Ep.24.a. &.27.b. Ea cura me uehementiſſime ſolicitat.
Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſui. Ep.230 b.

Solicitudo, inis angor, cura, metus, moleſtia, negotium. X. ſecuritas.
Ci. đ Leg.164.a. Solicitudo conſcientię uexat impios. et Tuſ.213 a. Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione.
Nulla cura, nulla ſolicitudo reliqua eſt. Tuſ 109.a.
Nunc ſcitote me eſſe in ſumma ſolicitudine. At.129.a. & ad Bru.91.b. Sine ſolicitudine eſſem.
Non minore nunc ſunt ſolicitudine q̃ tum erãt ſtudio. Ci.
Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubito ſum uiſus emerſus ex flumine. đ D.237.a.
Quicquid hoc tempore habet ſolicitudinis & negotij id omne a matre conflatum eſt. ꝑ Clu.53.b. & Ep.175.a.
Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt. đ D.120.b.
Solicitudo in qua illis temporibus fuiſtis. ꝯ Rul.68.a.
Angores ſolicitudines, diurni et nocturni metus. Off.69 a. & ꝑ Clu 27.a. Solicitudo animi & timor.
Sed dices me ipſum mihi ſolicitudinem ſtruere. At.81.a.
Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quod & tu rep. cares, & illa te. đ Cla.190.b.
Solicitudine prouinciæ tamen uel maxime urgebamur. At.95.a. Somnus eſt perfugium omnium laborum & ſolicitudinum. đ D.139.a.
Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum. At.281.a.

Solicitus, a, um. anxius, ſuſpenſus, perturbatus, laborioſus, exercitus. X. ſecurus, ſolutus, a cura liberatus.
Ci. ꝯ Rul.65. Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus. & ꝑ 232 a. Tota ciuitas ſuſpenſa & ſolicita eſt. & At.33.a. Suſpenſo animo & ſolicito ſum.
Epiſtola tua ſolicitum me de Q. Fra. ualde leuauit. Att. 59.a. &.173.a. Sum ſolicitus de te &c.
Mirifice ſum ſolicitus, quid nam de prouincijs decernatur. Ep.23 b.
Amor ſolicitus atq; anxius. At.38.a.
Anxio & ſolicito animo eſſe. đ Fin.76.a.
Animus ſolicitus. X. animus ſolutus. Ep.254.b.
Quæ non animum meum magis ſolicitũ haberent q̃ tuũ. Ep.26.b. &.131.b. Populus uehemẽter ſolicitus fuit de P. Syllę morte, anteq̃ certum ſcierit &c.
Solicitiorem certe hominem non ſuis contractis neminem puto fuiſſe. Ep.154.b.
Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum etiã periculi mei. Ep.96.b.
Solicitus eram de rebus urbanis. Ep.24.a.
Antea ſolicitus erã & angebar, quo uti conſilio poſſem. At.138.b. et.122.a. Quàm ſum ſolicitus quid futurũ ſit
De quibus antea laborabam. X nunc æquiſſimo animo. ſum. ꝑ Cecin.285.b.
Magis ſum ſolicitus expectatiõe ea, q̃ metu. Q.Fr.317.b
Quarta reſtat cauſa, quę maxime angere, & ſolicitã habere ſenectutem debet. đ Sen.91.a.
In uita tyrannorum omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita. đ Am.106.a.

Soliditas, tis. firmitas. Ci. đ Vn.197.b. Cũ ſoliditas mũdo quæreretur, ſolida autem omnia uno medio nũq̃ duobus ſemper copulentur. & đ Fin.52.a. Soliditas corporis indiuidui. Non ſoliditate quadam ſed imaginibus ſimilitudine perceptis. đ.N.12.b. et 22.a. Nec ullam habent ſoliditatem nec eminentiam.

Solidus, a, um. habens ſoliditatem, uerus.
Ci. đ D.90.b. Alexander cum columnam auream uellet auferre, dubitauit utrum ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata.

rata. & d Vn.197.a. Nihil tangi poteſt, qd careat ſolido, ſolidum autem nihil eſt quod terræ ſit expers.

Duæ formæ preſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. d N.35.a.

Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi. d N.16.a.

Terra ſolida et globoſa. d N.4e.b. & d Fin.e2.b. *Illa indiuidua & ſolida corpora.*

Res ſolida & expreſſa non adumbrata. Tuſ.190.b.

Non tam ſolido quàm ſplendido nomine uirtutis. d Fin.61.b. *Paries directus ſolidus uel fornicatus.* Top.222.a.

A corporibus ſolidis fluere imagines. p Plan.236.b.

Hæc ſunt indicia ſolida & expreſſa, hæc ſigna probitatis. p Plan.265.a.

Pompeius forte cauet uſuræ, nec ea ſolida contentus eſt. At.8e.a. *Vt orator ſuauitatem habeat auſteram & ſolidam, non dulcem atq; decoctam.* d Or.1e2.b.

Sed nos ueri iuris, germanæ iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur. Off.65.b.

Vera grauis & ſolida gloria. I.A.204.a. *Præceps & lubrica dominandi cupiditas.*

Solida laus & uera dignitas. In Vat.30.b.

Solidam ueramq; laudem quærere. p Seſt.22.b. & At.274.a. *Solida ueráq; gloria.*

Solidum genus orationis. d Cla.192.a.

Non enim tribum tarentinam ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerunt. p Plan.263.a.

Quibus ex rebus nihil eſt quod ſolidum tenere poſſis. I.P.92.b. *Solida utilitas.* d Fin.63.b.

Ita bona ueneant, ut ſolidum ſuum cuiq; ſoluatur. pro R.P.130.a.

Soliſtimus, a, um. Ci. d D.123.b. *Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimũ nunciant.* & 86.a. & Ep.83.b.

Solitarius, a, um. *ſolus, ſolinagus, remotus ab oculis populi, uia inculta & deſerta ab omnibus.* X. *coniunctus & ſociatus cum altero.* Ci. d Am.111.b.

Ci. d N.31.b. *Non ſolitarium neq; ſimplex, ſed cum alio coniunctum atq; connexum.*

Solitarius homo atq; in agro uitam agens. d Off.40.b.

Solitarium ac rarum iudicatum. d In.57.b.

Natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid tanquam adminiculum annititur. d Am.112.b.

Solitudo, nis. *regio derelicta, locus deſertus, receſſus, ſeceſſus, uiduitas.* Ci. I.V.227.a. *Audiſtis quę ſolitudo eſſet in agris, quæ uaſtitas, quæ fuga aratorum, quá deſerta inculta & relicta omnia.*

Tibi ſolitudo erat pro frequentia. I.P.91.a.

Solitudo loci. X. *celebritas loci.* d In.50.b.

Vt diſcederẽ fortaſſe in aliquas ſolitudines. Epiſt.26.b. & Ad Her.2.a. *Inopia, ſolitudo, calamitas.* & p Quin.1.b. *Inopia & ſolitudo alicuius.*

Sed mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt. At.194.b.

Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. de Cla.18e.a.

In hac ſolitudine careo omnium colloquio. At.190.a.

Deſertiſſima ſolitudo. I.V.271.a. & d Som.129.b. *Vaſta ſolitudo.*

Ebutius iſte qui iandiu Cæſenniæ uiduitate & ſolitudine alitur. p Cec.287.a.

Si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret & in ſolitudine uſpiam collocaret. d Am.112.b. & ibi. *Solitudo aufert fructum uoluptatum.*

Vt iſta ab ſolitudine domum meam uindicarent. de Ora.202.b.

Cum Craſſus ſe de turba, & à ſubſellijs in otium ſolitudinemq; contulerit. d Or.221.b.

Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. Off.28.a.

Si ſolitudo tanta ſit, ut hominem uidere non poſſis, excedas è uita. Off.31.a.

Solitus, a, um. *uſitatus, uetus.* Ci. d Am.e12.b. *Illud à Tarentino Archita, ut opinor, dici ſolitum, & alibi.*

Solitum dicere, ἐνεργητικῶς καὶ παθητικῶς.

Non inſolita adoleſcentibus gloria. d Cla.191.a.

Aliquis capilatior quàm ante. Ci.

Solinagus, a, um. Ci. Off.32.a. *Solinaga cognitio & ieiuna uideatur.* *Earum ipſarum partim ſolinagas partim congregatas.* Tuſ.23e.b. i. *beſtias.*

Cælum ſolinagum & uolubile, & in orbem incitatum. de Vn.198.b.

Solium, lij. *ſedes, cupa.* Ci. d Fin.79.a. *Sedere, in ſolio ornatu regali.*

Vt more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem. d L.158.a. & 165.a. *In ſolio ſedens domi.*

Dicet te cum ędes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium paternum recepiſſe. d Or.129.b.

Græci ſtipati in lectulis, ipſe ſolus bibiturus, quæ eodẽ de ſolio miniſtrentur. I.P.94.a.

Sollicitatio, onis. Ci. p Clu.28.b.

De ſolicitatione Diogenis. & 58 a.

Hinc ille ſollicitationes ſeruorum & minis & promiſſis. & Ep.150.b.

Sollicito, as. Ci. p Clu.27.a. *Fabritius Diogenem ad uenenum Habito dandum ſpe & precio ſolicitare cœpit.* & 37.b. *Legio eſt ab eo ſollicitata in Illyrico.*

T. Plancus, cæteri pares, ſollicitant homines imperitos. I.A.229.a

Sollicitare ſeruos alicuius ad aliquem necandum. pro Cel.48 a.

Prætio ſollicitare animos egentiũ. I.C.122.a. et 111.b.

Se ſollicitatum eſſe ut regnare uellet. Ep.242.b.

Sollicitare exercitum. Ep.169.a.

Non rurſus decuriabit improbos, non agrarios ſollicitabit. I.A.212.b.

Seruum ſollicitare uerbis, ſpe, præmijs corrumpere. pro Deio.149.a.

Solœciſmus, mi. Ad Her.27.b. *Solœciſmus eſt cũ pluribus uerbis conſequens uerbũ ſuperiori nõ accomodatur.* ὑποσόλοικον. Ci. At.28.b. & 224.b. *Nihil tam σόλοικον &c.* χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ. Hom.10e.a. & 102.a. i. *mihi et tibi.*

Solon, onis. Ci. Off.22.a *Solon, qui ut reip prodeſſet, furere ſe ſimulauit.*

Solon popularis tuus, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. Att. 154. b. & 282. a. Solon qui & ſapiens unus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem, is remp. duabus rebus contineri dixit, præmio, & pœna.

Solor, aris. Ci. In Vat. 34 b. C. Antonius hac una re miſeriam ſuam ſolatur, quod &c.

Solſtitialis, le. X, Brumalis. Ci ď N. 66. b. Cur ſol ſe referat, nec longius progrediatur ſolſtitiali orbe, itemq; brumali. & ď Vu. 200. b. Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt. & Tuſ. 163. b. Solſtitiali die.

Solſtitium, tij. X, Bruma. Ci. ď N. 30. a. Solis acceſſum diſceſſumq; brumis ſolſtitijsq; fieri. & 36. a. In lunæ curſu eſt brumæ quædam & ſolſtitij ſimilitudo.
In his locis poſt ſolſtitium canicula exoritur, apud Troglodiras ante ſolſtitium ď D. 127. b.

Soluendo. Ci. Off. 49. b. Is occultat gaudium ſuũ ne uideatur non fuiſſe ſoluendo. & I. A. 161. a. Nec tu ſoluendo eras. Cum ſoluendo ciuitates non eſſent. Ep. 37. a.

Solum. tantum, modo. Ci. I. A. 175. a. Nos nuntiationem ſolum habemus, conſules etiam inſpectionem.
Recto caſu ſolum græce loqui. Or. 112. a.
Non ſolum oratione ſed multo etiam magis ui & dolore &c. ď Or. 126. b.
Non ſolum &c. ſed etiam &c. At. 118. b.
Non ſolum ſed &c. Ep. 60. a. & ꝓ Mil. 113. a.
Neq; his tantum, uerum etiam &c. ꝓ Mil. 113. a. & ibi.
Neq; ſenatui modo ſed etiam &c.
Quaſi uero atra bili ſolum meni, ac non ſæpe uel iracũdia grauiore, uel timore moueatur. Tuſ. 192. b.
Hi de re una ſolum diſſident, de cæteris mirifice congruunt. ď L. 166. b.

Solum, li. Ci. ꝓ Rul. 79. b. Quod ſolũ tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſiet
Seremus igitur aliquid tanquã in inculto & derelicto ſolo. ď Cla. 166. a. Vos muſæ regiones imploro & ſola terrarum ultimarum. ꝓ Cor. 57. a.
Solum ambitus ædium. Top. 222. b.
Aurata tecta & ſola marmorea in uillis facere. Parad. 115. b. Solum & quaſi fundamentum oratoris eſt locutio emendata & latina ď Cla. 183. b.
Iupiter opt. Max. cuius nutu ſola terrarum gubernantur. Antequam. 196. b.
Quin ipſe quoq; ſum ipſi uillæ amicior factus, atq; huic omni ſolo, in quo tu ortus & procreatus es. ď L. 169. b.
Patriæ ſolum omnibus charum eſt. I. C. 122. a.
Qui ciuitatis alicuius ſolũ ciuitatis mutatione uertiſſent. ꝓ Cor. 60. a. Qui uolunt pœnam aliquã ſubterfugere, eo ſolum uertunt, hoc eſt ſedem ac locum mutant. ꝓ Cec. 304. b. Mutare ſolum. Parad. 121. b.
Quo uertendi hoc eſt mutandi ſoli cauſa uenerant. pro Dom. 229. a. & ꝓ Quin. 11. b.
Vertere ſolum exilij cauſa. et 16. b. et I. A. 297. a. Exilii cauſa ſolum uertiſſe.
Cleomenes nauẽ i ſolo fluctuãte reliquerat. I. V. 254. a
Mihi calceamentum eſt ſolorum callum. Tuſ. 246. a.

Soluo, uis. perſoluo, reſoluo, diſſoluo, pendo, dependo. appendo, numero, adnumero, repræſento, pretium enumero, pretium do, pecuniam do, ſatiſfacio, reddo, cõfero, ære alieno ex eo uel me libero. Ci. I. V. 186. a. Verres ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino. et ꝓ Fla 156. a. Reſpondet ſe omnem pecuniam Fuſciis perſoluiſſe.
Is pecuniam præſentem non debitam mulieri ſoluit. ꝓ Clu. 14. b. et ꝓ Fla. 157. b. Soluere pecuniam alicui iam diu debitam. et Q. Fr. 301. b.
Priuſquam Fundanio debitum ſolutum eſſet. Q. Fra. 301. b.
Vt pecuniam reliquam Buthrotii ad diem ſoluerent. Att. 261. a. et Ad Bru. 289. a. Pecunia enim ſolui poteſt. et ibi. Dependi.
Emi, pecuniam ſolui, etc. I. V. 209. b.
Quintus deteriore tempore abſens auctionatur, difficiliore conditione Scapulis diſſoluit. ꝓ Quin. 3 b.
Ne Terentiæ quidem adhuc quod ſoluam expeditum eſt. Att. 261. b.
Cum altera penſio ſoluenda eſſet. ꝓ Q. R. 53. a.
Hoc qđ ſatiſdato debeo peto a te ut prouideas planeq; expedias et ſolutum relinquas. Att. 255. b.
Quod a Flauio abſtulero partem dimidiam inde me ſoluturum ſpondeo. ꝓ Q. R. 52. a. et ibi. Flauius Roſcio omne quod debuit, diſſoluit.
Ex qua penſione ipſa maior pars eſt ei ſoluta aliquanto ante diem. Att. 251. b.
Cuius bona quod is populo non ſoluebat, publice uenierunt. ꝓ Fla. 155. a.
Soluendi ſunt nummi Cæſari. At. 107. a.
Qui pecuniam pro potione dedit. ꝓ Clu. 43. b.
Vt optime meritis militibus promiſſa ſoluantur. Epiſt. 201. b. Soluere beneficia alicui. Ep. 125. a.
Si habuerit unde tibi ſoluat quod ei per ſyngraphã credidiſti. ď Ar. 250. a.
Frater laborat ut tibi qđ debet ab Egnatio ſoluat. At. 214. a. & 33. a. Sed etiam dixit ſe a me quodammodo ſoluere. & ibi. Se a me quodammodo dare.
Vt procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret. ꝓ Quin. 5. a.
Ego uero expectabo ea, quæ polliceris, neq; ea exigam, ſed tamen erunt mihi grata ſi ſolueris. ď Cla. 166. a. & ibi. Ego tibi brute nõ ſoluam, niſi prius a te cauero &c.
Liberare ſe magno ære alieno. Att. 232. a.
Cui plus legatum ſit quam ſine religione capere liceat, is per æs & libram hæredem teſtamenti ſoluat, propterea quod eo loco res eſt, ita ſoluta hæreditate, quaſi ea pecunia ſoluta non eſſet. ď L. 130. b.
Quanta tandem pecunia penderetur, ſi omniũ nomine, quicunq; ludos Romæ facerent, erogaret. Q. Fr. 295. a.
Magius ſoluendo non erat. At. 207. a.
Cum ſoluendo ciuitates non eſſent. Ep. 37. a.
Vt religione ciuitas ſoluatur. ꝓ Cec. 304. b.
Ego ſtatim ſomno ſolutus ſum. de Som. 131. a. & Ad Her. 16. b. Soluere aliquem legibus.
Omne colligatum ſolui poteſt. ď Vu. 202. a.
Delatus eſt ad me faſciculus, ſolus ſolui. Att. 176. a. & 240. a.
Soluere anchoras. Att. 7. a. & pro Mur. 124. b. Portu ſoluens.

ſoluens. X, qui in portum ex alto inuebitur.
Quid ad hæc reperis? ſoluamus inquit. Att. 103. b.
Agamemnon ſoluere imperat auerſa aui. đ D. 86. a.
Si idem ſciret mercatores ab Alexandria ſoluiſſe. Off. 62. a. Nos eo die cœnati ſoluimus, inde auſtro leniſſimo in Italiam peruenimus. Ep. 259. b.
Soluere captioſa argumenta. đ Fin. 53. a.
Miſimus qui pro uectura ſolueret. Att. 2. b.
Pro eo tibi præſentem pecuniã ſolui imperaui. At. 24. b
Pollicitus ſum curaturum me Bruti cauſa, ut ſolamnij pecuniam ſoluerent. Att. 82. b.
Soluere uota. I. A. 183. b.
Soluere nummos adulterinos pro bonis alicui. Off. 70. a.
Cum patriæ quod debes ſolueris. ꝑ Mar. 131. a.
Solus, a, um. ſolitarius. unicus, unus, unus ſolus, ſolus per ſe, unus ex omnibus. X. cum altero.
Ci. đ Pro. 72. b. Tyb. Gracchus ſolus ex toto illo collegio &c. & đ Or. 148. b. Stoici ſoli ex omnibus philoſophis dixerunt &c. et 154. b. Gorgias ſolus ex omnibus, &c. & Ep. 28. b. Solus tu ex omnibus &c.
Minutius XII ſola curauit. Att. 179. b.
Qui locus ſolus ex priuatis locis omnibus hoc præcipue ius habet, ut &c. đ Ar. 146. b. & ibi. Vno ſolo illo diſſentiente. Cũ in locis ſolis mœſtus errares. đ D. 93. a.
Cui uiſum eſt utilius, ſolum ſe quam cum altero regnare. Off. 60. a. Scæuola, qui ſolos nouem menſes Aſiæ præfuit. Att. 77. a.
Actio ſola per ſe magna eſt. đ Or. 86. b. & Top. 223. b
Sapientia ſola per ſe.
Dicere aliquid alicui ſoli. ꝑ Mar. 134. a. i. nemine præſente uel audiente.
Solute. Ci. đ D. 129. a. Animus ſomno relaxatus ſolute mouetur & libere.
Solute & ſuauiter dicere. đ Cla. 174. b.
Facile ſoluteq; uerbis uoluere ſententias. đ Cla. 190. b. & ibi. Tam ſolute egit, tam leniter, tam oſcitanter.
Solutio, onis. Ci. Att. 203. b. Suſtinenda eſt ſolutio nominis Valeriani dum de Metione ſciamus.
Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. ꝑ Pom. 7. a. & ꝑ Cec. 227. a. Tẽporibus illis difficillimis ſolutiõis.
Solutio rerum creditarum. Off. 31. a.
Si hæc ſolutio legatorum & non merces abortionis appellanda eſt. ꝑ Clu. 24. b.
Linguæ ſolutio, uocis ſonus. đ Or. 94. b.
Λύσις quaſi λύσις, ideſt ſolutio totius hoĩs. Tuſ. 203. b.
Solutus, a, um. liber. X, alligatus. Ci. đ D. 80. b. Animi ſine ratione & ſcientia motu ipſi ſuo ſoluto & libero incitant. & đ Fin. 138. a. Motus ſolutus ac uagus.
Cũ ſoluta nobis eſt eligendi optio, nec impeditur &c. đ Fin. 55. b. Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima nõ alius eſſem atq; nunc ſum. Ep. 16. a.
Qua lege totus ordo ſolutus ac liber eſt. ꝑ R. P. 514. b
Conſul ſolutus a cupiditatibus, liber a delictis. ꝗ Rul. 65. b. & ꝓ Dom. 234. a. Hoĩs ſoluti & a cura liberati.
Quæ ſoluto animo ſcribi ſolent, ea temporibus his excluduntur. Att. 136. b. & Ep. 254. b. Animus ſolicitus. X. animus ſolutus.
Aues paſſim ac libere ſolutas ope uolitare. đ Or. 110. b
Soluto liberoq; animo eſſe. I. V. 146. a.
Solutum ſit quiddam, non uagum tamen, ut ingredi libere, non licenter errare uideatur. Or. 204. a.
Solutus in explicandis ſententijs đ Cla. 180. a. & Gellius uerbis ſolutus. & b. Solutiſſimus in dicendo & acutiſſimus. A natura ad dicendum ſatis ſolutus atq; expeditus. đ Cla 187. a.
Verba non ſoluta nec diffluentia ſed aſtricta numeris. đ Cla. 190. a. et đ Or. 560. a. Soluta oratio.
Maiorem habent apta uim q̃ ſoluta. Or. 219. b.
Solutus et mollis in geſtum. đ Cl. 125. a.
Cum uideas uoluntatem ciuitatis ſolutam, uirtutem alligatam. Att. 33. a.
Nec uerba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege uerſus, nec ita ſoluta, ut uagentur. đ Or. 139. a.
Somniculoſus, a, um. Ci. đ Sen. 24. a. Iners, ignaua, et ſomniculoſa ſenectus.
Somnio, as. ſecundum quietem uideo, in quiete uideo, in ſomnis uidere uideor, in quiete mihi uidetur, ſomnium facio, in ſomnis cerno, in ſomnis uideo, ſecundum quietem aliquid mihi uidetur, dormienti mihi uidetur, quæ ſe in quiete per uiſum ex Africano audiſſe dicebat, quæ igitur natura obtulit illam ſpeciem Simonidi? cũ ubi obiecta ſit ſpecies alicuius rei, obiiciuntur autem ſæpe formæ quæ reapſe nullæ ſunt ſpeciem autem offerunt.
Ci. đ D. 88. b. Mater ſomniauit ſe peperiſſe ſatyriſcum. et Att. 149. b. Troianum ſomniaueram.
Si ea dormientes agerent, quæ ſomniarent. alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. đ D. 153. b.
Animus cum langore corporis nec membris nec ſenſibus uti poteſt, incidit in uaria uiſa et incerta ex reliquijs, ut ait Ariſtoteles, inhærentibus earum rerum, quas uigilans geſſerit aut cogitarit, quarum perturbatione mirabiles interdum exiſtunt ſpecies ſomniorum. de D. 135. a.
Defert ad coniectorem quidam, ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. đ D. 136. a.
Nec mihi magis uſquam uideor, q̃ cum in curia Senatũ uideo, ſomniare. đ D. 137. b.
Hanc credo cauſam ſomniandi de illo fuiſſe. de D. 137. a.
At cum ſomniauit ita narrauit etc. Acad. 13. b.
Miracula non differentium philoſophorum ſed ſomniantium. đ N. 5. b.
Quædam matrona uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturã. đ D. 138. a. et ibi. Curſor uiſus eſt in ſomnis curru quadrigarum uehi.
Somnium, nij. uiſum, uiſum ſomnij, inſomnium.
Ci. ꝑ Dom. 241. b. Qui aram in litore deſerto ſomnijs ſtimulatus aut religione aliqua conſecraret.
Cumq; Senatui ſomnium narrauiſſet, pedibus ſuis ſaluus reuertit. đ D. 91. a. et ibi. Eandem in ſomnijs admonitionem fuiſſe.
Eadem ratio eſt ſomniorum. Acad. 13. b. et 14. a. Eadem eſt in ſomnijs ſpecies.
Chryſippus Stoicorum ſomniorum uaferrimus interpres. đ N. 9. b. et đ D. 134. a. Coniector ſomniorum,

Somnia Antiphontis interpretatione explicata. de D. 98.b.& 90.a. Dionyſius perſicus.

Non philoſophorum iudicia ſed delirantium ſomnia. de N.10.a.

Quo facto ſomno pater &c.ꝺ D.19.a.

Et dic unde tu repente tanꝗ ſomno beatus hortos pretioſiſſimos parcueris. In Sal.275.a.

Somnium de Simonide &c.ꝺ D.136.a.

Deos obijcere dormientibus uiſa quædam tortuoſa & obſcura.ꝺ D.135.a.& ibi. Vt mobiliter animus agitatus, qđ uigilans uiderit, dormiens uidere uideatur.

Quę ſe i quiete per uiſum ex Africano audiſſe dicebat. de Am.93.a.

Hic mihi Africanus ſe oſtendit illa forma, quæ &c. de Som.127.a.

Somnus, ni. *ſopor, quies.* Ci.ꝺ D.139.a. *Somnus eſt perfugium omnium laborum & ſolicitudinū. & ꝺ Sen. 94.a. Nihil morti eſt tam ſimile ꝗ ſomnus.*

Somnus imago uel ſimulachrum mortis. Tuſ.168.a.

Ego ſi ſomnum poſſem capere, tam lōgis te Epiſtolis nō obtunderem. At.118.a.& ꝺ In.63.b.& Tuſ.218.a.

Cum me ægritudo ſomno priuaret. At.144.a.

Deinde ut cubitū diſceſſimus, me arctior ꝗ ſolebat ſomnus complexus eſt.ꝺ Som.126.b.& 127.b. Quæſo inquit ne me è ſomno excitetis. & de N.55.a. & pro Syl. 171.b. Ex ſomno excitare aliquem. & Tuſcu.218.a. E ſomno ſuſcitari.

Somnium iſto loco uix tenebamus.ꝺ Cla.190.b.

Epulati ſomno ſe dederunt. Tuſ 173.a.

Deinde ſomno repetito ſimul cū ſole experrectus ſum. Att.217.a.

Ludo autem & ioco uti licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris. Off.21.a.

Niſi iucundiſſimis nos ſomnis uſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari.ꝺ Fin.138.a.& Tuſc. 268.a. Animus per ſomnū curis uacuus.ꝺ D.114.a

In ſomnis uidere aliquid.ꝺ N.17.b.

Is uera & certa cernit in ſomnis.ꝺ D.105.b.

Annibalem cū cepiſſet Saguntum, uiſum eſſe in ſomnis a Ioue in concilium deorum uocari.ꝺ D.90.b.

Mater grauida parere ſe ardētem facem uiſa eſt in ſomnis Hercuba.ꝺ D.89.a.

In ſomnis, in ſomnijs, per ſomnum, inquiete, ſecundum quietem.ꝺ D.89.b.& 90.b.

Sonans, tis. Ci.ꝺ Or.156.b. *Verba in quibus plenum quiddam & ſonans eſſe uideatur.*

Sonipes, dis. Ci.ꝺ Or.160.a. *Sonipedes.*

Sonitus, tus. *Sonus, cantus buccinę.* Ci.ꝺ Som.129.a *Hoc ſonitu completæ aures obſurduerūt. et Tuſ.169.a Quo ſonitu reddito ridens inquit &c.*

Verborum ſonitus inanis.ꝺ Or.89.b.

Cogitate genus ſonitus, eius quem Latinienſes nuntiarūt. de Ar.258.a.

Eloquētia quę curſu magno ſonituꝗ feratur. Or.205.b & At.9.a. Noſti iam in hac materia ſonitus noſtros.

Sonitus tubæ. Ad Her.28.b.

Sono, as. *cano, ſonum refero, ſonum uel ſonitum efficio uel reddo.* Ci.ꝺ D.222.b. *At lacedemonijs in Herculis fano arma ſonuerunt. & 96.a.*

Natura fert ut extrema ex altera parte grauiter ex altera acute ſonent.ꝺ Som.120.a.

Ipſe aer nobiſcum uidet, nobiſcum audit, nobiſcum ſonat. de N.42.b.

Et quidem ſic hæc duo uerba inter ſe diſcrepant, ut tamen unum ſonare uideantur. Off.68 b.

Iidem ſunt numeri nonmodo loquentium ſed & ſonantium omnium, quæ metiri auribus poſſumus. Or.219.b. & 212.a. Verba bene ſonantia. item ibi. Male ſonabat, ijſdem.

Cotta ſonabat contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam planeꝗ ſubruſticum.ꝺ Cla.187 b.

Cordubæ nati poetæ pingue quiddam ſonantes atꝗ peregrinum. p Arch.190.b.

Epicurum, qui crebro dicat oportere exprimi, quæ uis ſubiecta ſit uocibus, non intelligere interdum quid ſonet hæc uox uoluptatis, ideſt quæ res huic uoci ſubijciatur. de Fin.65.a.

Si in honeſtate uoluptatē dicant ineſſe ait eos inani uoce ſonare.ꝺ Fin.74.b.& Tuſ.242.b. Dicatꝗ nos in uocibus occupatos inaneis ſonos fundere.

In qua nihil ſonare aut olere peregrinum poſſit, quo magis antiquitatem, ſi ita ſonet, ſermo eorum retinere uideatur. Or.146.b.

Tibiæ modulate canentes & fidiculæ numeroſe ſonantes. de N.30.b.

Sons, tis. *nocens.* Ci. Off.16.b. *Idꝗ eſt uiri magnanimi rebus agitatis punire ſontes, multitudinem conſeruare. & I.A.164.a. Comprehenſio ſontium mea, animaduerſio Senatus fuit.*

Vincula ſontium ſeruanto.ꝺ L.181.a.& Ep.57.a.

Aut etiam ſontibus opitulari poterram. & Tuſcu.183.b.

Sonus, ni. *uox, uocis ſonus, uocis cantus.* Ci.ꝺ N.54.a. *Aures cum ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, recte in altis corporum parte collocatæ ſunt.*

Aures duros & quaſi corneolos habent introitus, multisꝗ cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus, quo circa & in fidibus teſtudine reſonat, aut cornu et ex tortuoſis locis et īclufis referunt ampliores. Ci. Quis hic eſt, qui complet aures meas tantus et tam dulcis ſonus?ꝺ Som.128.b.& ibi. Hic eſt inquam ille ſonus, qui interuallis coniunctus imparibus ſed tamen pro rata portiōe diſtinctis, impulſu & motu ipſorū orbiū efficit, qui acuta cū grauibus tēperās ęquaiiter cōcētus efficit.

Varietas ſonorum, interualla, diſtinctio, & uocis genera permulta.ꝺ N.55.b.

Græci uocem ſedentes ab acutiſſimo ſono uſꝗ ad grauiſſimum ſonum recipiunt.ꝺ Or.107.a.

Vox ad miſerabilem ſonum inflexa.ꝺ Or.126.a.

Omnium longitudinū & breuitatū in ſonis ſicut acutarū grauiūꝗ uocum iudiciū natura in auribus noſtris collocauit. Or.213.b. Vt extrema referant eundem in cadendo ſonum. Or.100.b.

Manus apta ad neruorum eliciendos ſonos.ꝺ N.56.b.

Curſus uocis per omnes ſonos.ꝺ Or.164.a.

Qui

Qui ſono quodam uocum & phrygiis cantibus incitan-
tur. d D.103.b. Lingua ſonos uocis diſtinctos & preſſos efficit, cũ &c. de N.56.b.
Ac mihi uidetur, digniſſimum rebus his, de quibus loqui tur, ſonum fundere. Acad.19.a. Dicat'q nos in uoci- bus occupatos inaneis ſonos fundere. Tuſ.242.b.
Inanis uocis ſonus. Tuſ.151.a.
Verbum, uox, ſonus. Or.212.b.
Sonus pronunciandi. d Or.500.b.
Qui ſonos uocis qui infiniti uidebantur, paucis litterarũ notis terminauit. Tuſ.161.a.
Sic uiuendum eſt in uita, ne forte quid diſcrepet, uel multo etiam magis, quo maior & melior actionum, q̃ ſo norum concentus eſt. Off.29.b.
Nihil tam facile in animos teneros atq; molles influere, quàm uarios canendi ſonos. d L.177.b.

Sophia, phiæ. Ci. Off.31.a. Princepsq; omnium uirtu- tum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν, græci uocant.

Sophiſma, tis. Ci. Aca.19.a. Contorta & aculeata quæ dam ſophiſmata, ſic enim appellantur fallaces conclu- ſiunculæ.

Sophiſtes, ſtę. Ci. Acad.18.b. At quis eſt hic ẽnum ſophi ſtes? ſic enim appellantur hi, qui aut oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur.
Abderites Protagoras ſophiſtes temporibus illis maxi- mus. d N.14.a. & Or.200.a.
Iſocrates multiq; alij, qui ſunt noiati ſophiſtę. & 200.b
Sed & Gorgiam & cæteros ſophiſtas luſos uidemus a Socrate. d Fin.64.a. Eorum erat iſte mos qui tum Sophiſtæ nominabantur. de Fin.64.a.

Sophocles, clis. Ci. d Sen.81.b.

Sophos. Ci. d Fin.69.b. Lælius ſophos ille &c. bis.

Sopitus, a, um. Ci. p Cæl.46.a. Blandimenta, quibus ſo pita uirtus conniueret. & d D.93.a. & 104.a. Sopito corpore animus uigilat.

Sopor, ris. Ci. d D.89.b. Cum iam quieti corpus dedi ſopore placans artus languidos.
Noli nobis langorẽ & ſoporẽ ex p̃brare. I. Sal.274.b.

Sorbeo, bes, ſorbui. L. Abſorbeo. Ci. Q. Fra.328.b.
Iſta odia non ſorbeo ſolum ſed etiam concoquo.
Quid eſt nõ ſorbere animo? quid nõ haurire cogitatiõe? cuius ſanguinem non bibere cenſetis? I. A.232.b.

Sordeo, des. Ci. Oſt.329.b. M. Antonius, cui ſordebat Macedonia prouincia.

Sordes, dium, lutum, fex. Ci. d N.55.a. Prouiſum eſt etiã, ut ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tanquam in uiſco adhæreſceret.
Virtus ſplendet ipſa per ſe ſemper nec alienis unq̃ ſordi bus obſoleſcit. p Seſt.16.b.
Non enim procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur. In Sal.272.b. & I. A.156.b. Eluere ſordes.
O lutũ o ſordes. I. P.93.a. & d Cla.185.a.
Is ex ſummis & fortunæ & uitæ ſordibus conſul factus eſt. d Cla.185.a. Mater ſqualore filij & ſordibus lę tatur. p Clu.21.a. Alicuius quotidianæ lachrimæ ſordesq; lugubres. Poſt.199.b. Spectaculum ſordiũ atq; luctus & tanti ſqualoris alicuius. p Clu.58.a.
Aſpicite iudices ſqualorẽ ſordesq; ſociorũ. I. V.261.b.
& p Do.225.a. Filiæ meæ fletus aſſiduum ſordesq; lu gubres. Iacere in lachrymis & ſordibus. Ep.233.b.
Populus Rom. non amat profuſas epulas, ſordes & in humanitatem multo minus. p Mur.142.b. & Ep.95.a.
Sordes hominis. i. auaritia.
Satius erat illum in infamiæ relinqui ſordibus, q̃ infir mo iudicio committi. At.10.b. & 12.b.
Iudicum ſordes. At.65.a. i. auaritia.
Has a noſtro. Q. Ticinio ſordes accepimus. At.85.a.

Sordeſco, ſcis. Ep.123.b. Nam ſordeſcit uere uultu. ali ter, ſordes eluere uolens.

Sordidatus, a, um. Ci. d Or.126.b. Mæſtus ac ſordida tus ſenex. et I. V.121.a Heraclius et Epicrates ſordida ti maxima barba & capillo. & 209.a. & Poſt.206.b.
Innumerabilis multitudo ſupplex ad eũ ſordidata uene rat. Serui ſordidati miniſtrant. I. P.94.a.

Sordide. Ci. d Or.141.a. i. auare.

Sordidus, a, um. inquinatus, obſoletus. Ci. Tuſ.202.b.
Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. & Att. 195.a. Villula ſordida & ualde puſilla. Homo egẽs ac ſordidus. p Fla.157.a. & d L.191.a. & At.121.b.
Nec minus lætabor, cũ te ſemper ſordidũ q̃ ſi pauliſper ſordidatum uiderem. I. P.101.a. Vt enim quiſq; ſor didiſſimus uidebitur, ita libentiſſime ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet. I. A.156.b.
Squalore ſordidus. p Mur.144.b.
De pecunia ratiocinari ſordidũ eſt. d In.76.b. & Att. 243.b. Iſte omnium turpiſſimus, & ſordidiſſimus idẽ eſt qui in rep. fuit. Tuſcenius homo furioſus, ac ſordidus. Q. Fr.293.b. De artificiis, & quæſtibus qui libera- les habendi, qui ſordidi. Off.30.a.
Quę ſordidiſſima quidẽ eſt ratio et inquinatiſſima. Off. 37.a. et 43.a. Id enim ipſi ſordidum eſt ad famam, com- mittere ut accuſator nominetur.

Sorites, tæ. Ci. d D.110.b. Quemadmodum ſoriti reſi- ſtas, quẽ ſi neceſſe ſit, latino uerbo liceat acerualẽ appel lare, ſed nihil opus eſt, ut. n. ipſa philoſophia et multa uerba grecorum ſic ſorites ſatis latino ſermone tritus eſt.
Poſthac potius diſſeremus de obſcuritate naturæ etc. quàm de oculorum ſenſuumq; reliquorum mendacijs, et de ſorite aut pſeudomeno, quas plagas ipſi con- tra ſe Stoici texuerunt. Acad.37.a. Captioſiſſimum genus interrogationis, qđ genus minime in philoſophia probari ſolet, cũ aliquid minutatim et gradatim addit aut demit, ſoritas hos uocãt, qui aceruũ efficiũt uno ad dito grano, uitioſum ſanè et captioſum genus, ſic enim aſcendit is etc. Acad.13.a. et 23.a. et 117.a.

Soror, oris. Ci. d D.89.a. Soror germana.
Non ſum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis ſororem meã eſſe ſororem dicam. p Dom.231.b. et ibi. Tu ſoro- rem tuam uirginem eſſe non ſiuiſti.
Filiã eius ſororẽ tuã eieciſti. I. A.179.a. Clodius cũ ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. p Mil.115.b.

Sororicida, dæ. Ci. p Dom.218.a.b. Paricida, fratri cida. ſororicida.

Sororius, a, um. Ci. p Seſt.6.a. Homo fraternis flagi- tijs. ſororiis ſtupris inſanus.

Sors, tis. conditio, fortuna, caſus, alea, fatum, uitium.

Ci.đ D.120 a.Quid enim eſt ſors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras, in quibus temeritas, & caſus non ratio & conſilium ualet. & 123 a. Auſpicia reſtant & ſortes hę quæ ducuntur, non illæ, quæ uaticinatione funduntur, quæ oracula uerius dicimus. đ D.126.a. Sortes, quæ fortunæ monitu pueri manu miſcentur ac ducuntur. & ibi. Sortes quę hodie fortunæ monitu tolluntur.

Cum Spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonæo peterent, legatiq; illud in quo inerant ſortes collocauiſſent, ſimia & ſortes ipſas & cætera quæ erant ad ſortem parata diſturbauit đ D.95.a.

Simia urnam euertit. ſortes diſſipauit. đ D.122.b.

Sortes eductæ in rem aptæ cadere poſſunt diuinitus. đ D.87.b. & 116.b. Quæ cui ſors ducatur. & I.A.188.b Sors diuina. &.

Quis cornicis cantum notauit? quis ſortes? đ N.62.b.

Oracula, quæ æquatis ſortibus ducuntur. đ D 87.b. & đ Iu.60.b. Ex ſortibus, ex oraculis, ex reſpõſis. & đ D. 89.a. Quo ſeſe uertant tantæ ſortes ſomniorum.

Sortis religio. I.V.61.b.

Sors illa edita eſt Crœſo, Crœſus Halim penetrans &c. de D.132.b.

Numerius Suffecius ſortium inuentor. đ D.126.a. & ibi. De ſortium inuentione.

Vt hæ ſunt ſortes, quas ex terra editas accepimus. de D.87.b.

Quæſtorem habes non tuo iudicio delectum ſed eum, quem ſors dedit. Q.Fr.291.b.

Quæſtura utriuſq; propemodum pari momento ſortis fuit, nullum enim uobis ſors campũ dedit, in quo excurrere uirtus cognoſciq; poſſit. ꝑ Mur.128.a.

Quæſtor hic C. Antonij collegæ mei fuit ſorte ſed ſocietate conſiliorum meus. ꝑ Seſt.4.b.a.

Cum tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet. In Vat. 31.a. & Ep.29.b.

Sors ducitur, quamobrem? nemo erat uoluntarius laudator præturæ tuæ. I.V.233.a.

Paucas tribus non certa conditione iuris ſed ſortis beneficio ad uſurpandam libertatem uocare. ꝯ Rul.69.b.

Cum ſuffragijs tres creati ſunt, res reuocatur ad ſortem. I. V.134.a. & ibi. de ſortibus multa.

Verri ſorte prouincia Sicilia obuenit. I.V.112.a.

Prouincias extra ordinem ſine ſorte nominatim dediſti reip. peſtibus. ꝑ Dom.218.a. Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet. At.17.b. Ita ſorte in prouincias proficiſcerentur. Ep.118.a. & ibi.b. Conijcere aliquẽ in ſortem. Æqualiter aut ſorte aſſignare aliquid alicui. Ep.177.a. Si ſortis, nullum crimen eſt in caſu. ꝑ Plan.266.b. Telum, quod cuiq; ſors afferebat, arripuit. I.V.222.b.

Quod ſors obtulerit id acturus uidetur. Att.36.b.

Quod ſi te ſors Afris aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, tamen &c. Q.Fr.295.a.

Vos ne uelit, an me regnare hera, quid ue ferat ſors. Of. 9.a. Tuberonis ſors coniecta eſt S.C. cum ipſe non adeſſet. ꝑ Lig.140.b. & ibi. Africa quo Senatus eum ſorsq; miſerat.

Sortilegus gi. Ci.đ D.108 a. Nunc illa teſtabor, non me ſortilegos, nec eos qui quęſtus cauſa arioléntur agnoſcere. & 131.a.

Sortior. iris. ſortem capio, in ſortem conijcio ſortitionem facio, fortunæ iudicio committo.

Ci.ꝯ Rul.70.a. Sortietur tribus idẽ Rullus, educet, quas uolet tribus. ꝯ Rul.70.a. & 70.b. Qui tribus quas uoluit uocauit nullo cuſtode ſortitus.

Sortiri ad pœnam & hominum delictum fortunæ iudicio committere minime cenſoriũ eſt. ꝑ Clu.44.a. & ibi. Non animaduertes in omnes? ſed carpes ut uelis? & paucos ex multis ad ignominiam ſortieref

Sortiri prouinciam cum collega Ep.17.a.

Tu illam cui cum quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, hoſtienſem prouinciam habuiſti. ꝑ Mur.128.a.

Ei uenit in mentem e lege Rupilia ſortiri dicas oportere educit ex urna tres. I.V.117.a.

Hoc uõ eſt conſiderare ſed quaſi ſortiri, quid loquare. đ N.21.a. An atomi ſortiuntur inter ſe, quæ declinent, quæ non? đ Fat.149.b. Acilius ſententiam dixit, ut ipſe iudices per prætorẽ urbanũ ſortiret .Q.Fr.306 b.

Prætores nondum ſortiti ſunt prouincias. At.8.a.

Cum prætores deſignati ſortirentur M. Metello obtigit, ut is de pecunijs repetundis quęreret. I.V.70.a. & 73.b

Senatores, qui C. Verre prætore ſortiente exirent in eũ reum, quem incognita cauſa condemnarent.

Senatus decreuit ut conſules Galliã ſortirẽtur. At.17.b.

L. Antonius ſua lege cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt. I.A.212.a.

Sortitio, onis. Ci.ꝑ Plan.270.a. Nunquam maiores noſtri ſortitionem conſtituiſſent ædilitiam. niſi uiderent accidere poſſe, ut competitores pares ſuffragijs eſſent. & I.A.188.a. Diuina uero oportunitas, ut in ſortitiõe prouinciarum, quæ cuiq; apta eſſet, ea cuiq; obueniret. & 176.a. Sortitio prærogatiuæ.

Iudicum ſortitione facta comitia haberi. Q.Fr.306.b. et At.14.a. Vt ſortitione in quoſdam animaduerteretur. ꝑ Clu.44.a.

Sortito. Ci.Epiſt.118.a. Eos ſortito in prouincias mitti placere.

Lex Iouis ſacerdotem ſortito capi iubet I.V.154 a.

Sortitus, tus. Ci. pro Dom.223.b. Pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti.

Soſpita, tæ. Ci.ꝑ Mur.145.b. Iuno ſoſpita. & de N. 27.b. & đ D.80.b.

Soter, eris. conſeruator.

Ci.I.V.139.b. Is enim ſoter, qui ſalutem dedit. & ibi. Soter latino uno uerbo exprimi non poteſt.

Spargo gi. fundo. Ci.ꝑ S.R.26.a. Attilium ille, quẽ ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, conuenerunt.

Credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana. đ Sen.93.a.

Ego uero omnia, quæ gerebam, iam tũ in gerendo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar in orbis terrã memoriam ſempiternam. ꝑ Arch.191.b.

Graues de te rumores ſparſi ſunt. ꝑ Deio.148.a.

Quod Zeno in ſuis commentarijs, quaſi ſemina quędam ſparſiſſet. đ D.81.a.

Euiſceratus

Euiſceratus latere pendenti,ſaxa ſpargens tabo. Tuſcu. 371.a.et I.P.88.b.

Qui tractant iſta,qui tergunt,qui ungunt,qui uerrunt, qui ſpargunt. Parad.123.a.

Qui ſicas uibrare & uenena ſpargere didicerunt. I. C.109.a.

Spargere amnem lacbrymis. Ci.In Arat.

Qui nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat. In A.186.b.

Sparſus,a,um. *fuſus, diſiectus.* Ci.At.7.a. *Literæ ſparſæ ſale humanitatis.* & Or.208.a. *Quæ æquabiliter toto corpore orationis fuſa eſſe debet.*

Res ſparſas & uage diſiectas eligere. Ad Her.24.a.

Stellæ ſparſæ fuſæq; uidentur. Ci.In Arat.

Sparta,tæ. *Lacedæmon.* Ci.Att.20.a. *Quæ tibi obtigit σπάρτην nunquam deſere.*

Apollo pythius oraculo edidit,Spartam nulla re alia, niſi auaritia,perituram. Off.49.b.

Spartacus. Ci.d Ar.249.b. *Athenio & Spartacus duces belli ſeruilis.* & I.A.194.a.

Spartiates,tæ. Ci.d D.96.a.

Sparus,ri. *genus teli.* Ci.p Mil.113.b. *Sparorum pilorumq; multitudo.*

Spatior,aris. *ambulo, deambulo.* Ci.p S.R.28.a. *Reſidere, deinde ſpatiari.* & de Ora.143.b. *Spatiari in Xyſto.*

Spatium,tij. *interuallum, curriculum, tempus, curſus, regio,annui temporis criminatio.* Ci.d N.35.b. *Stellæ ſpatijs immutabilibus ab ortu ad occaſum commeant.*

Vitæ ſpatium exiguis regionibus circunſcriptum eſt. p Arch.191.a.item ibi. *Non cum uitæ tempore dimittendam eſſe commemorationem nominis noſtri.*

Vt poſſis uidere quemadmodũ ſimus in ſpatio. Q.Hortenſium ipſius ueſtigijs perſecuti. d Cla.193.b.

Ciceronem oratorem non ex rhetorum officinis ſed ex academiæ ſpatijs extitiſſe,illa enim eſſe curricula multiplicium uariorumq; ſermonum. Or.198.a.

Qui ex conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum coegiſti. p Rab.91.b.

Quoad longiſſime poteſt mea mens reſpicere ſpatium præteriti temporis. p Arch.185.b.

Propterea quod tam longo ſpatio multa hæreditatibus detinebantur. Off 50.a.

Qui tibi biennij ſpatio nunquam in ſuſpicionem auaritię uenerit. Q.F.192.a.

Et erat ſpatium dierum fere triginta ante Cal. Decemb. I.V.128.a.

Diurnum nocturnumue ſpatium. d In.11.a.

Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum. d Fin.106.a. & ibi. *An tu in hac me cauſa tempus dilaturum putas?* & d Or.97.a. *Cum erit ſpatium utrunq; dabo.* At.75.b & 76.a. *Surripere aliquid ſpatij.*

Qui ſpatium deliberandi habuerunt,utrũ &c. Off.14.a

Etiam ſi ſpatium ad dicendũ noſtro commodo uacuoſq; dies habuiſſemus. I.V.76.a.

Quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatij nobis datur. de Or.107.a.

Spatium alicui ad ſeſe colligendum dare. p Cec.186.a. & Ep.253.b.

Vt mihi daretur ſpatium comparandi. p Plan.169.a. & Tuſ.201.b. *Conſiderandi ſpatium non datur.*

Mihi ſi ſpatium fuerit in Tuſculanum ante nonas ueniendi,iſtic te uidebo. Ep.128.a.

Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit. d Or.141.a.

Noſtræ ſpei in medio ſæpe ſpatio franguntur. d Ora. 143.a. *Vitæ breuis eſt,curſus glorię ſempiternus.* Ci.

Quin igitur ad illa ſpatia noſtra ſedesq; pergimus. de L.118.b.

Non ſine cauſa nobilitata ſpatia. d Fin.114.b.

In ambulatione duo ſpatia uel tria fecere. d Ora.87.a. & pro Mur.141.a.

In Syluestribus ſpatijs. d L.159.a.

De quo mihi,quoniam liberum eſt ſpatium,etiam atq; etiam conſiderandum puto. I.A.241.b.

Trocheus,qui eodem ſpatio eſt,quo choreus. Or.216.a *Trocheus.* – u. *Choreus.* u u u. & ibi. *Et cretici ęqualis pæan, qui ſpatio par eſt, ſyllaba longior.* – u –. – u u u. *Huic ſpatio ductum ſimili latus extat utrunq;.* Ci.In Arat.

Speciatim. Ci.Poſt.208.b. *M.Meſſenius legem ſpeciatim de ſalute mea promulgauit.*

Species,ei. *forma, figura, ſpectrum, notio, facies.* Ci.Acad.41.a. *Mens ſola cernit id quod ſemper eſt ſimplex & uniuſmodi & tale quale eſt,hanc Plato ideam appellauit,nos recte ſpeciem poſſumus dicere.* & ibi.a. *Materia ſine ulla ſpecie & carens omni qualitate.*

Species,forma & notio boni uiri. Off.68.a.

Inſidebat in eius mente ſpecies eloquentiæ. Ora.198.a. & 201.a. *Excellentis eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrabimus.*

Adhibere quandam in dicendo ſpeciem atq; pompam. de Or.136.a. & Or.197.a. *Optima ſpecies & figura dicendi.* *Species tam gratioſi liberti dignitatem non habet.* Q.Fra.299.b.

Forma & quaſi naturalis nota cuiuſq;,ut auari ſpecies & glorioſi. Or.153.b.

Probitatis commendatione boni uiri ſpeciẽ tueri. d Or. 128.a. *Hæc quæ habent ſpeciem glorię.* Ep.151.b.

Cauſæ quę ſpeciem habent magnæ coniunctionis. Epi. 216.b. *Forma,ſpecies et ſtatura apponitur ad dignitatem.* Ad Her.39.a. *Sed tamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa.* d Or.147.b.et I.A.231.b. *Miſera illa & flebilis ſpecies.i.hominis trucidati.*

Pietas in ſpecie fictę ſimulatiõis ineſſe non poteſt. d N. 2.b.& 9.b. *Cleanthes finxit formã quãdã et ſpeciẽ deorũ.* & 11.a. *Speciem nullã aliã eſſe niſi humanã deorũ.*

Quædam humanitatis quoq; habent primam ſpeciem, ut miſericordia &c. Tuſ.216.a.

Arcus ſpecies,quia ſpeciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur eſſe nata. d N.69.b.

Veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tamen retenta. de N.27.b.

Multa ante congreſſum ſunt,quę non ad uulnus ſed ad ſpeciem ualere uideantur. d Or.138.a.

Ad rationes has latiore ſpecie non ad tenue elimatas. Acad.17.a.

Me ſpecies quædam commonuit, inanis ſcilicet, commonuit tamen. d Fin. 114. b.

Vt ſpeciem aliquam uiderer uidere quaſi reuiuiſcentis reip. Ep. 49. a. & 14. a. Qui ſpeciẽ huius uitæ intuent.

Qui potes iſta uel probare uel ita demiſſe ac facile pati, ut probantis ſpeciem habeas. Att. 281. a.

Aliud obſcure moliri, aliud ſpe & ſpecie ſimulationis oſtentare. ꝫ Rul. 68. a.

Comitia uera. X, comitiis adumbratis ad ſpeciem & ad uſurpationem uetuſtatis. ꝫ Rul. 71. a.

Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima, ſunt enim locupletes, uoluntas & cauſa impudentiſſima. I. C. 108. a.

Quorum error eripiendus eſt, omniſq; opinio ad eam ſpeciem traducenda, ut honeſtis conſilijs ſe intelligant, ea quæ uelint, conſequi poſſe. Off. 34 b.

Hi tales uiri, qui non ſolum conſilijs ſuis, ſed etiam ſpecie ipſa dignitatẽ reip. ſuſtinẽt. p Dom. 113. b. et 131. b

O ſpeciem dignitatemq; populi Rom.

Honeſtum per ſe nobis placet, animoſq; omnium natura & ſpecie ſua commouet. Off. 39. b.

Hic ſpeciem præ ſe boni uiri fert. Off. 40. b.

Catilina multos uiros bonos ſpecie quadam aſſimulatæ uirtutis tenebat. p Cæl. 40. a.

Magis tamen ſpecie atq; ipſo amictu capiebat homines quàm dicendi copia. d Cla. 185 a.

Cum clarã ſpeciẽ nocturno lumine luna Abdidit &c. de D. 84. a.

Obijciuntur ſæpe formæ, quæ reapſe nullæ ſunt ſpeciem autem offerunt. d D. 97. b.

Is autem Tages puerili ſpecie dicitur uiſus. d D. 119. a.

Vidi forum ornatum ad ſpeciem magnifico ornatu, ad ſenſum cogitationemq; acerbo & lugubri. I. V. 87. b. & de N. 43 a. Mundi partes nec ad uſum meliores nec ad ſpeciem pulchriores poterunt eſſe.

At fuit pompa, fuit ſpecies, inceſſus ſaltem Seplaſia dignus. I. P. 84. b. & ibi. Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas conſulis.

Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Off. 19. b.

Is occiſus eſt ab eo qui tum ciuis ſpeciem habebat, I. A. 131. a.

Præclara claſſis in ſpecie, ſed inops & infirma pp &c. I. V. 213. a.

Quod propriam ſpeciem habeat, cur appetendum ſit. de Fin. 119. b.

Falſa uiſione & ſpecie doloris moueri. Tuſ. 184. a.

Nomina hæc, quæ prima ſpecie admirationem mouerẽt. de Fin. 120. a. i. primo aſpectu. Hæc quæ ſunt in ſpecie poſita, in te ſulpiti diuina ſunt. d Ora. 95. b. i. motus corporis. Species & quædam forma eorũ. Aca. 55. b. & Tuſ. 110. a. Species formę. & d Fin. 74. a. Cuius ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie, &c.

Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo. Tuſ. 186. a.

Nunq̃ tibi ſpecies ipſa huiuſcemodi multitudinis in oculis animoq; uerſata eſt? I. V. 165. a.

Nuda ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginum. d D. 136. b. Eadem eſt in ſomnijs ſpecies eorum, quæ uigilantes uidemus. Acad. 14. a.

Sed ipſius in animo inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam. Or. 197. a.

Duo ſigna eadem ſpecie ac forma. I. V. 130. a.

Figura & forma, & ſpecies. d N. 11. b.

Species ex ære, & ſancta Iouis ſpecies. de D. 84 b. & 97. a. Atq; hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento.

De genere & ſpecie philoſophorum. l. Genus.

Partes generis communione quadam ſimiles, ſpecie autẽ differentes. d Or. 100. b. & d In. 51. a. Cum genere idẽ ſit ſit aliud, quod quadam parte & ſpecie differat.

Quæ ſint eius generis ſiue formę ſiue partes. Or. 207. b & Off. 19. b.

Poſtremo tota petitio cura ut habeat ſummam ſpeciem & dignitatem. d Pet. 213. a.

Deinde inſtituendi ſunt cuiuſq; generis amici ad ſpeciẽ hominis illuſtris honore ac nomine. Q. d Pet. 207. b.

Agro bene culto nihil eſt nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius. d Sen. 89. a.

Quid de uinearum ſpecie dicam? d Sen. 89. a.

Viſum obiectum imprimit & quaſi ſignat in animo ſuã ſpeciem. d Fat. 149. a.

Cæſar aduerſarios clementiæ ſpecie deuinxerat. I. A. 382. b. et 197. b Si ullam ſpeciem reip. cogitaſſet.

Voluptas ſpeciem utilitatis habere dicitur. Off. 76. b.

Tum natura ſpeciem ita formauit oris, ut in ea etc. d L. 161. a. Eſt enim quadam opinione ſpecies Deorũ in oculis, non ſolum in mentibus. d L. 175. a.

De ſpecie et forma. Top. 223. a.

Amiſimus mi Pomponi omnem nõ modo ſuccum, ac ſanguinem, ſed etiam colorem, ac ſpeciem ciuitatis. At. 65. a

Formæ dicendi, ſpecie diſpares, genere laudabiles. de Or. 146. a. et Att. 236. b. Hæc me ſpecies cogitatioq; perturbat. & Or. 199. b. Virtutes ſpecie diſpares, prudentia coniunguntur. et Off 15. b. Natura formam noſtram reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta eam poſuit in promptu.

Tertium ut caueamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem ſpeciem et dignitatem moderanda ſint. Off. 18. b.

Tertio ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cũ eo, quod utile uideretur. Off. 53. b.

Quę uirtuti repugnent ſpecie quadã utilitatis. Off. 54. b

Qui ſimilitudinem quandã gerũt, ſpeciemq; ſapientum. Off 55. a. Cum igitur aliqua ſpecies utilitatis obiecta eſt, nos commoueri neceſſe eſt. Off. 58. b. et ibi. Si res ſpeciem utilitatis attulerit, tunc utilitas non requirenda eſt. et. 60. a. Species utilitatis animum pepulit eius, qui etc. et ibi. b. Muri cauſam oppoſuit ſpeciẽ honeſtatis, nec probabilem, nec ſatis idoneam.

Specimen, nis. Ci. Tuſ. 154. b. Num dubitas quin ſpecimen uirtutis capi debeat ex optima quaq; natura? et 239. a. C. Cæſar, in quo mihi uidetur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, leporis.

P. Lentulus hoc ſpecimen uirtutis, hoc iudicium animi ſui fore putauit, ſi me etc. Poſt. 105. b.

Tu uero qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſti? I. V. 59. a. Aut tui periculum feciſti.

Ingenij ſpecimen eſt quoddam, tranſire ante pedes poſita, et alia longe repetita ſumere. d Or. 157. b.

Temperantie prudentieq; ſpecimen. Q. Scæuola. de. N. 76.a. Deniq; hoc ſpecimen eſt popularis iudicij. de Cla. 181.b.

Is ordo uitio uacato, Cæſaris ſpecimen eſto. đ L. 186.a. & 190.a.

Specimen, præiudicium, prærogatiua, ὅμοια.

Quod ſpecimen habuit hæc ciuitas innocētię. I.P. 100.a

Specioſus, a, um. Ci. đ Cla. 186.b. Dignitate motus fit ſpecioſum & illuſtre quod dicitur.

Redemptionis has ſpecioſas cauſas habeo. At. 256.b.

Spectabilis, le. Ci. đ Vn. 297.a. Et corpus quidem cœli ſpectabile effectum eſt.

Spectaculum, li. Ci. đ. N. 54.a.b. Res cœleſtes, quarum ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet. & 57.b. Circuitus ſolis & lunæ ſpectaculum hominibus præbent.

In Theatro ac ſpectaculis. At. 34.a. & I.A. 169.b. Spectaculum apparatiſſimum.

At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium uulgo uocati. ꝑ Mur. 141.a. & 140.a.

Gladiatoribus uulgo locus tributim datus. & 141.a.

Vt locus & in foro et in circo daretur amicis. & 141.b.

Dare ſpectaculum.

Magnus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus eſt. pro Seſt. 25.b.

Spectat, hat. pertinet. Ci. Off. 48.a. Beneficia, quæ ad ſingulos ſpectant, & quę ad uniuerſos pertinent.

Spectatio, onis. Ci. At. 219.a. Animum leuari ſpectatione. & I.V. 189.a. Pro ſpectatione & collybo.

Apparatus ſpectatio tollebat omnē hilaritatē. Ep. 95.a.

Spectator, oris. Ci. đ. N. 54.a. Homo ſpectator rerum ſuperarum atq; cœleſtium. & Ep. 21.b. Spectator laudum tuarum. Ille ne auditor quidem ſuæ gloriæ, ego etiam ſpectator meæ laudis eſſe potuiſſem. pro Dom. 226.a.

Ludi quorum ipſi Dij te ſpectatorem eſſe noluerunt. đ Ar. 248.b. Socij ſpectatores ſe otioſos prębuerūt lenitatis et calamitatis. Off. 38.a.

Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum teſtem & ſpectatorem fortuna conſtituit. đ Or. 94.a.

Diligens ſpectator officiorum. Q. đ Pet. 208.a.b.

Spectatus, a, um. probatus, cognitus.

Ci. I.V. 71.b. Homo in rebus iudicandis, ſpectatus & cognitus. & ꝑ Clu. 27.a. Cleophantus medicus ignobilis ſed ſpectatus homo.

Maximus & ſpectatus uir. đ Am. 97.a.

Vir fortis ac ſpectatus. I.V. 58.b.

Lacedæmoniorum ſpectata & nobilitata uirtus. ꝑ Fla. 257.a. Q. Metelli ſpectatæ iam adoleſcentiæ filius. Poſt. 212.a.

Cæterarum artium homines ſpectati & probati. đ Ora. 95.a. Ad meam fidem quam habent ſpectatam iam & diu cognitam confugiunt. I.V. 56.b.

Spectatiſſima fœmina. ꝑ S.R. 43.a.

Spectatus, tus. Ci. Off. 40.b. Qđ in quo uiro perſpectū ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.

Spectatus & probatus ciuis. I.A. 173.b.

Alicuius ſpectata multis magniſq; rebus ſingularis integritas. I.A. 188.b.

Specto, as. ſpectator ſum, æſtimo, cerno.

Ci. đ. D. 87.a. Qui ad meridiem ſpectans in uinea media conſtitit. & ꝑ Dom. 236.a.

Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaritur, ꝑ Dom. 236.a. Cum laxati curis ſumus ſpectare aliquid uolumus & uiſere. Tuſ. 257.b.

Alte ſpectare & ad cœlum contueri. đ Som. 130.a.

Quod me tu Megaleſia illo die ſpectare uoluiſſes, haud ſcio &c. đ Ar. 248.b. & Ep. 200.a. Spectatum eſſe magno Theatro Exercitu Ciliciam propè conſpiciente. At. 78.a.

Iuuenes magni ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs contendere debent. Off. 42.a.

Tradęmus, quę nos ſequi in dicendo, quæq; maxime ſpectare ſolemus. đ Or. 227.b.

In philoſophia res ſpectatur, non uerba penduntur. Or. 201.b. In pactionibus faciendis legem ſpectare cenſoriam. Q. 296.b.

Spectare aliquem ex moribus. Tuſc. 234.b.

Quid in iudicando ſpectare oporteret. ꝑ Mil. 204.b.

Qui non honoris gradum ſpectat, ut cæteri, ſed &c. ꝑ Mil. 206.a. In iudice ſpectari & fortuna debet & dignitas. I.A. 156.b.

At uero ille tenuis ſeſe ſpectatum non fortunam putat. Off. 47.b. Rem non hominem ſpectari oportere. Ad Her. 2.b.

Virtus quæ uetat ſpectare fortunam, dū præſtetur fides. đ. D. 124.b.

Quid enim ſpectans deus ipſe diceret, Marcellum in mari eſſe periturum. đ Fat. 147.a. & Tuſc. 154.b. Quid ſpectant. Bonorum poſſeſſio ſpectatur non in aliqua parte ſed in uniuerſis. ꝑ Quin. 17.a

Si tua quod indignitas poſtularet ſpectare uoluiſſem. pro Seſt. 29.a.

Non idem ſemper dicere ſed idem ſemper ſpectare debemus. Ep. 16.a.

Ex maiore parte unamquamq; rem appellari ſpectariq; dicunt. Tuſc. 232.b. & 233.a.

Vt primum attigi forum ſpectaui ſemper ut ibi poſſem ꝗ maxime eſſe coniunctus. Ep. 64.b.

Quod ego non tam faſtidioſe in nobis ꝗ in hiſtrionibus ſpectari puto. đ Or. 107.b. & 108.a.

A quibus ſpectare gloriā certe nullam poteſtis. đ Som. 129.b. & At. 24.a. Hoc a me aiunt Cæſarem ſic ſpectare ut non dubitet.

Artem rebus in unum exitum ſpectantibus & nunꝗ fallentibus contineri. đ Or. 92.b.

Quo igitur hæc ſpectant. Ep. 84.b.

Hæc eo ſpectant ut te horter &c. Ep. 204.a.

Demoſtenes [illegible] Pythiam dicebat, ideſt quaſi cum Philippo facere, hoc autem eo ſpectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret. đ. D. 133.a.

Illuc quo ſpectat animus, quo ueniam. At. 134.a.

Planè hoc ſpectat Octauius, ut ſe duce bellum geratur. At. 257.a.

Quo igitur hęc ſpectat oratio? ego &c. At. 119.a.

Quorſum igitur hęc ſpectat tam longa oratio? de Or. 150.a.

Iſta edicta quid ualeant, aut quo ſpectent, non uideo. Att.253.a.

Prima & media uerba ſpectare debent ad ultimum. Ora.116.b.

Preſertim cum ad meum quoq; uſum ſpectent. Q.Fra. 324.a. Illa ſemper potiora duxi, quę ad ſapientiam ſpectarent. ď Or.150.b.

Domitius nihil ſpectat niſi fugam. At.122.a.

Satis mihi hoc eſt ad eam quam ſpecto eloquentiam. de Ora.156.b.

Quærere argumenta ſpectantia ad id quod in iudicium uenit. ď Ora.220.b.

Hac res ad cædem maximam ſpectat. At.227.b. & Q. Fr.323.a. Res ſpectat ad interitum.

Totum Antonij cõſilium ad bellum ſpectat. Att.239.b. & At.236.a. Res ſpectat ad caſtra.

Ad perorandum ſpectare uidetur ſermo tuus. de Clar. 192.a. Si ad perniciem patrię res ſpectabit. Off.70.a

Cognovi ad arma rem ſpectare. Ep.236.a.

Quod ipſe ad imperatorias laudes a puero uidelicet ſpectares. In Vat.34.a.

Philoſophi &c. qui ſemper aliquid acquirunt, quod ſpectet & ualeat ad bene beateq; uiuendum. Off.33.b.

Hæc ſtudia ad imitandos ſummos uiros ſpectant. ď Fin. 325.b. Omnia utrinſq; conſilia ad concordiam ſpectauerunt. Ep.46.b.

Hoc ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectat. Ep. 64.b.

Ad hanc emptionem duo genera agrorum ſpectant, unum eorum &c. alterum &c. ꝯ Rul.30.a.

Ad ſuam magis ille gloriam q̃ ad ſalutem reip. ſpectabat. pro Seſt.11.a. Quæret quiſpiam, quid in tanta iniuria ſpectauerit, conſilium non defuit. ꝯ Ral.70.a.

Tota domus quæ ſpectat in nos ſolos, neq; aliud poteſt habere perfugium. Off.12.a.

Nihil niſi ſempiternum ſpectat. p Rab.96.b.

Vos qui dignitatem, qui remp. qui gloriam ſpectatis. pro Seſt.14.b.

Cæſar gręciam ſpectat potiusq̃ Hiſpaniam. At.151.a.

Noli ſpectare quanti homo ſit, parui enim pretij eſt, qui iam nihil ſit. Q.Fra.302.b.

In quibus maior eſt animus, in his pecunię cupiditas ſpectat ad opes. Off.5.b. Hoc enim ſpectant leges, hoc uolunt incolumem eſſe ciuium coniunctionem. Off.56.b.

Demq; ſumma iudicij mei ſpectat huc, ut &c. I.A.257.a

Sed ea non tam ad religionem ſpectat, q̃ ad ius ſepulchrorum. de Leg.181.b.

Ligarius domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens. p Lig.137.b. Res enim eo ſpectat, ut ea pœna in qua adhuc Q. Ligarius eſt, non uideamur eſſe contenti. pro Lig.139.a.

Ad te unum omnis mea ſpectat oratio. p Deio.144 b.

Vitam huius non ex oratione mea, ſed ſuis ex moribus ſpectare debetis. I.Sal.272.b.

Spectrum, tri. Ci.Ep.253.a. Qui putant [illegible] ſpectris Catianis excitari. & ibi. Quæ ille Gargettius [illegible], hic ſpectra nominat. & ibi. His ſpectris etiam ſi oculi feriri poſſent, animus qui poſſit non uideo.

Specula, lę. uigilia, parua ſpes.
Ci.Ep.47.a. Tanq̃ ex aliqua ſpecula perſpexi tempeſtatem futuram.
Homines in ſpeculis ſunt, obſeruant quemadmodum ſe unuſquiſq; neſtrum gerat in retinenda religione. I.V. 74.b. Rex ſemper in ſpeculis fuit, cum a te animo eſſet alieno. p Deio.147.b.
Satius exiſtimo uos diſpertitos & in ſpeculis eſſe. Att. 145.b.
Prædonum aduentum ſignificabat ignis è ſpecula ſublatus. I.V.254.b.
Qui ab illo in ſpeculis atq; inſidijs relicti in capite atq; in ceruicibus noſtris reſtiterunt. p Mur.143.a.
Idcirco in hac cuſtodia tanq̃ in ſpecula collocati ſumus. In.A.212.a.
Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtarat. pro Clu.32.b. In communibus miſerijs hac tamẽ oblectabar ſpecula. Ep.27.b.

Speculator, oris. Ci.ď.N.17.b. Phyſicus ideſt ſpeculator uenatorq; naturæ, aliter uenator.
Alij eum ſpeculatorem q̃ legatum iudicari maluerunt. p Pom.13.a. Fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat. I.V.62.b. & 269.b.
Iſte ſpeculator communium miſeriarum. p Dom.216.b

Speculatrix, cis. Ci.ď.N.68.b. Furiæ ſpeculatrices & uindices facinorum & ſceleris.

Speculor, aris. in ſpeculis ſum.
Ci.I.C.98.b. Multorum te oculi & aures ſpeculabuntur atq; cuſtodient. Sic noctu ad eas uentitabat, ut omnia ſpecularetur & perſcrutaretur ante. Taſ.239.b.
Ait eum ſpeculandi cauſa in ſiciliam eſſe miſſum. I.V. 269.a.
Quod neq; precibus unq̃ nec inſidiando nec ſpeculando aſſequi potui. ď Or.96.a.
Cum curia &c. ſpeculatur atq; obſidet roſtra. pro Fla. 178.a.

Speculum, li. Ci.ď.N.71.a. Æſculapius, qui ſpeculum inueniſſe dicitur. Verſus in quibus ſi quis uelit, poſſit iſtius tanq̃ in ſpeculo uitam intueri. I.P.94.b.
Infantes pueri & beſtiæ, quæ Epicurus putat eſſe ſpecula naturę. ď Fin.71.b. & 139.b. Pueri in quibus ut in ſpeculis natura cernitur.
Speculorum leuitas. ď Vn.203.b.

Spelunca, cæ. Ci.I.V.225.a. Propter eſt ſpelunca quædam conuerſa ad aquilonem infinita altitudine.
Ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidit. ď Fin.141.a.
At Philoctetes iam decimum annum in ſpelunca iacet. ď Fin.84.b.
Qui producti tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerunt. pro Fla.154.b.

Speratus, a, um. Ci.Q.Fra.298.b. De reliqua & ſperata gloria laborare.

Sperno, nis. refuto, reſpuo, remuo, deſpicio, repudio, repello, reijcio. Ci.I.A.250.b. Sed multo magis nos ſpreuit, & pro nihil putauit.
Cur huic, qui te ſpernit, moleſta eſt. p Cæl.45.a.
Veritas auſpiciorũ ſpreta eſt ſpecies tantũ retenta. de N.27.b.

Eloquentia

Hoies in speculis sūt. 1.V.74.

Eloquentia forenſis ſpreta a philoſophis & repudiata. Or.198.a.& Or.205.b.Spretum a ſubtilibus, repulſum a grauibus. Sperni ab ijs, a quibus coli ſis ſolitus. đ Sen.78.b.

Spernere & reijcere aliquid.đ Fin.49.b.

Spero,as. *ſpem habeo, ſpes eſt, ſum in ſpe, in ſpe habeo ſpe ducor, inducor in ſpem, ſperare uideor, expecto, aſpiro, confido, nitor, ſpes alicuius rei oſtenditur, in aliquo ſpē pono, animo aut ſpe maiora ſuſcipio, qui illi pecuniæ ſpe iam atq; animo incubaret. ad ſpem recuperandæ libertatis erectus ſum uel reuiuiſco, libertatis ſpem propoſitam habeo, magna mihi ſpes eſt in aliquo propoſita, ſpe & auaritia deuoro, qui ſibi urbem ad prędam propoſuerunt. ſi ullum firmamentum in illo teſte poſuiſſet, ſpe pacis uel largitionis oblata. qui hoc unico filio nititur in huius ſpe requieſcit. quibus literis ſe magis etiam erexit, tota domus ſpectat in nos ſolos neq; aliud poteſt habere perfugium. Spem ab aliquo habeo. X. deſpero ab aliquo.I.P.81.b.*

Ci.Ep.195.a.Id ego & ſperaram prudentia tua fretus & ut confiderem fecerunt tuæ literæ.

Spero, quæ tua temperantia eſt, & hercule, ut me iubet Acaſtus, confido te iam, ut uolumus, ualere. At.97.a.b.

Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certe. Att.2.b.

Ita neq; de otio noſtro ſpero iam, nec ullam acerbitatem recuſo. Att.139.b.

Quid de hoc ſperare aut expectare nos oportebat? Off.330.a.& At.140.a.Bene ſperare de aliquo.

Spero meos omnes ſeruire laudi meæ. At.75.b.

Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. ꝑ Deio.151.a.& 150.b.Magno & erecto animo eſſe.

Inſperanti mihi ſed ualde optanti cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberer.đ Or.93.a.

Ego, ut ſpero, propediem te uidebo. At.91.a.

Res nobis, quemadmodum ſpero, non moleſta. ꝑ Arch. 186.a. Exercitu, ut ſpero, ad beneuo lentiam erga nos conſentiente. At.78.a.

Vt ſpero & ut promittis. At.253.a.

Oratorias exercitationes non tu quidem ut ſpero, reliquiſti.đ Fat.140.b.

Sin a uobis (id quod ne ut ſpero) deſerar. ꝑ S.R.20.a.

Vt me, quem boni conſtantem ſemper (ut ſpero) exiſtimaſſent, eundem ne improbi crudelem dicerent. pro Syl.170.b.

Quibus ego, ducibus in hanc ſpem ſententiamq; ſum ingreſſus.I.C.110.b.

Si non hic tantus fructus oſtenderetur. ꝑ Arch. 188.b.

Ergo his ad bene ſperandum de omni Rep. quaſi ſignū aliquod ſuſtuliſti. ꝑ Mar.131.a.

A quo nihil ſperes boni, quia non uult, nihil metuas mali, quia non audet. At.7.a.

Itaq; omnia experiar, & ut ſpero, aſſequar, quod ſi tu ualeres, iam mihi quędam explorata eſſent. ſed, ut ſpero ualebis. At.101.a & .145.a. Vt ęgroto dum anima eſt ſpes eſſe dicitur, ſic ego quoad in Italia Pompeius fuit ſperare non deſtiti.

Quoniam hæc ſatis ſpero nobis quidem, certe maioribus moleſta & putida, uideri.đ Or.147.b.

Et ſi tuæ literæ recte ſperare iubent, tamen expecto recens aliquid. At.208.b.& .231.a.Spero meliora.

Id erat huiuſmodi ut magis optandum, ꝗ ſperandum putarem. Q.Fr.314.a.

Spes, ei. *fiducia, expectatio, cogitatio, firmamentum, perfugium, aura, lacritas, lux, cupiditas. X. timor. ꝑ Lig. 137.b. Ci.At.145.a.Ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur.& .277.a.Ne ſpes quidem ulla oſtenditur, fore melius. & ad Her.10.b.Spes eſt melius fore.*

Spes eſt expectatio boni. Tuſ.226.b.

Neq; ab ijs ipſis quicꝗ ad ſpem oſtenditur. At.179.b.

Bona ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. I.C.109.b.

Spes hominum egentium & perditorū imminet templis deorum. ad Brut.91.b.

Inijcere ſpem alicui de aliqua re. At.254.a.

Tantum ſpei habere ad uiuendum quantum acceperā ab Antonio. At.247.a.

Quod quidem nulla habeo in ſpe. At.182.a.

Cum in ſpem uenero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim uos certiores faciam. At.150.a.& .121.a.

Sed rurſus iam abiectam compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto.

Poſtea ꝗ extenuari ſpem noſtram & euaneſcere uidi. At.44.b.& .70.a.Profecto tua ſpem meā debilitat.

Qui libertatis ſpem propoſitam habent. ꝑ Rab.93.a.

Vrbani quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtenditur. ꝯ Rul.21.b.& .65.a. Spem improbis oſtendiſti, timorem bonis inieciſti.

Suſpenſus & incertus obſcura ſpe & cæca expectatione pēdeo. ꝯ Rul.79.a.& .65.b.Spe ducor, me poſſe etc.

Magna me ſpes tenet Iudices, bene mihi euenire quod mittar ad mortem. Tuſc.160.a.

Magna ſpes me tenet, hunc locum &c. ꝑ Clu.19.a.& I.A.261.a.Qua ſpe, ut uenire uelint, tenebuntur?

De Egnatij nomine nec nulla nec magna ſpe ſumus. Att.29.a.

Quo maiorem ſpem habeo nihil fore aliter ac deceat. At.93.b.& At.237.b.Habere bonam ſpem de aliquo.

Literæ tuæ ſpē mihi magnā faciunt. At.47.b.& .112 b

Pompeius ſpem affert, ſe &c.

Afferre metum. X. oſtendere ſpem, I.V.235.b.

Ponere ſibi ſpem in aliqua re. I.V.244.a.Et ponere firmamentum in aliquo teſte.

Sed id quidem mihi in optima ſpe pono. At.211.b.

Cum ei filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata. ꝑ Cl.22.a

Miſerum eſt non habere ne ſpei quidem extremum & cōmune ſolatium.đ.N.62.a.b.

Si tum cum ſpes deſeruiſſet opitulatus ſit.đ In 76.b.& At.115.a.Deficit enim non uoluntas ſed ſpes.

Si Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet. Ep.190.a.

Brutus eſt in ſpe magna. At.172.a.& .8.b. Teucri illentum negotium ſed tamen eſt in ſpe.

Nunc authoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus. At.126.a.

Collocare magnam ſpem ſuæ dignitatis in aliquo. de Or.87.a.& I.V.68.a.Collocare ſpem in aliquo bo-

neſto præſidio.

Habere bonam ſpem de ſe.I.V.74.a.

Abycere ſpem faciendi aliquid.đ Or.121.b.

Præcidere ſpem alicui faciendi aliquid.I.V.80.a.

Dum in ſpe pax fuit.At.120.a.

In eam ſpem adducor,ut &c.At.37.a.

O ſpes fallaces.p Mil.120.a.& At.20.a.Spes malorũ.

Pro re certa ſpem falſam domum retulit.p S.R.36.b.

Sine habes aliquam ſpem de rep.ſiue deſperas.Ep.20.a &.256.b.Omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo.&.40.a.In te ipſo maximam ſpem habebam.

Reip.ſpes omnis in uobis eſt.Ep.183.a.

Erigi ſpe futurorum.đ Fin.63.a.& Ep.126.a. Venire in ſpem.& 70.a.Teneri aliqua ſpe.

Rapi ad ſpem immortalitatis.Ep.67.a.

Ponere ſpem in aliquo.đ Fin.145.b.& Tuſc.233.b.

Reponere ſpem in aliquo.

Te enim ſpes aliqua conſolatur.Ep 70.a.

Cum tibi uana quædam atq; inania falſa ſpe inductus pollicebar.p Pla.280.b &.281.b.Quibus ego magno in metu meo ſubito inducor in ſpem,uos &c.

Propter bonam ſpem,quæ de illo erat.I.V.34.a.

O Dij immortales quem iam oſtenditis exitum nobis? quam ſpem reip.datis?pro Seſt.22.b.& Ep.62.a. Dare ſpem alicui.

Qui negare noluit,quo plus ſpei Gallis daret.pro Syl.274.b. Fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio uiſa eſt.p Seſt.10.a.&.11.a.C.Marius ſpes ſubſidium q; patriæ. Adoleſcens ſumma ſpe & animi & ingenij præditus.I.A.169.a.

Adoleſcens non tam re & uoluntate q̃ ſpe & expectatione laudatus.Or.206.b.

Patrimonia ſpe bene tradendi relinquimus, qua poſſumus falli.đ.N.75.a.

In unius hominis quotãnis periculoſe ægrotantis anima poſitas omnes uaſtras ſpes habemus.At.119.a.

Magnam ſpem uitæ ſuæ in alterius exitio ponere.pro S.R.42.b.& de Som.130.a. Nec in pręmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum.

Collocare ſpem maleficij præſentis in incerto futuri temporis euentu.p Quin.15 b.

Et quædam ſpes mihi quidem non magna,ſed in his locis firma.At.121.a.

De ſpe conatuq; depelli.I.C.107.b.

Alia te ratio ad ſpem huius opprimendi excitauit.pro Plan.270.b.& p Dom.218.a.

Pompeius ciuitatem ad ſpem libertatis & priſtinæ dignitatis erexit. Quis enim ullam ullius boni ſpẽ haberet in eo?qui &c.Poſt.206.a.

Eripit mihi ſpem,quæ ſola hominem in miſerijs conſolari poteſt.I.C.119.a.

Si uis improborum ſpem meam fefellerit atq; ſuperauerit.I.C.123.b.

Itaq; beneficij collocãdi ſpem perdidiſtis.p Mur.130.a Eſtis iudicaturi de ſpe bonorum omnium,ſi qua reliqua eſt etiam nunc,quæ fortium ciuium mentes cogitationeſq; ſuſtentet.p Fla.144.b.& ibi. Totus ſtatus ciuitatis & ſpes omniũ in ueſtra poteſtate et in hoc uno iudicio poſita eſt et defixa.

Salus noſtra,quæ ſpe exigua extremaq; pendet.p Plac.244.b. Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit? cum ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis? Ante q̃.193.b. Ingredi in ſpem libertatis.Ep.198.b.&.8.b.

Eximia ſpes.

Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum.đ Am.100.a.

Habere ſpem in fide alicuius.đ In.36.a.

Omnem ſpem delectationis noſtrę,in tua humanitate poſitam habemus.Att.4.b.

Spes homini eſt iniecta non eadem quę mihi.At.49.b.

Magna in ſpe ſum mihi nihil temporis prorogatum iri. At.91.a.

Spes quædam me obtentabat fore ut aliquid conueniret. At.145.a.& ibi.Egroto dum anima eſt.ſpes eſſe dicit.

Omnem ſpẽ habeo exiſtimationis,priuatarũq; rerũ ĩ tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia.At.170.b.

Eſt in magna ſpe Brutus amicus.At.172.a.

Spem infringi & langueſcere iniuriam.Or.197.b.

Et quidem CCCC M.certa,reliqua in ſpe.At.248.a.

Vis me parua ſpe in extremo fundo?At.249.a.

Spes omnis eſt in te.At.279.a.et ibi.Spes libertatis nuſq̃.

Cum ſpe ſum maxima,tum maiore etiam animo. Q.Fr.302.b. Quare magnum fac animum habeas, & ſpem bonam Q.Fr.303.a.

Facis iniuriam Chryſogone,ſi maiorem ſpem emptionis tuę in huius exitio ponis,q̃ in his rebus, quas L.Sylla geſſit.p.S.R.42.b.

Plura ponuntur in ſpe,q̃ in pecunijs.Q.Fr.317.a.

Cedam uita,quæ quanq̃ ſollicita eſt, tamen ſi profutura eſt reip.bona ſpe poſteritatis me conſolatur.Oct.329.a.

Magna Clodio ſpes erat in Milonis morte ꝓpoſita.p Mil.207.b. In ſpem maximam & quemadmodũ cõfido ueriſſimã adducti ſumus,hunc annũ fore etc. p Mil.216.a. Tu idem fer opem,qui ſpem dediſti. p Lig.342.a.

In optima ſpe eſſe debebis.đ Pet.309.b.

Vt fortiſſimis militibus ſpes oſtendatur præmiorũ.I.A.386.a. Frequentia ueſtrum Quir.& alacritatẽ mihi ſummam affert reip.defendendæ,& ſpem recuperandę libertatis.I.A.191.b.&.202.b.Magnam ſpem in eius uirtute reſp.ri ponit otij,pacis,concordię.&.209.b.Senatus ad authoritatis priſtinę ſpem reuiuiſcit.

Populari agros non ad ſpem conſtituẽdæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ.I.A.231.a.

Spes alicuius rei explorata.Off.75.b.

Magna ſpe & propè explorata libertatis cauſam ſuſcepimus.I.A.220.b.

Amici iacentem animum excitat,inducitq; in ſpem cogitationemq; meliorem.đ Am.107.a.

Quoniam expectatione rerum bonarũ erigitur animus recte a Colatino ſpes conſecrata eſt.đ.L.175.a.

Nunq̃ exiſtimaui ſpẽ ullam eſſe habituros Milonis inimicos ad eius ſalutem per tales uiros extinguendam. pro Mil.102.b.

Sphæra,ræ. σφαῖρα, globus. Ci.đ.N.35.a. Duæ formę præſtantes ſunt,ex ſolidis globus,ſic σφαῖραν interpretari placet,ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος dicit.

Habent

Habent ſuam ſphęram ſtellæ inerrantes, ab æthereâ cō iunctione ſecretam. đ.N.37.a.
Si in ſphęra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuidun-tur. đ Fat.143.a.
Nam Archimedes lunę, ſolis, quinq; errantium motus in ſphęram alligauit. Tuſc.161.b.&.241.a.
De ſphęris Poſſidonij et Archimedis. đ.N.53.b.et.49.a
Id medium infimum in ſphęra eſt.
Sphęram in ſcenam, ut dicit, attulit Ennius. đ Or.157.b
Spica, cæ. Ci. đ Fin.146.a. Seges ſpicis uberibus & cre-bris. Viriditas herbeſcens &c. cum è uaginis emerſe-rit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra aui-um minorū morſum munitur uallo ariſtarū. đ Sen.88.a
Spiculum, li. Ci.I.P.93.a. L.Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt alpes, ut etc.
Epaminundas tum deniq; ſibi auelli iubet ſpiculum. Epiſt.68.a.
Spicum. Ci. đ.N.47.b. Spicum illuſtre tenens ſplenden-ti corpore uirgo.
Spina, næ. Ci. đ.N.50.a. Animantes aliæ ſpinis hirſutę aliæ uilis ueſtitæ.
Illa uſq; ad ſpinam mergens ſe cærula condit. In Arat.
Spinæ diſſerēdi đ Fin.124.a.et.107.b. Spinas uellere.
Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhęſit. Ci. In Arat.
Spinoſus, a, um. Ci. Or.207.a. Poſtea Dialectici ſpino-ſiora multa pepererunt.
ſpinoſa & exilis oratio. đ Or.91.b.
Subtile ac ſpinoſum diſputandi genus. đ Fin.90.b.
Hæc enim ſpinoſiora prius me ut confitear cogunt, ꝗ ut aſſentiar. Tuſc.151.b.
Spirabilis, le. flabilis, animalis. Ci. Tuſc.156.b. Sine illi ſint animales id eſt ſpirabiles. &.163.a. Sed ſit ignea, ſit ſpirabilem.
Animum illum ſpirabilem ſumpſimus ab aere eo, quem ſpiritu ducimus. đ.N.29.b.&.44.a. Hæc animalis ſpi-rabiliſq; natura, cui nomen eſt aer.
Spiratus, tus. uiuus. Ci. ꝑ Mil.119.a.
Spiritus, tus. anima, inſpiratio & reſpiratio, habitus flamē. Ci. đ.N.53.a. Tribus rebus animantium uita tenetur, ci-bo, potione, ſpiritu. & ibi. Aſpera arteria excipit ani-mam eam, quę ducta eſt ſpiritu, eandemq; a pulmonibus reſpirat. & ibi. Os adiunctum naribus ſpiritu augetur. & ibi. In pulmonibus ineſt raritas ad hauriendum ſpiri-tum aptiſſima. &.54.b. Anima, quæ ſpiritu in pulmo-nes ducitur, caleſcit primum ab ipſo ſpiritu, deinde &c.
Aer ille, quem ſpiritu ducimus. đ.N.29.b.&.46.a. Aer ſpiritu ductus alit animantes.
Aer cœli tenuitate & calore temperatus uitalem & ſa-lutarem ſpiritum præbet animantibus. đ.N.49.a.
Sanguis per uenas in totum corpus diffunditur, & ſpiri-tus per arterias. đ.N.54.a.
Quid eſt tam commune, ꝗ ſpiritus uiuis, terra mortuis? Or.206.b & ꝑ.S.R.30.a.
Demoſthenes, cum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, ut &c. de Or.108.a. In puero refert ex qua affectione cœli pri-mum ſpiritum duxerit. đ.D 129.a.
Spiritus, quem ducimus. ꝑ.S.R.40.a.& Ad Her.34.b.
Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus duceba-tur. &.40.b. Cum magno ſpiritu.
Si ſpiritum ducit uiuit. đ In.58.a. Libere ſpiritum du-cendi nullam habea poteſtatem. Anteꝗ.197.a.
Vt poſſimus ad id tempus reip. ſpiritum ducere. Epiſt. 243.b. Animæ interclusio & anguſtię ſpiritus. đ Or. 159.b. ibi. Longiſſima eſt complexio uerborum, quæ uo-lui una ſpiritu poteſt.
Ita mihi uidetur non minus ſtomachi noſtro Cæſari feciſſe. At.73.b. et .93.b. *In quo tamen illud mihi riſum magis q̃ ſtomachum mouere ſolet.*

Strabo, onis. *qui oculis eſt peruerſis.*

Ci. ď.N.17.a. *Ecquos ſi non tam ſtrabones, at petulos eſſe arbitramur?*

Strages, gis. Ci. Poſtq̃.205.b. *Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus paululum a mea cauſa receſſerunt.*

Ille autem quas fecit ſtrages ubicunq; poſuit ueſtigia? I.A.189.b. et ď Leg.180.a. *Sed ille quas ſtrages edidit?* *Stragem horribilem cædemq; uereri.* ď D.84.b.

Quas ego pugnas et ſtrages edidi? At.20.b.

Stragula ueſtis. Ci.I.V.213.a. *Per triennium quæ iſti plena domo telarum ſtragulam ueſtem confecit, nihil niſi conchylio tinctum.* et .81.b. et .112.b. et p.S.R.40.a.

Strapulum, li. *periſtroma.* Ci.Tuſ 240.a. *Collocari iuſſit hominẽ in aureo lecto ſtrato pulcherrime, textili ſtragulo magnificis operibus picto.*

Strangulo, as. *faucibus premo, ſuffoco.* Ci.Ep.124.a. *Cęſaris hoſpitem acceptis nummis comprehendit ac ſtrangulauit.* et .140.a. *Ille patrem ſtrangulauit.*

Stranguria, riæ. Ci.Tuſ.203.a. *Quamuis idem forticulũ ſe in torminibus et in ſtranguria ſua præbeat.*

Stratagema, tis. Ci.ď.N.62.b. *Conſilium illud imperatorum fuit, quod græci στρατήγηματα appellant.*

Rufio noſter ſtratagemate alto pcuſſit Veſtoriũ. At.69.a

Stratum, ti. *periſtroma.*

Ci.Tuſ.240.a. *Collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrime, textili ſtragulo magnificis operibus picto.* aliter, *ſtrato pulcherrimo.*

Stratus,

Stratus,a,um. Ci.I.A.173.a.*Lectus ſtratus conchylia to periſtromate.* & Ad Her.40.a.*Triclinium ſtratum.*
Afflictus & ſtratus. Tuſ.106.b.
Quem ſinguli ſtratum atq; abiectum ſubleuaſtis. Ante q̃. 196.b.& At.156.b.*ſtratus ad pedes alicuius.*
Hoc eſt altius q̃ ut id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. đ Or.144.b.

Strenue. Ci.Q.Fr.309.b.*Domus utriusq; noſtrum ædificatur ſtrenue.* & At.259.a.
Is tamen egit ſanè ſtrenue & agit. & Her.20.b.
Sanè ſtrenue accepi tuas literas. Ep.236.a.
Pro illis ſtrenue arma caperent. ꝓ Rab.96.a.
Magis commo de q̃ ſtrenue nauigaui. At.155.a. & Ad Her.40.a.*Puer ſatis ſtrenue & concinne oia cõparat.*

Strenuus,a,um. X.*ignauus.* Ci.At.241.a.*Noli me tã ſtrenuum putare,ut ante nonas recurram.*
Vt cognoſceret te ſi minus fortem, attamen ſtrenuum. I.A.175.b.

Strepitus,tus. Ci.Top.225.a.*Pedum crepitus, & ſtrepitus hominum.* & đ Cl.194.b.*Srepitus fori.* & ꝯ Rul.87.b.*Strepitus fulminum.* & đ L.160.a.
In agro latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. de Ar.248.a. *Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum.* Ep.112.b.
Heri neſcioquid in ſtrepitu uideor exaudiſſe. At.220.b

Strepo,pis. Ci.đ.D.86.a.*Cum Achiui cœpiſſent inter ſe ſtrepere &c.*

Stricte,reſtricte. Ci.đ Am.107.a.*Stricte obſeruare ne plus reddas q̃ acceperis.*

Strictim, compreſſius. Ci đ.N.63.b.*Quibus de quæſtionibus tu ſtrictim,noſtri multa ſolent dicere.*
Quę copioſiſſime dici poſſunt,breuiter a me ſtrictimq; dicuntur. ꝓ Clu.25.b.
Videamus nunc ſtrictim,quæ &c. ꝓ S.R.34.a.
Strictim attingere aliquem librum. At.21.a.

Strictus,a,um. Ci.I.A.164.b.*Cum tu illum gladio ſtricto inſecutus es.*

Stridor,oris. Ci.Tuſc.250 b.*Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt,cum acuitur.* &.162.b. *Horrifer aquilonis ſtridor &c* & đ.D.82.a.*Aut denſus ſtridor &c.*
Veri ac fortis Tribuni Pl.ſtridorem unum perferre nõ poſſit. ꝯ Rul.80.a.

Strigilis,lis. Ci.đ Fin.113.a.*Si ad illam ampulla aut ſtrigilis accedat.*

Strigoſus a,um. *gracilis, tenuis, ſubtilis.*
Ci.đ Cla 170.a.*Verum eſt certe genere toto ſtrigoſior.* i. *habitu orationis minus opime.*

Stringo,gis. *comprimo.* Ci.Off 74.b.*Nullũ uinculũ ad ſtrigẽdã fidẽ iureiurãdo maiores arctius eſſe noluerũt.*
Cum tu illum gladio ſtricto inſecutus es. I.A.164.b.

Strophium,phy. Ci đ Ar.254.a *P.Clodius a Strophio a Pſaltrio &c. factus eſt repente popularis.*

Structor,oris. Ci.Q.Fr.310.a.*In aream tuam ueni,res agebatur multis ſtructoribus.*
Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti inanes redierunt. At.223.a.

Structura,ræ. Ci đ Op.243.a.*Verborum eſt ſtructura quædam.* & đ Cla.167.a.*Verborum quaſi ſtructura.*
Vt fiat quaſi ſtructura quædam. Or.210.b.

Structus,a um. Ci.đ Sen.88.a.*Frugem ſpicæ ordine ſtructã* & Or.209.b.*Res collocatæ & quaſi ſtructę nexæ.* & Tuſ.155.b.*Speluncæ ſaxis ſtructæ aſperis.*

Struma,mæ. Ci.Att.28.b. *Demq; Vatiny ſtrumam ſacerdoty* διβάφῳ *ueſtiant.*
Hi medentur reip qui execant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis. ꝓ Seſt.26.a.

Struo,is. *molior.* Ci.Off.330.a.*Aduerſus,quos aciem ſtruit* *Collocationis eſt componere & ſtruere uerba.* đ Or.158.b.& Or.220.a.*Compoſita oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere.permutatione uerborum.*
In poſterũ bellum ἀκήρυκτον *ſtrui exiſtimo.* Att.145.b
Sed dices me ipſum mihi ſolitudinem ſtruere. At.81.a.
Ex his locis & odium in alios ſtruere diſcemus, & a nobis & a noſtris dimouere. đ Ora.117.a. & de Cla.190.b. *Struere & moliri aliquid calamitatis cupiã.* pro Clu.55.a.
Reliqua ad iacturam ſtruentur. Q.Fra.327.a. *aliter, reſeruentur.*
Struere controuerſiam de nomine. Ad Her.14.b.et Ep.85.b.*Struere periculum ruinæ.*

Studens,tis. Ci.ꝓ Plan.277.b.*Hiſce ego auxilijs ſtudẽtibus atq; incitatus uti poteram.*

Studeo, des. *ſtudium uel operam do, ſtudium in aliqua re pono, faueo, cupio.*
Ci.đ Or.85.b. *Nemo ferè ſtuduiſſe ei ſcientiæ uehementius uidetur,quin quod uoluerit conſecutus ſit.* & I.V.61.a.*Si optimis a pueritia diſciplinis atq; artibus ſtuduiſſes.* & Ep.8.b.
In hoc orationum genere cui nunc ſtudes. Or.200 b.
Nunc quibus ſtudendum rebus eſſet,accepimus. đ Ora.202.a. *Demoſthenes eius ipſius artis cui ſtudebat,primam literam non poterat dicere.* đ Or.108.a.
Si ab adoleſcentia iuri ciuili minus ſtuduerimus. đ Ora.207.a.& đ L.158.a. *C.Sulpitius Gallus maxime omnium græcis literis ſtuduit.* đ Cla.171.a.& 195.a.
Studere literis,quibus fons eloquentiæ continentur.
Cum uero literas ſtudere incipit & belluo immanis cũ græculis philoſophari tũ eſt Epicureus. Poſt.207.a.& đ Fin.125.b.*Vt id ipſum,qđ ſtudet,facere poſſit ornatius.* & Ep.109.b.*Facile cognoui ex tuis literis,qđ ſemper ſtudui, in &c.* & I.A.208.b.*Vnum ſentitis omnes, unum ſtudetis M.Antony furorem extinguere.*
At hic noſter ad hoc unum eſt natus,huic generi ſtudet uni Or.205.b. *Studere laudi et dignitati.* đ Fin.121.a & đ D..94.a.*Tumq;,uel maxime laudi ſtudent.*
Cui rei, cui gloriæ, cui uirtuti ſtudes? patrimonio ne augendo?at &c. đ Or.129.b. *Si partes,quibus illi ſtudent lædantur.* Ad Her.14.a. *Cur quenq̃ ut ſtudeat tibi,ut te adiuuet,rogas?* ꝓ Mur.142.b.
Nemo Arpinas non plancio ſtuduit. ꝓ Plan.263.b.
Multi boni adoleſcentes illi homini nequam atq; improbo ſtuduerunt. ꝓ Cæl.39.a.& .b. *Cælius ſtuduit Catilinæ iterum petenti.*
Pompeius Scauro ſtudet,utrum fronte an mente dubitatur. Att.62.b.
Ego ſemper otio ſtudui. I.A.216.a.

Cum ſero ſentiunt fruſtra ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe aut im perÿs, aut opibus, aut gloriæ. đ Fin.61.a.
Quoniam quiſq; reip ſtuduit, tantum tibi fuit aut ami- cus aut inimicus. In Sal.273.b.
Cælius ſtuduit præturæ. ꝓ Cæl.42.b.
Studere rebus nouis. I.C.97.b.
Stude uerum inuenire. Ad Her.33.b.
Parẽs difficilis qui te nec amet nec ſtudeat tui. đ.N.74.b
Scire igitur ſtudeo quid egeris. At.210.a.
Studeo ex te audire, quæ &c. Top.229.b. & ꝓ.S.R. 42.b. *Studeo facere aliquid.* & đ Fin.126.a. *Studeo au- dire quid &c.*
Ars demõſtrat ubi ſit illud, quod ſtudeas inuenire. đ Or. 122.a. & .93.b. *Ego uero inquit iſtis obſequi ſtudeo.*
Nos Lepidum bonore ſtudemus a furore reuocare. At. 283 b.
Quos ego non tam ulciſci ſtudeo q̃ ſanare. I.C.108.a.
Diſſenſionẽ naſcentem extingui ſumme ſtudui. Ep.179.b
Gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cogno- ſcere. đ Cla.186.a.
Noſtri imperatores ex hac una re maxime laudem ca- pere ſtudebant. Off.38.a.
Hoc caue te põto ſtudeas committere menſe. In Arat.
Sed idem Ælius Stoicus eſſe uoluit, orator autem nec ſtu duit unq̃ nec fuit. đ Cla.183.a.

Studioſe. *cupide, ſtudio.*
Ci. đ Cla.173.a *Studioſe audire aliquem.* & At.261.b
Studioſe diligenterq; curare aliquid.
Quare ſtudioſe attendo te. đ Fin.98.b.
Non ſtudio accuſo ſed officio defendo. ꝓ.S.R.33.b.
Libenter ſtudioſeq; audire. I.V.60.b.
Studioſe pila ludere. đ Or.132.a.

Studioſus, a, um. *cupidus, amans, obſeruans, qui literis de- lectatur, cui aliqua res in ſtudio eſt, qui ſtudio eſt alicu- ius, alicuius rei ſtudio præditus.*
Ci. I.V.132.a. *Quem in prouincia exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimum cupidiſſimumq; cognoui.*
Iſte reſtituendi mei q̃ retinendi ſtudioſior. At.120.a. & 50.a. *Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos.* & đ Cla. 170.a. *Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui etc. et* Ep.6.b
Democritus ſtudioſus nobilitatis. Acad.31.a.
Vir dicendi ſtudioſus. đ Or.107.a. & Ep.48.a. *Studio- ſus doctrinarum.*
Homo et acutus ut Pœnus & ualde ſtudioſus. Aca.24.b.
Suſcepi laborem utilem ſtudioſis. đ Opt.244.a.
Is ſummo ſtudio eſt Pæonis ſui præceptoris. Q.Fr.323.a & Tuſ.182.b. *Quibus magis labor in ſtudio eſt q̃ otiũ.*
Studioſus ac fautor. At.12.a.
Attici noſtri te ualde ſtudioſum eſſe cognoui.

Studium, dÿ. *cupiditas, beneuolentia, ſingularis uoluntas in aliquem uoluntas in aliquem propenſa, animi uolun tas propenſa.* Ci. đ In.50.b. *Studiũ eſt aſſidua ac ue- hemens ad aliquam rem applicata magna cum uolunta- te occupatio, ut philoſophiæ, poetices, geometriæ, literarũ.*
Vt ſtudia cupiditateſq; bonorum ambitioneſq; ex omni- bus ciuitatibus tollerentur. & đ.N.3.a. *Vnde hac philo- ſophandi ſubito ſtudium extitit.*
Cupiditas & ſtudium defendende ueritatis. I.V.83.a.
Alicuius ſtudio ac cupiditati morẽ gerere. ꝓ Quin.2.a.
Me ambitio quædam ad honorũ ſtudiũ duxit. At.140.b.
Incenſus ſtudio dicendi. đ Ora.108.b. & At.260.a. & Top.221.a. *Cum cernerem te ardere ſtudio.*
Quorum ſtudio legendi meum ſcribendi ſtudium uehe- menter in dies incitatur. đ D.109.b.
Declaratur aũt ſtudiũ bellicæ gloriæ, qđ etc. Off.13.a.
Deinde ad inueſtigandũ ueritatem ſtudio incitato. Tuſ. 241.b. *Cum claſſis ſtudio inflammato ad Italiam ra- peretur.* ꝓ Pom.7.b. *Admirabili quodam ad philoſo phandum ſtudio concitatus.* đ Cla.193.b.
Summum me totum ſtudium tenet. At.6.b. & Acad.39. b. *Teneri ſtudio alicuius rei.*
Ego qui ab ineunte ætate incenſus ſum ſtudio utriuſq; ueſtrum &c. đ Or.93.a. & ibi. *Qđ ego non ſuperbia fe ci neq; quo tuo ſtudio rectiſſimo atq; optimo non obſequi uellem.* *Iuuenes magna ſpectare & ad ea rectis ſtu- dÿs debent contendere.* Off 42.a.
Ardeo ſtudio hiſtoriæ. At.260.a.
Studium flagrans. đ Or.164.b.
Ardere ſtudio faciendi aliquid. Acad.17.a.
Ardenti ſtudio facere aliquid. đ Fin.77.b.
Nobis ſtudium illud dicendi acerrimum defuit. đ Or.92 b. & At.5.a. *Efferri ſtudio in aliqua re.* & đ.N.63.a. *Sed elatus ſtudio longior fui.* *Qui omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent* Q.Fr.295.b.
Adhibere multum ſtudÿ ad dicendum & ad omnes bo- narum rerum diſciplinas. đ Cla.178.a.
Ponere multum ſtudium in aliqua re. đ Fin.49.a.
Qui in his artibus cognoſcendis atq; tractandis ſtudium ſuum omne poſuerunt đ Or.90.a.
Qui in rerũ contemplatione ſtudia ponebãt. Tuſ.229.b
Dare ſtudium ſuum alicui arti. Ep.48.a.
Cohortatione alicuius concitari ad ſtudium cognoſcen- dæ uirtutis. đ Or.102.a. *Cui in doctrina cui in uirtu te atq; humanitate percipienda plurimum a pueritia ſtu dÿ fuiſſet, & temporis.* Q.Fr.291.b.
Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſſimili rõne. I.C.106 a.
Hic habuit ſtudia ſuorũ ardentia. ꝓ Plan.263.a. et.268 a. *Comitÿs ædilitÿs ſtudium eſt populi non iudicium.*
Ego autem iuris ciuilis ſtudio multam operæ dabam Q. Scæuolæ. đ Cla.193.b.
Sine ſtudÿs diſſenſionis ſententias dicere. ꝓ Dom.239.b & ꝓ Quin.12.b. *Studium partium.*
Aliqui ex ciuilibus ſtudÿs atq; obtrectatione domeſtica inimici. ꝓ Font.279.b. & ibi. *Cum ſtudiorum ſuorũ ob- trectationem ſuſtuliſſent.*
Is uitia quæ ab natura habet, etiam ſtudio atq; artificio quodam malitiæ condiuit. ꝓ Clu.32.b.
Gaditani ab omni ſtudio ſenſuq; pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenq; flexerunt. ꝓ Cor.63.a.
Qui non ſtudia uirtutis non ullum exiſtimationis bonæ fructum unq̃ cogitarat. ꝓ Clu.25.a.
Studium ſemper adſit, cunctatio abſit. đ Am.104.b.
Patris ſtudium in filÿs erudiendis. đ Or.108.b.
Pro meo ſtudio quod in uos habui ſemper. đ In.75.a.
Tua erga me officia plẽa tui ſuauiſſimi ſtudÿ. At.123.b
Cognoui tua ſtudia in amicos etiam in te amicorum. At.

264.b.& .284.b.Studium tuum curaq; de ſalute mea.
In illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium populus rom. tribuit abſenti.I.A.169.b.
Tibi polliceor eximium & ſingulare meum ſtudiũ. Ep. 64.b.&.I.C.123.b.Pro meis ĩ uos ſingularibus ſtudijs.
Studium ergo me tuum multis rebus perſpexi. Ep.60.b.
Hæc amicorum ſtudia debilitant.ꝑ Mur.134.b. & ibi. Amici ſtudia deponunt.
Cum tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari uoluntate cãpaniæ uicinitatis ornetur.ꝑ Rab.92.b.
Te hortor pro tuo ſingulari perpetuoq; ſtudio in remp. ut &c. At.126.b.
Tibi omnes nauare operam & ſtudiũ uolũt. At.277.b.
Vellem Bruto tuũ ſtudiũ nauare potuiſſes.ď Or.240.a. &.245.a.Ex omnibus in Dolobella ſtudijs in me & officijs, quæ ſumma ſunt, hoc ſcito mihi &c.
Cicero noſter ſummo ſtudio eſt Pæonij ſui rhetoris &c. Q.Fr.313.b.
Tacito ipſo officio & ſtudio quod habebat erga propinquum ſuum, quem uis commoueret.ꝑ Quint.14.a.
Omnia in te ipſum ſumma & ſingularia ſtudia debeo. Ep.10 b. Te rogo ut omnia tua ſtudia in eum conferas.Q.Fr.315.b.
Pompeius ſignificat ſtudiũ erga me non mediocre. At.
Studia delectationis, ut ludus, iocus, cõuiuium. X. ſtudia laudis &c.ꝑ Cæl.47.a.
Neq; enim ad ludum & iocum facti eſſe uidemur, ſed ad ſeueritatem potius & ad quædam ſtudia grauiora, atque maiora.Off.21.a.
Plato ſtudij & delectationis non reip. cauſa ſcripſit leges.ď Leg.172.a.
Studium colendi agri a patribus familias maxime laudatur.ꝑ.S.R.26.a.& ibi.Studium, quod ad agrum colendum attinet.
Sunt pueritiæ certa ſtudia.ď Sen.92.b.&.93.a.Sunt extrema quædam ſtudia ſenectutis.
Suo quiſq; ſtudio maxime ducitur.ď Fin.125.a.
Lacænæ uirgines, quibus magis palæſtra, eurotas, ſol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt, q̃ fertilitas barbara. Tuſc. 182.b.& ꝑ.S.R.41.b.Me in eo ſtudio eſſe confiteor.
In ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid atq; diſcendi remoti ab oculis populi omne otium tempusq; contriuimus. ď Am.115.b.
Studia doctrinę pariter cum ætate creſcunt.ď Sen.87.a. & ibi.Si uero habet aliquid tanq̃ pabulum ſtudij atq; doctrinæ nihil eſt otioſa ſenectute iucundius.
An ille uir illa humanitate præditus, illis ſtudijs, artibus, atq; doctrina, potuiſſet &c.ꝑ Cæl.49.a.
Viri literati ac ſtudijs doctrinisq; dediti.ꝑ Cor.55.a.
Tum priſtinis orbati muneribus hęc ſtudia renouare cœpimus ď D.109.b.
Hirtius his ſtudijs, in quibus nos a pueritia uiximus, deditus.ď Fat.140.a.& ibi.b. Nec enim oratoria illa ſtudia deſerui.& ibi. Non tu quidem oratorias exercitationes, ut ſpero, reliquiſti.
Quare pergite adoleſcentes & in ſtudium, in quo eſtis incumbite.ď Or.87.b.
Homo a iuris ſtudio non abhorrens.ď Or.99.b.
In ſtudijs ac literis noſtris conſumo oẽ tẽpus. At.124.b.
Hiſce ego cohortationibus Craſſe ad ſtudium & ad laborem incitandos iuuenes uehementer aſſentior, cætera quæ collegiſti ex uarijs & diuerſis ſtudijs & artibus ab oratoris proprio officio atq; munere ſeiuncta eſſe arbitror. ď Or.108.a. &.107.b.In omni recto ſtudio atq; humanitate uerſari.et.93.a.Totius huius uel ſtudij uel artificij, uel facultatis diſputatio.
Demetrius & doctrinæ ſtudijs & regenda ciuitate princeps eſt.ď Leg.187.a.
Ciuitates totas malis ſtudijs malisq; doctrinis repente euerti ď Leg.177.b.
Nos ea, quę cõſecuti ſumus, his ſtudijs et artibus eſſe adeptos, quæ ſunt nobis a Gręciæ traditæ. Q.Fr.295.b.& 294.a.Vir optimarum artium ſtudijs eruditus.
In maximis occupationibus nunq̃ intermiſis ſtudia doctrinæ.Or.200.a.
Vir eruditiſſimis hominibus & liberaliſſimis ſtudiis affluens.ꝑ Arch.186.a.In ſtudiis humanitatis ac literarũ uerſari.ibidem. Qui in artium ſtudiis liberaliſſimis ſunt doctrinisq; uerſati.ď Or.85.b.
Retuli me ad literas & ſtudia noſtra.At.65.a.
Studium doctrinæ atq; humanitatis.ꝑ Cæl.42.a.& ibi.
Adoleſcẽs rectiſſimis ſtudiis atq; optimis artibus ꝓditus.
Archias ſe ad ſcribendi ſtudium contulit.ꝑ Arch.186.a &.185.b.Ratio aliqua ab optimarum artium ſtudiis & diſciplina profecta.
Cato recentibus pręceptorum ſtudiis flagrans.pro Mur. 139.b.&.130.b.Qui oratores euadere non poſſunt, ad iuris ſtudium deuenire.
Si cui forte uideor plusq̃ cæteri, qui &c. uerſari in ſtudio literarum.ď Ar.147.b.
Exercere ſtudia literarum.Ep.130.a.
Deditus ſtudio literarum.ď Cla.171.b.
Vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ quoq; impertiat.ď Fin.125.b.& ď D.102.b.Cohortari aliquem ad ſtudium philoſophiæ.
Extra græciã magna dicendi ſtudia fuerũt.ď Cl.169.a
Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi.Off.1.a.
Cæterarum artium ſtudia ferè reconditis è fontibus hauriuntur.ď Or.86.a.&.85.b.Studia, quę reconditis in artibus & in quadam uarietate literarum uerſantur.
Referre ſe ad ſtudia literarum.Ep.9.a. & ď Ora.85.a.
Referre animum ad ſtudia &c.
Euigilare in ſtudio. At.282.a. & ď Or.146.b.Vacare ſtudiis. Verrq; noſtrum ad ſuum ſtudium libros euoluebat.Top.211.a.
Græci otio ſtudioq; abundantes.ď Or.86.b. & Ep.83. a.Plurimo doctrinæ ſtudio.
Quibus palęſtra, labor, militia in ſtudio eſt.Tuſ.181.b.
Voluntas & ſtudium ferè idem.ď In.74.b.
Studium & beneuolentia idem.Off.44.a.
Voluntas, ſtudium, cupiditas.At.194 b.
Et tum in ſtudiis ueſtris tanta animorũ declarata eſt uoluntas, ut &c.Poſtq̃.198.b.
Stulte. dementer, inſipienter, incaute.
Ci.At.108.a.Stulte & incaute omnia agi uideo. & de Or.134.a.l.Stultus.

Et ſi ſcripſeram ad te tunc ſtulte. At.103.a.
Stulte arrogans. đ Leg.

Stultitia,tiæ. *fatuitas.* Ci.Tuſ.192.b.*Stultitiam enim cen ſuerunt inconſtantiam, ideſt ſanitate uacantem.*
Ita ſtirpes ſunt aliæ ſtultitiæ Tuſ.193.a. & .206.b.*Eſt proprium ſtultitiæ aliorum uitia cernere,obliuiſci ſuorũ.*
Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt. đ.N.6.b.
Oratoris peccatum ſtultitię peccatum uidetur,ſtultitia au tem excuſationem non habet. đ Or.95.a.&.156.a.*Ma lo indiſertam prudentiam q̃ ſtultitiam loquacem.*
O delirationem incredibilem,non enim omnis error ſtul titia eſt dicenda. đ D.127.a.
Stultitia eſt a quibus bona precamur,ab ijs dantibus nolle ſumere. đ.N.77.a.
Sed huius facti ſtultitiam,maior iam ſuperior ſtultitia de fendit. ꝓ R.P.126.a.

Stultus,a,um. *fatuus, delirus, mentecaptus,male ſanus, demens, amens, nullius conſilij.*
Ci.Ep.140.b.*Stultorum plena ſunt omnia.*
Vt hominem ſtultum etiam magis infatuet,mercede publi ca I.A.187.b.
O ſtultos Camillos,o amentem Paulum. I.P.92.a.
Stulto ſapientis orationem affingere. Or.203.b.
Non ſtultum quaſi ſtulte cum ſale dicere aliquid. đ Or. 134.a. *Stultus auditor & credulus.* X. *ſapiẽs iudex.* ꝓ Font.278.b.
Senex ſtultus,credulus,obliuioſus. đ Sen.84.a.
Hæc eſt in fabulis ſtultiſſima perſona credulorum atq; improuidorum ſenum. đ Am.114.a.

Stupeſio,fis. Ci đ Or.147.b. *In quo igitur homines ex horreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?*

Stupeo,es. Ci.I.V.255.a.*Confirmant ipſi ſe,cum is etiã tum ſemiſomnis ſtuperet.* & At.108.a.*Sed ſtupent oẽs.*
Quę cum intuerer ſtupens,quis inq̃ & cet. đ Som.128.b.
Hæc cum loqueris,nos Varrones ſtupemus. đ Fin.80.b.

Stupeſco,ſcis. Ci.đ Or.152.a. *Aſpicere,admirari,ſtu peſcere.*

Stupiditas,tis. Ci.I.A.175.b. *In quo primum incredibi lem ſtupiditatem hominis cognoſcite.*

Stupidus,a,um. *ſtupens, bardus.*
Ci.đ Fat.142.a.*Zopirus phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardum.*
Actionis tabula te ſtupidum detinet. Parad.123.a.
Omnes ſtupidi timore obmutuerunt. Ad Her.40.a.

Stupor,oris. Ci.Tuſ.192.b.*Immanitas in animo,ſtupor in corpore.*
Sed ſtuporem hoĩs uel dicam pecudis uidete. I.A.166.a &.182.b.*Qui morbo aliquo uel ſenſus ſtupore ſuauita tem cibi non ſentiunt.*
Eamq; animi duritiam ſicut corporis,quæ cum uritur non ſentit,ſtuporem potius q̃ uirtutem putarẽ. ꝓ Do.232.b.
Si autem id non ſentit,periculum eſt,ne ſe ſtuporis excu ſatione defendat. đ Ar.244 b.
Qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemq; cordis co gnomen ex ignominia traxit. I.A.186.b. & I.P.79.b.
Stupor debilitasq; linguæ,tarditas ingenij.
Quis te tãtus ſtupor oppreſſit? ut nõ ſcias etc. I.A.173. a.& .166.a.*Eſto ſit in uerbis tuis hic ſtupor,quanto in re bus ſententijsq; maior?*

Stupro,as. *conſtupro,ſtuprũ infero, ſtuprum offero,uim affero, pudicitiam eripio, ſtuprum cum aliqua facio.*
Ci.Ep.66.a.*Qui tot ingenuas matres familias ſtupra uit.* & đ Fi.140.a.*Virginius interfecit filiã,ne ſtupraret.*
Stuprata per uim Lucretia. đ Fin.78.b.*a regis filio* &c.
Qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut ſtu prando. ꝓ Dom.238.a.
Puluinar quod ſtupraras. đ Ar.251.a.

Stuprum,pri. Ci.Off.59.b.*Gyges reginæ ſtuprum intu lit.* & Parad.120.a.*In aliquam domum ſtuprũ inferre.*
Clodius ſtuprũ bonę deæ puluinaribus intulit. I.P.100 a.& đ Ar.245.b.& đ Leg.171.a.*Sex.Tarquinius uim Lucretiæ attulit. Lucretia per uim oblatum ſtuprum uoluntaria morte luit.* đ Fin.140.a.
Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprũ. đ.N.73 a.& I.C.106.a.*Quod nefariũ ſtuprum non per illum.*
A me luxuries ac ſtupra Caſſij pœnas repetunt. Anteq̃. 191.b. *Conſul proceſſit ſomni, uini, ſtupri plenus.* Poſtq̃.206.b. *Stupra dico & corruptelas & adulte ria,inceſta deniq;.* Tuſ.225.b.
Iſte,qui non ſolum aſpectu ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit cærimonias. ꝓ Dom.234.b.
Pop.rom.pro turpi ſtupro datus i ſeruitutẽ Off.331.b
Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. ꝓ Mil.115.a.

Stylus,li. Ci.đ Or.97.a.*Stylus optimus dicendi effector & magiſter.* & ibi.*Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant neceſ ſe eſt.* &.107.b.*Stylus perfector dicendi ac magiſter.* & đ Cla.273.a.*Etiam artifex,ut ita dicam ſtylus.* & Ep. 207.a *Stylus dicendi opifex.*
Hãc ad legẽ cũ exercitatione tũ ſtylo,qui & alia et hoc maxime ornat & limat, formanda nobis oratio eſt. de Or.160.b.& ibi.*Conſuetudo illa ſit dicendi atq; ſcribẽ di.* &.217.b.*In ſumma ubertate ineſt luxuries quędam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. Sed tamen ſtylus exercita tus efficiet facile hanc uiam componendi.* Or.210.b.
Orationes Attico ſtylo ſcripię. đ Cla.279.b. &.172.b.
Dein cum otioſus ſtylum prehẽderat,flaccſcebat oratio.
Vertere ſtylum in tabulis ſuis. I.V.129.a.
Cum cætera ſcelera ſtylo illo impuro Sex. Clodius con ſcripſiſſet. đ Ar.246.a.
Mucro ſtyli Cenſorij. l.Mucro.
Cum præſertim adhuc ſtyli pœnas dem. Ep.85.a.
Vnus enim ſonus eſt totius orationis,& idem ſtylus. de Cla.173.b.

Styx,gis. Ci.đ.N.68.a.*Et illi qui fluere apud inferos di cuntur,acheron,cocytus, ſtyx,phlegeton.*

Suada,dæ. *latine, græce* πειθὼ.
Ci đ Cla.169.b.πειθὼ,*quam græci uocant,hanc ſuadã appellauit Ennius.* & ibi.*Cethegum illi homines florem populi eſſe dixerũt,ſuadæq; medullam.* & đ Sen.87.b. *M.Cethegus,quem recte ſuadæ medullam dixit Ennius.*

Suadeo,des. *ſum author, hortor, moneo, ſuaſor & au thor ſum alicuius rei.*
Ci.Ep.204.a. *Hæc eo ſpectant,ut te horter & ſuadeã, reliqua ſunt,quę pertinent ad rogandum.*
Nam poſtea me ut ſibi eſſem legatus non ſolum ſuaſit ſed

etiam

etiam rogauit.đ Pro.78.a.
Niſi mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in uita &c. ꝓ Arch.188.a. Tu quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum puto.At.217.b.
Nemo eſt qui ſapientius tibi ſuadere poſſit te ipſo.Ep.21 a.&.97.a.Primum cœpi ſuadere pacem & infra. Suadere inſtitui,ut bellum duceret.
Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarē Pompeio ſuaſerim.I.A.165.a. In ſuadendo nihil eſt optabilius q̃ dignitas đ Or.139 a.
Quo in ſuadendo plus authoritatis haberem. At.123.b.
M.Cato legem ſuadens in Galbam multa dixit. đ Cla. 372.b.& đ Sen.80.a.Cum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus ſuaſiſſem.
Quod ſuades,ut petam &c.id iampridem ago.At.139. b.&.180.a.De obuiam itione ita faciam,ut ſuades.
Memini quid mihi ſuaſeris per Theophanem Culeonē. At.129.a.&.249.b.Gaudeo id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram.
An ego C.Trebonio perſuaſi:cui ne ſuadere quidem auſus eſſem.I.A.165.b.
Suadere rogationem.ꝓ Mil.110.b.
Suaſio,onis. X.*diſſuaſio.* *Ci.Or.200.a.Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit Panegyricum.& đ Or.139.a.Præcepta quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt.*
Suaſio legis Seruiliæ.ꝓ Clu.47.a.
Suaſor,oris. conſuaſor, author, hortator. X.*diſſuaſor. Ci Off.74.a.Atq; huius deditionis ipſe ſuaſor & author fuit.& đ Or.139.a.*
Et ſi quis nō fueris ſuaſor & impulſor ꝓfectionis meæ approbator certe fuiſti. At.256.a. &.263.a.Quanq̃ hæc epiſtola non ſuaſoris eſt ſed rogatoris.&.I.A.154.b.
Nihil intereſt inter ſuaſorē facti et probatorē.I.A.166.b.
Suauiloquens,tis. Ci đ Cla.169.b.Additur orator Cornelius ſuauiloquenti Ore Cethegus.
Suauiloquentia,tiæ. Ci.đ Cla.169.b.Tribuere ſuauiloquentiam alicui.
Suauior,aris.ſuauium do. Ci đ Cl.169.a.L.Brutus,qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acute coniecit. Atticam noſtrā cupio ſuauiari,ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt per te miſſa ab illa.At.253.a.
Suauis,ue.conditus. Ci.ꝓ Cor.61.b.Comes benigni, faciles, ſuaues homines &c.
Odor ſuauis & iucundus.I.V.152.b. X.*teter.*
Hic ſuauis uideri maluit q̃ grauis et ſuauitate ea,qua perfunderet animos,non qua perfringeret.đ Cla.168.a.
Suauitas,tis.ſuauitudo. Ci.đ Sen.89.b.Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. & Off 75.b. Conquirere ſuauitates undiq;. Voluptas;quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam monet.đ Fin.56.b.
Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas & delectatio.đ Or.101.a.&.105.a.Quem omnes amare pro eius eximia ſuauitate debemus.& đ Opt.243.b.Quædam ſuauitas coloris.
Mirifica ſuauitate uillam habeo.Q.Fr.318.b.
Reſponſum eſt ſingulari illum ſuauitate orationis fore.đ D.97.a.& ꝓ Cæl.41.b.Suauitas humanitatis.
Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt.I.A.182.a.
Accedat huc ſuauitas quędam oportet ſermonum atq; morum &c.đ Am.102.b. Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria.đ Or.146.b.
Suauiter.dulciter, iucunde. Ci.đ Or.146.b.Suauiter loqui.& đ Cla.174.b.Solute & ſuauiter dicere.
Epiſtola copioſe & ſuauiter ſcripta.Ep.256.a.& đ Fin. 60.b.Et iucunda iucunde & ſuauiter meminerimus.
Video q̃ ſuauiter uoluptas ſenſibus blādiatur.Aca.25 a.
Suauitudo,nis. Ad Her.20.a.Suauitudo pronūtiationis.
Suauium,uij. Ci.At.259.a.Atticæ,quoniam hilarula eſt meis uerbis ſuauium des.
Sub. in, poſt. Ci.đ.N.45.a.Homines ſub terra habitātes,qui nunq̃ exiſſent ſupra terram.
Gallus captiuus ſub nodis diſtortus, eiecta lingua,buccis fluentibus.đ Or.133.b.
Non paruum ſub hoc uerbo furtum latet.ꝯ Rul.89.a.
Quod non ſub dubia utilitatis ratione effici ſolet.đ Fin. 81.a. Qui cum per ſe remp. lacerare non poſſet, ſub alieno ſcelere deleuit.Poſtq̃ 204.b.
Nullo poſito ſub oculis ſimulachro.đ Vn.201.b.
Sub nomine pacis bellum latet.I.A.242.b.
Sed ille ſub Gnatonis perſona &c.đ Am.113.b.
Subijcere aliquam rem ſub aſpectu oīum.Ad Her.39.a.
Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt.Top.225.b.
Vt Cyprius rex ſub præcone ſubijceretur.ꝓ Do.223.a.
Prima illa &c. ſub iudicium ſapientis & delectum cadunt.đ Fin.102 b.
Cœlum ſub aſpectum & tactum cadit.đ Vn.197.b.
Quod in cernendi ſenſum caderet. đ Vn.196.b. & ibi. Quę ſub aſpectum cadūt.et.199.a.Sub itelligētiā cadēs.
Res ſubiectę ſenſibus & ſubiectę ſub ſenſus.Acad.19.a.
Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti.đ.N.47.b.
Vaporarium ex quo ignis erumpit,eſt ſub tectum cubiculi.Q.Fr.318.a.& ibi.Sub grande cubiculum.
Negotiumq; tranſegiſſes,niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecisſet.I.A.164 a.
Senatus fuit frequentior q̃ putabamus eſſe poſſe menſe decembri ſub dies feſtos.Q.Fr.306.a.
Sed non ſtatim ſub mentionem & conuitium obtrectatorum.Ep.114.a. &.153.a. Sub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ.i.poſt eas. Qui eius artis arrogantia ſubmixi ambulant.đ Or.106 b.
Sub poſteaq̃ literas ad te dedi.At.141.b.
Ὑπὸ τὸν δείλην.At.135.a.i.ſub crepuſculū ueſpertinū.
Cato ſonabat ſubagreſte quiddam planèq; ſub ruſticum. đ Cla.188.b.
Subaccuſo,as. Ci.ꝓ Plan.277.a. Nunc meum diſceſſum quaſi reprehendere & ſubaccuſare noluiſti.
Subactio,onis. Ci.đ Or.120.b.Subactio autem eſt uſus, auditio,lectio,literæ.
Subactus,a,um. Ci.ꝓ Fonte.276.a.b.Galli a noſtris imperatoribus ſubacti & bello domiti. &.281.a.Victi & ſubacti populi.
Subacto mihi ingenio opus eſt,ut agro non ſemel arato ſed nouato & iterato.đ Or.220.b.
Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit. đ Sen.87.b.&.89.b.Humus ſubacta atq; pura.

Subamarus,a,um. Ci đ Fat.141.b.& đ In 47.b.

Subarroganter. Ci.Acad.28.b.Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris &c.

Subauſculto,as. Ci.l.Auſculto.

Subciſiuus,a,um. Ci.đ Or.142.a.Quæ ego ſerò,quę cur ſim arripui,quæ ſubciſiuis operis ut aiunt.

Subciſiua quędam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.đ Leg.157.b.

Nec amicis unq̃ defui,& tamen perfeci operis ſubciſiuis, ut meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferrẽt. I.A.164 b.

Subdifficilis,le. Ci.đ Am.109.a. *Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis.*

Subdiffido,dis. Ci.At.147.a.*Quo die audiui illum tyrannum in concione clariſſimum uirum appellari, ſubdiffidere cœpi.*

Subdititius,a,um. Ci.I.V.249.b.*Subdititius Archipirata.*

Subditus,a,um. Ci.đ.N.31.b.*Aquæ,quę efferueſcũt ſub ditis ignibus.* *Subditus in locũ alterius.*I.V.78.b.

Subdo,dis. Ep.156.b.*Te rogo in Hircy locum me ſubdas.*& ꝑ Do.230.a.*Quis in meum locũ iudicẽ ſubdidit?*

Subdoceo,ces. Ci.At.121.b.*Ciceronesq; noſtros meo potius labore ſubdoceri,q̃ me alium magiſtrum quærere.*

*Subdole & uerſute.*Ci.đ Cla.167.b.

Subduco,cis. ſubtraho, remoueo.

Ci.Q.Fr.324.a.*Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.* *Cato quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras.*ꝑDom.217.a.

*Neq; intelligunt ſe rerum illarum fundamenta ſubducere.*đ Fin.115.b. *Subducere id,quo nititur aduerſariorum cauſa.*đ In 80.a.

*Subduc cibum Athletæ, ferre non poterit.*Tuſ.183.b.

*Claſſem Lacedæmoniorum,quæ ſubducta eſſet ad Gythеum clam incendi poſſe.*Off.61.b.

*Subducere rationes.*Ep 12.a.*Rationibuſq; ſubductis ſummam feci cogitationum mearum.*

*Voluptatũ ne calculis ſubductis pręliũ ineũtẽ*đ Fi.77.a.

*Subducamus ſummam.*At.83.a & ibi.*Aſſidens, ſubducunt ad nummum,conuenit.* *Inita ſubductaq; ratione nefaria ſcelera meditari* đ.N.74.a.

*Hoc quid interſit ſi tuos digitos noui,certe habes ſubductum.*At.83.b.

*Subductio,onis. ſubtractio.*đ Or.120.b.

Subeo,bis. adeo, ingredior, ſuccedo, obijcio, excipio.

Cl.ꝑ Dom.217.b.*Non peccato meo nomen exulis ſubeo ſed re iudicata.*

*Licet omnia in me pericula impendeant.ſuccurram atq; ſubibo.*ꝑ S.R.13.b.

*Quæ omnia mihi ſubeunda ſunt.*Antę̃.196.a.& Att.280.a b.*Summa ſupplicia ſubeunda nobis ſunt.*

*Subire uultum ſuperbiſſimum inimici.*ꝑ Quin.18.a.

*Subire famam temeritatis.*Ad Bru.289.a.&.234.b.*Subire uituperationem.* *Subire triſtitiam temporum.*At.129.a. *Subeundus uſus omnium, periclitandæ uires ingenij.*đ Or.97.b.

*Ne quid inuidię ſubeatur aut criminis.*đ.N.60.a.

Subire uim & iracũdiã populi incitati. ꝑ Dom.230.b.

*Subire perículoſas inimicitias.*Q.Fr.324.b.

*Subire periculum pro amico.*Part.235.b. & Off.17.a.

Adire pericula. *Ingredi pericula,ſubire tempeſtates reip.*ꝑ Mur.124.b.

*Subire iram deorum.*đ Ar.252.b.

Eandem pœnam ego ſubibo & ſuſtinebo. ꝑ Do.233.b.

*Vnum pro uniuerſis ſubire atq; excipere tela.*đ Pro.73 b.&.77.b.*Quamuis excipere fortunam, ſubire uim &c.*

Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. đ Or.97.a. *Subire ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas.*I.P.88.b.&.98.a.*Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudineſq; ſubierunt.*

Subhorridus,a,um. Ci.ꝑ Seſt.7.a.

Subiectio,onis. Ci.đ Or.161.b.*Rerumq; quaſi gerãtur ſub aſpectum penè ſubiectio.*

*Subiectio rationis.*Ad Her.20.b.et.11.a.&.31.b.*Subiectio quæ eſt exornatio quædam uerborum.*

*Subiector teſtamentorum.*I.C.105.b

Subiectus,a,um. Ci.đ.N.41.a.*Nulli naturę eſt obediẽs aut ſubiectus deus.* & ibi. *Oẽs res ſubiectas eſſe naturæ ſentienti.* *Mare eſt ſubiectum uentis.*Tuſ.221.b.

*Oſſa,quæ ſubiecta corpori ſunt.*đ.N.54.a.

Subiectus infamiæ aut periculis. đ Fin.66.b. &.65.a.

Quæ uis ſubiecta ſit uocibus.&.133.a.*In his rebus quę ſubiectæ ſunt ſenſibus.*&.103.a.*Eſtq; illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ.*

*Et ingenuis ſub hoſtilẽ libidinẽ ſubiectis.*Ad Her.27.a.

*Subiectus ſub præcone.*ꝑ Quint.9.a.

*Res ſubiecta ſub ſenſus.*Acad.19.a.

*Si uirtus eſt ſubiecta ſub uarios caſus.*Tuſ.228.b.et.212 b.*Sub metum ſubiecta ſunt &c.*&.113.a.*Quæ ſubiecta ſunt ſub metu.* *Sed forte dictus inuidioſum nomen eſt, & infamiæ ſubiectum* đ Fin.67.a.

*Subiectus.*X.*in ſua poteſtate.*Ad Her.29.a.

*Qui in alterius poteſtate eſt.*đ D.209.b.

*Qui in dominatu alicuius eſt.*l.Dominatus.

*Omnes legibus ſubiecti eſſe debemus.*Parad.122.a.

*Hic autem alter ſubiectus aquiloni &c.*đ Som.129.b.

*Quæ autem pars ſubiecta generi eſt, eam ſic definiunt, ut &c.*Off.19.b.

Hæc tãq̃ aliqua materies oratoribus ſubiecta eſſe debẽt. đ Ora.101.b.&.96.b.*Hjs oĩbus partibus ſubiecta ſunt quędam argumenta propria.* &.89.b. *Verborũ ſonitus inanis,nulla ſubiecta ſententia nec ſcientia.*

*Subigo, gis. in poteſtatem uel ditionem meã redigo, ſubijcio.*l.Subactus, ſubiungo.

Ci.ꝑ.S.R.35.b.*Africanus, qui ſuo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe.*

*Populi quos armis ſubegimus, atq; in ditionem noſtram redegimus.*ꝑ Cor.59.b.

*Mihi uiuendũ eſt cũ illis,quos uici ac ſubegi.*I.C.117.a.

M.Fonteius hoſtes ſubegit. ꝑ Font.276.b. & ibi.*Galli ſubacti & bello domiti.*

*In iſto bello non recreatus neq; reſtitutus ſed ſubactus oppreſſuſq; populus romanus eſt.*ꝑ S.R.41.b.

Cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum. đ.N.88.a. & ꝑ Rul.83.a.*Colonі glebis ſubigendis exercitati.*

Subijcio,cis. ſubiungo, ſuggero.

Ci.ꝑ Mil.120.b.*Cum omnes a ſuis inimicis faces inuidiæ*

diæ

diæ meæ ſubijciantur.
Tamen huic ordini ignem nouum ſubijci non ſiuiſti. pro R.P.120.a.
Orator, qui ſcelus fraudẽq; nocentis poſſit dicendo ſubijcere odio ciuium. đ Or.202.a.
Subijcere fortunas innocentũ ficto ſermoni. ꝑ Pl.271.a.
Omnia ſubiecta eſſe libidini tribunitiæ. ꝑ Dom.234.b.
Subijcere ſe imperio ac poteſtati alicuius. Off.37.a.
Sępe rem dicendo ſubijciet oculis. Or.209.b.
Tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes circundatosq; reſtinximus. I.C.112.a.
Subijcere aliquam materiam arti. đ In.43.b.
Subijcere rationes omnibus partibus. Ad Her.36.b.
Omnes huic uerbo duas res ſubijciunt. đ Fin.66.b.& .68 a. *Ideſt, quæ res huic uoci ſubijciatur.*
Neq; uidene ſub hac uoce honeſtatis, quæ ſit ſubijcienda ſententia. đ Fin.74.b.
Ne ipſi quæ contraria ſunt taciti cogitationi ueſtræ ſubijciatis. ꝑ Clu.19.a.
Formæ quæ cuiq; generi ſubijciuntur. Top.223.b.
Orbis extimus, cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui &c. đ Som. 228.b.
Subijcere exempla ſub ſingulos artis locos. Ad Her.24. a.& .11.a.
Subijcere ſe ſub poteſtatem alicuius. Ad Her.11.b.16.a.
Vt Cyprius rex cum bonis omnibus ſub pręcone ſubijceretur. ꝑ Dom.223.a.
Subijcere aliquam rem ſub aſpectu omnium. Ad Her.39. a.& .17.b. *Quæ ſubijciuntur ſub uocabulo recti.*
Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt. Top.225.b.
Mutata in quibus pro uerbo proprio ſubijcitur aliud quod idem ſignificet. Or.205.a.
Et ad propoſitum ſubiecta ratio. đ Or.162.a.
Subijcere & ſupponere rationẽ. đ In.71.a.& Part.231 a.& đ D.130.a. *Et quidẽ cur ſic opinetur rationẽ ſubijcit*
Iam uero quod ſubijcit, illos &c. ꝑ Syl.178.b.
Hic mihi quaſi miniſtrator aderat, ſubijciens quid in ſuos ciues dicerem. ꝑ Fla.117.a.
Cupio mihi ab illo ſubijci, ſiquid præterea. I.V.240.b.
Subijcere teſtamenta. I.A.159.b.
Subijcere terram ferro. đ Leg.179.a.
Subimpudens. Ci.Ep.103.a.
Subinſulſus, a, um. Cic.đ Opt.243.b. *Eſt enim uitioſum in ſententia ſiquid ſubinſulſum eſt.*
Subinuiſus, a, um. Cic.ꝑ R.P.129.a. *Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen.*
Subiraſcor, ris. Ci.Ep.161.a. *Interdum tibi ſubiraſcor.* & đ Fin.66.b.
Subito, repente, repentino, continuo, ecce tibi.
Ci.At.95.a. *Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, ſubito factus ſum accuſatoris eius ſocer.*
Tu auſpiciorum patronus ſubito extitiſti. ꝑ Do.221.a.
Conſul comitia habere cœpit ſubito pręter opinionem omnium. ꝑ Plan.269.a.
Properanti tabellario literas ſubito dedi. Ep.116.a.
Alia autem ſubito ex tempore coniectura explicantur. đ D.95.b.
Vox & geſtus ſubito ſumi & aliunde arripi non poteſt. đ Or.107.a.
Vtile eſt etiam ſubito ſæpe dicere, tamen illud utilius, ſumpto ſpatio ad cogitandum paratius atq; accuratius dicere. đ Or.97.a.
Vnde hoc philoſophandi nobis ſubito ſtudium extitiſſet. đ N.3.a. & ibi. *Nos autem nec ſubito cœpimus philoſophari, nec &c.*
Subito cœpi conſilium ut exirem At.102.a.
Cum ſubito ecce idem &c. ꝑ Cec.290.b.
Bella ſubito atq; improuiſa naſci. ꝑ Fonte.282.b.
Subito iam proſtratam remp. extuliſti. Octa.330.a.
Vita ſubito fingi non poteſt. ꝑ Syl.181.a.
Subito cum mihi dixiſſet Cęcilius Quæſtor, puerũ ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim. At.28.a.
Subitus, a, um. repentinus, improuiſus.
Ci.đ Pro.78.a. *Subita atq; improuiſa formido.* & Q.Fr. 305.b. *Subita defectio Pompei.*
Omnia ſubita uideri maiora. Tuſc.201.b.
Subitus diſceſſus & præceps profectio. At.145.b.
Inſperatum incommodum, ſubita lætitia. Ad Her.3.a.
Subitum eſt ei remigrare &c. Ep.203.a.
Subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile uincit. đ Or.97.a.& ibi. *Etiam ſi uehementiſſime ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit.*
Subiungo, gis. ſubiicio, ſubingo.
Ci.đ Ar.252.a. *Video in Aruſpicum reſponſis hæc eſſe ſubiuncta, ſacrificia uetuſta &c.*
Omnes artes oratori ſubiungere. đ Or.203.b.
Ariſtoteles tranſlationi hæc ipſa ſubiungit & abuſionẽ. Ora.205.a.
L. *Mummius urbes multas ſub imperium populi rom. ſubiunxit.* I.V.87.a.
Sub noſtram iuriſdictionem orbem terrarum ſubiungeretis. ꝯ Rul.86.a.
Sublate. Ci.đ Cla.182.b. *Sublate ampleq; dicere.* & ꝑ Dom.232.a. *Nihil unq̃ de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa.*
Sublatio, onis. Ci.đ Fin.66.b. *Voluptas eſt ſublatio animi ſine ratione &c.*
Sublatus, a, um. l. Subſtuli, & l. Suſtuli.
Ci.đ Or.186.b. *Veteres leges nouis legibus eẽ ſublatas.*
Bellum aduentu Pompeii ſublatum atq; ſepultum eſt. ꝑ Pom.9.b.
Amilcarem ab his uiuum eſſe ſublatum. đ D.90.b.
Deorum iudicio diſcrimen eſſe ſublatum. đ N.76.b.
Ignis è ſpecula ſublatus. I.V.254.b.& .201.a. *Sublatis manibus.*
Sublatus. X. *depreſſus.* l. *Depreſſus.*
Roma cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa. ꝯ Rul.85.b.
Sublatus in crucem I.V.78.b.
Diſperſione eniñ Coſſ. actio de pace ſublata eſt. At.143. a.& .276.b. *Iãpridem hoc ex noſtra conſuetudine ſublatum eſſe debet.* *Sublata Myſiæ latrocinia, cædes multis locis repreſſæ, oppidorum furta, & latrocinia eſſe depulſa, remota illa calumnia.* Q.Fr.294.b.
Cognoſcẽdi conſuetudo de ciuitate ſublata. ꝑ S.R.19.a
Subleuo, as. leuo, eleuo. Ci.Anteq̃.196.b.197.a. *Quẽ ſinguli ſtratum & abiectum ſubleuaſtis.*

Alter qui nos ſibi ad pedes ſtratos ne ſubleuabat quidẽ. At.156.b.&.33 a.Hic ſtatus una omnium uoce gemitur neq; uerbo cuiuſq̃ ſubleuatur.
Subleuare res aduerſas alicuius.ꝑ Syl.181.a.
Non minus nos ſtultitia illius ſubleuat,q̃ lędit improbitas.ꝑ Cecin.289.a.
Nominis acuitatem dicendi gloria ſubleuabis.Q đ Pet. 205.a. Quem familiæ noſtræ dignitas debebat ſubleuare.Ep.59.a.&.61.a.
Cum neget ſe ſcire Caſſius utrum ſubleuas Syllam, ſubleuat apud Gallos.ꝑ Syl.174.b.
Suum laborem hominum periculis ſubleuandis impartire.ꝑ Mur.125.b. Qui uicinos ſuos facultatibus ſuis ſubleuauit.I.A.213.b.
Subleuare cauſam inimici ſui.I.V.56.b.&.11.b.Defendere & ſubleuare homines.
Subleuare miſeros.I.V.196.b.X.euertere.
Subleuare calamitates alicuius.Tuſ.218.b.
Subleuare odia.Epiſt.113.a.& đ Am.112.b. Vna illa ſubleuanda offenſio eſt.
Foris aſſumuntur ea,quæ non ſua ui ſed extranea ſubleuantur.đ Or.124.a.
Subleuare mentem ſiniſtra.Ad Her.39.a.

Subligaculum,li. Ci.Off.26.a. Scænicorum mos tantam habuit a uetere diſciplina uerecundiam,ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo.

Sublime. Ci.đ D.122.b.Eaq; ſcuta,quę fuerant ſublime fixa, ſunt humi inuẽta.& Tuſ 170.b.Nihil mea intereſt, humi ne an ſublime putreſcam.

Sublimis,me.X.humilis. Ci.đ.N.46.a.Aer extenuatus in ſublime fertur.& Tuſc.256.b.
Sonus natura in ſublime fertur.đ.N.54.b.

Subluceo,es. Ci.In Arat.Hic retinens aries ſublucet corpore toto.

Subminiſtro,as.ſuggero. Ci.đ In.43.b.Ariſtoteles,qui huic arti plurima adiumẽta atq; ornamenta ſubminiſtrauit. Quoniam tabellarios ſubminiſtras hodierni diei res geſtas lupercalibus habebis.Q.Fr.314.b.
Palàm in eum tela iaciuntur,clam ſubminiſtrantur.ꝑ Cæl.41.b.
Deiotarus ſeſe expoliare maluit,q̃ tibi pecuniam non ſubminiſtrare.ꝑ Deio.148.a.

Submitto,tis. X.extollo.
Ci.đ Am.109.b.Vt hi qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent, ſic quodammodo inferiores extollere.

Subnego,as. Ci.Ep.104.b.

Subnixus,a,um. Ci.đ Som.129.a.Duo,quaſi cinguli terræ cœli uerticibus ex utraq; parte ſubnixi.& đ Or.106 b.Qui eius artis arrogantia ſubnixi ambulant.

Suboffendo,dis. Ci.Q.Fr.311.b.

Suborno,as. ſollicito, inſtruo.
Ci.ꝑ Q R.53.b.Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium.& ꝑ Cecin.298.b.Fictus teſtis ſubornari ſolet.& ꝑ Clu.52.b. Confeſſus es a te accuſatores eſſe inſtructos & ſubornatos.In Vat.29.b.
Apuleiana pecunia Brutum ſubornaſtis.I.A.213.b.
Medicum indicem ſubornabit, finget uidelicet aliquod crimen ueneni.ꝑ Deio.147.a.
Tu me Cicero quod adhuc feciſti,idem præſta,ut nos ſubornes.Ep.118.a. In altero loco Æſopum & Cimbrũ ſubornare oportet.Ad Her.22.b.
Homo a natura ſubornatus in uitam uenit,plura inſtrumenta habet ad obtinendam ſapientiam.đ Leg.168.a.

Subpudet,bat. Ci.Ep.126.b.

Subrancidus,a,um.l.Rancidus.

Subrideo,des. Ci.ꝑ Q.R.48.a.Subridet Saturius ueterator.

Subroſtrarij.Ep.112.a.

Subruſticus,a,um. Ci.Or.212.a.Quod ſubruſticum uidetur.& Ep.67.a.

Subſcribo,bis. Ci.At.150.a. Cæſar mihi literas miſit, quarum exemplum ſubſcripſi.
Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur.I.V.174.a.
Quia paricidij cauſa ſubſcripta eſſet.đ In.69.a.
Video Cenſores animaduertiſſe in iudices quoſdã illius conſilij Iuniani,cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. ꝑ Clu.42.a.&.45.a.L.Gellius in P.Populium ſubſcripſit, quod is pecuniam accepiſſet.
Statuæ,quibus ſubſcripſit,reges ab ſe in gratiam eſſe reductos.ꝑ Clu.38.b.
Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla ſubſcribente priuigno Memmio.Q.Fr.323.b.

Subſcriptio,onis. Ci.I.V.172.a.Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio.&.62.b.
Subſcriptiones Cenſorum.ꝑ Clu.41.b.
Qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt,cuicunq; uos delationem dediſſetis.I.V.62.b.
In Serapionis ſubſcriptione Africani imago.At.88.a.

Subſcriptor,oris. Ci.I.V.62.a.At uenit paratus cũ ſubſcriptoribus exercitatis.&.b.Quid ſit ſubſcriptor & ſubſcriptio. Itaq; ſine ullo ſubſcriptore deſcendit & Titium reum fecit.Ep.116.b.
Ille nouitius ligur uenalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus. ꝑ Dom.223.a.

Subſellium,lii. Ci.đ Cla.191.a.Locus in ſubſelliis occupetur,compleatur tribunal.
Teſtes ex accuſatorum ſubſelliis ſurgunt.ꝑ Flac.150.b.
Petilius a ſubſelliis abire cœpit.I.V.123.b. & ibi iterũ.
Cum ſe a ſubſelliis in otium contuleris.đ Or.121.a.
Verſatus in utriſq; ſubſelliis optima & fide & fama.Ep. 208.a.&.39.b Longi ſubſellii iudicatio & mora.& ad Her.41.a. Is qui habitaret in ſubſelliis. đ Or.108.a. & I.V.61.a.Alienus a ſubſelliis.
Dicere ad ſubſellia.ꝑ.R.P.128.a.
Subſellia grandiorem & pleniorem uocem deſiderant.đ Cla.192.a. Subſellia erant etiã ſedes in Senatu.I.C. 100.b.&.I.A.164.a.Cum inter ſubſellia noſtra uerſarentur armati.
Cum inter ſubſellia Senatus uerſarentur latrones. I.A. 298.a.
Saluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit.In Sal.274.a.

Subſequor,ris.inſequor. Ci.đ Or.163.b.Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus.& ibi.Manus minus arguta digitis ſubſequens uerba non exprimens.

Todem

Totidem ſubſecuti libri Tuſculanarũ quæſtionum. đ D. 108.b. *Talibus nuntys patebat ab oriente uia, nec ulli ueri ſubſequebantur.* ꝓ Deio.145 b.

Minorem ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur. đ.N.48.a & .36.b. *Stella tum anteuertens ſolem tum ſubſequens.* & 8.b. *Speuſippus Platonem auunculum ſubſequens.*

Quem ſubſequens unum librum Babylonius Diogenes edidit. đ D.81.a.

Vt Senatum funditus deleas, reliqui boni & locupletes omnes ſuum ordinem ſubſequantur. I.A.151 a.

Adeſſe, inſtare, ſubſequi l. *Inſto.*

Mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatẽ tua rum literarum. Ep.30.b.

Ipſe cum legionibus ſubſequor. Ep.151.b.

Quæ omnia plurimum ualebunt, ſi cum orationis genere conſentient, eiusꝗ; uim ac uarietatẽ ſubſequentur. Part. 231.a. *Hanc ſententiam ſubſequitur modus & forma uerborum.* đ Or.159.a.

Subſideo, des. conſiſto. Ci.At.76.a. *Itaꝗ; ſubſedi in ipſa uia, dum hęc ſummatim tibi perſcriberem.*

Quicquid impudicorum Cilonum &c. fuit, in urbe ſicut in fretus ſubſederant. In Sal.275.a.

Cur non ante occurrit, ne in uilla reſideret, nec in eo loco ſubſedit, quo ille uenturus eſſet. ꝓ Mil.111.a.

Subſidium, dy. Cic. đ Or.107.a. *Subſidium belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti otium.*

Hoc mihi ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. đ Or.101.b. & ꝓ Quint 1.a. *Nam quo minus ingenio poſſum ſubſidio mihi diligentiam comparaui.*

C. Cæſar Galliæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus eſt. I.A.103.b.

Subſidio currere. At.154 b & *Subſidia uenire alicui.* ꝓ Fant.283.a *Dominum liberare cupio, neꝗ; ſubſidio ire poſſum.* At.119.a.

Atꝗ; hæc tria frumentaria ſubſidia reip. firmiſſimis præſidys claſſibusꝗ; muniuit. ꝓ Pom.10.b.

Cum ſubſidia induſtriæ atꝗ; inſtrumenta uirtutis in libidine audaciaꝗ; conſumerentur. I.C.106.a.

Bibulus ad me ſcripſit, ut ſubſidia uenirem. At.95.a.

Seſtius multis uulneribus acceptis, ſubſidio Beſtię ſeruatus eſt. Q.Fr.309.a.

Subſido, dis. Ci.Ep.86.b. *A me conſilium pẽtis, quid ſim tibi author, in Sicilia ne ſubſidas, an proficiſcare &c.*

Subſiſto, ſtis. Ci. ꝓ Mil.111.a. *Sic Miloni, cum inſidiator eſſet, ſi illum noctu ad urbem acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum atꝗ; expectandum fuit.*

Subſortior, ris. Ci.I.V.71.b. *Subſortiemur in M. Metelli locum.* & ꝓ Clu.36.b. *Si ex lege ſubſortitus nõ erat &c.*

Subſortitio, onis. Ci. ꝓ Clu.36.b.

Subſterno, nis. Cic. đ.N.52.a. *Aues nidos conſtruunt, eosꝗ; ꝗ poſſunt, molliſſime ſubſternunt.*

Deus omne quod erat concretum atꝗ; corporeum ſubſternebat animo. đ Vn.199.b.

Subſtituo, is. ſufficio, conſtituo.

Ci.I.V.184.a. *Nunc pro te Verrem ſubſtituiſti alterum ciuitati.* & .150.a. *Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit.*

Qui ſi ſectari non poterunt, neceſſarios ſuos in hoc munere ſubſtituant Q đ Pet.210.b.

Philoſophiam nobis pro reip. procuratione ſubſtitutam putamus. đ D.109.b.

Subſtructio, onis. Ci. ꝓ Mil.111.b. *Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile mille hominum uerſaretur.* & .118.a. *Aræ, quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat*

Subſtuli, ſtis. l. Sublatus. Ci. đ.N.76.a.b. *Varius Druſum ferro, Metellum ueneno ſubſtulerat.*

Primum Cepionem de oratione ſua ſubſtulit. At.39.a. *et* ibi.b. *Hortenſius laudes noſtras in aſtra ſubſtulit.*

Subſum, es. Ci.Ep.154 b. *Si quid intra cutem ſubeſt uulneris.* & ꝓ Mar.136 a. *Quoniam ſubeſſe aliquid putas, quod cauendum ſit.*

Nullam uideo grauem ſubeſſe cauſam. At.5.b. & đ Fin. 131.a.

Nulla ſpes ſalutis noſtræ ſubeſt. At.52.a.

Nec firmamentum exquiritur, quoniam nõ ſubeſt ratio. Ad Her.6.a.

Nõ temere fama naſci ſolet, quin aliquid ſubſit. Ad Her. 8.a. *Si his uitijs ratio non ſubeſſet* đ.N.74.a.

Ne qua ſuſpicio ſubeſſe poſſet. ꝓ Quin.12.a. & ꝓ Clu. 26 b. *In quare nulla ſubeſt ſuſpicio.*

Præſertim cum dies comitiorum ſubeſſet. ꝓ Mil.109.b. & Ep.156.a. *Subeſſe propinquis locis.*

Oratio quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita inanis eſt. đ Or.86.b.

Cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paulo ante iuſtas cauſas eſſe bellorum. Off.8.b.

Subter. Ci.Tuſc.152.b. *Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit.* & .128.b. *Virtus omnia, quæ cadere in hominem poſſunt, ſubter ſe habet.*

Omnia quæ ſupra ſubterꝗ; ſunt, unum eſſe đ Or.144.b

Tortus draco ſerpit ſubter ſupraꝗ; reuoluens Seſe. đ.N. 47.a. & *Subter præcordia.*

Deinde ſubter mediam ferè regionem, ſol obtinet. đ Som. 118.b.

Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit. In Arat.

Subterfugio, gis. deuito. Ci.Ep.103.b. *Syllani temporis acerbitatem deorũ immortalium benignitate ſubterfugi.*

Quoniam criminum uim ſubterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit. I.V.67.b. & .68.b. *Quod aut imprudentiam eius ſubterfugit aut ſatietati ſuperfuit.*

Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluit. Off.71.b.

Subterraneus, a, um. Ci.At.149.a.

Subterſeco, as. Ci.In Arat.

Subtilis, le. acutus, tenuis.

Ci. đ.N.10.a. *Solers ſubtilisꝗ; deſcriptio partium.* & de Or.94.a. *Si minus illa ſubtili definitione, at hac uulgari opinione eſſe ars uidetur.* & đ Cl.104.a. *Subtilis oratio. Acutiſſimum & ſubtiliſſimum dicendi genus.* đ Or.117. b. & đ Fin.90.b. *Subtile ac ſpinoſum differendi genus. C. Serenus ſubtiliſſimus homo, fuit enim animi ſatis magni & conſily.* ꝓ Plan.261.b.

Vir oratione maxime limatus & ſubtilis. đ Or.94.a. & đ Cla.170.a. *In docendo ediſſerendoꝗ; ſubtilis.*

Lyſias ſubtilis ſcriptor & elegans. đ Cla.167.b.

Subtilitas,tis. tenuitas, gracilitas.
Ci.Or.2c4.a *Orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.*
*Scriptorum tuorum ſubtilitas.*Ep 48.b.
*Alia eſt illa cum ueritas limatur in diſputatione ſubtilitas.*Off 40.a.
Eſt etiam in tanta arte huic minutæ ſubtilitati locus . de Cla.192.a.&.170.b.*Ea ſubtilitas quam Atticam appellant.*& ibi.a.*Subtilitas,tenuitas,gracilitas.*
Subtiliter. acute, acriter, tenuiter.
Ci.ꝑ Flac.155.a.*Subtiliter ac copioſe diſputare de aliqua re* *Verſute ac ſubtiliter dicere.*Or.198.b.&.234 a.& đ Or.93.a & đ Am.99 a.*Ad uiuum reſecare.*
Subtimeo,es. Ci.I.A.167.a.*Numquid ſubtimes?ne &c.*
Subtraho,his. ſubduco. Ci.đ Or.144.a.*Neq; uerba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris.*
*Nonne id agendum nobis fuit, ut materiem ſubtraheremus furori tuo?*ꝑ Dom.215.a.
Cum autem hæc ſubtracta ſunt,tum &c. đ D.137.a.
*Subtrahere de commodis alterius.*Off.e8.b.
*Quo ego me libentius a curia & ab omni parte reip ſubtraho.*Q.Fr.312.b. *Nolite mihi ſubtrahere Vicarium meæ diligentiæ.*ꝑ Mur.143.b.
Subuenio,nis. ſuccurro, ſubſidio uenio.
Ci.đ D.91.b. *Alter uiſus eſt illum alterum orare, ut ſubueniret,quod ſibi a Caupone interitus pararetur.*
D.Bruti opera reip.difficillimo tempore ſubuentum eſt. I.A.201.b.
Latinæ fabulæ ad uerbum de græcis expreſſæ. de Fin. 49.b & Acad.34.a. *Ad uerbum ediſcendus libellus.* & de Or.97.b. *Ediſcere ad uerbum q̃ plurima ſcripta.*
Aut ſi uerbum è uerba uolumus comprehenſio, quam κατάληψιν *illi uocant.* Acad.5.b.
Κατάληψιν*, quam uerbum è uerbo exprimentes comprehenſionem dicimus.* Acad.9.a.
Epiſtola quam modo totidem ferè uerbis interpretatus ſum. d Fin 85.b.
ἐτυμολογία *ideſt uerbum ex uerbo ueriloquium.* Top. 223.b.
Totidem quot dixit (ut aiunt) ſcripta uerbis oratio. de Cla.196.a.
Verbum pro uerba reddere. d Opt.244.b.
Totidem uerbis transferre aliquem locum ab aliquo authore. At.90.b. & I.V.152.b. *Recitare literas totidem uerbis. Hortenſius, quę commentatus eſſet, ea ſine ſcripto eiſdem uerbis reddebat.* d Cla.193.a.
Transferre totidem uerbis. Ep 37.a.
Plura illi mandata uerbo q̃ ſcriptura dedi. Ep.148.a.
Teſtes ſi uerbo titubarint, quo reuertantur non habebunt. p Fla.150.b.
Quod uerbo ſi aſſequi poſſem, ipſos iſtos eijcerem, qui hæc loquuntur. I.C.206.b.
Verbo promittere. X. re negare. I.V.112.a.
Verbo premere aliquem. Tuſc.151.a.
Vbi rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt uerbis. In. Sal.273.b.
Verba dari mihi facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. Att.146.a.
Facere uerba in Senatu. I.V.234.a.
Qui nunq̃ uerbum in publico fecerunt. d Cla.189.b.
Facere uerba apud Senatum. I.V.118.b.
Per multa contra legem Gabiniam uerba feciſti. pro Pom.14.a.
Multa uerba feciſti, te &c. d D.117.b.
Verbum nemo fecit. pro Plan.263.a. & Epiſta.60.a.
Multa de re uerba feci. & 117. *Neq; uerbũ de re facio.*
Antequam uerbum facerem, de ſella ſurrexit atq; abijt. I.V.234.a.
Verba fecimus pro Buthrotijs. Or.262.a.
Propinquis qui aderant uerbum nullum facit. I.V.69.b
Habere uerba. d In.80.a. et p Mur.136.a. *Voces quas habuiſſe in concione dicebatur.*
Verbi cauſa. d Fat.142.a. *Si quis uerbi cauſa oriente canicula natus eſt.* & I.V.134.b.
Verbi gratia. Acad.23.b. & d Fin.131.b.
Exempli cauſa, id nomen &c. p Mur.130.a.
Meis uerbis & meo nomine. At.259.a. *Atticæ quoniã hilarula eſt, meis uerbis ſuauium des.*
Tu Atticam quæſo cura & ei ſalutem & Pyliæ Tulliæ quoq; uerbis plurimam. At.254 b.
Cũ Sura locutus ſum, ut ei meis uerbis diceret &c. Ep. 66.b. & 149.a. *Si ei meis uerbis eris gratulatus.*
Sic ut Calidio uerbum facere pro eo non licuerit. Q. Fra.321.b.
Cunctum Senatũ, omnem ſobolem iuuentutis, unoq; uerbo remp. expulſam eſſe, & exterminatam. I.A.171.a.
Ad eos tamen ipſos qui aderant ne uerbum quidem auſus eſt facere de Cæſare. I.A.187.b. & 215.a. *Res uerbo fieri interdum deterior ſolet.*
Quidã id uerbũ remouendũ arbitrabant. I.A.214.b. et ibi. *Quidã ignari non modo rerũ, ſed etiam uerborum.*
Quem.n. intelligimus diuitẽ? aut hoc uerbũ in quo hominem ponimus? opinor in eo, cui &c. Parad.124.a.

Vereor ut Dolobella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit. Ep.238.a. Et tamen ueremur ut hoc natura non patiatur? Tuſ.185.a.

Quod uos fœdus non iuſſeritis, uereor, ut ſatis firmum ſit. ꝑ Rul.77.b. & I.C.131.b.

Sed illa duo Craſſe, uereor ut tibi poſſim concedere. de Or.88.b. Quod uereor tibi ipſi ut probem. At.85.b. Et tamen uereor, ut his ipſis contentus ſit. At.223.a.

Ne uerendum quidem eſt, ut tenere ſe poſſit, ut moderari, ne honoribus noſtris elatus in temperantius ſuis opibus utatur. I.A.203.b.

Vereor ut idem interitus ſit animorum & corporum. de Am.98.a.

Metuo ut eam non poſſim ſuſtinere &c. ꝑ Plã.279.b.

Timeo ut poſſim &c. ꝑ Dom.224.a.

Quos non eſt ueritum ponere &c. đ Fin.73.a.

A quo ſupplicium uerebatur. Ad Her.11.b.

Vos autem mihi ueremini ne labar ad opinionem &c. Acad.35.a.

Qđ ueritus ſum factũ eſt ut Domitius implicaretur. At.219.a. Ac uereor gallica etiam bella, ipſe Seſtius quo eu adet. At.223.b.

Tum me collegi uerens nequid &c. At.248.a.

Quem meus Cicero et amabat ut fratrem, & iam ut maiorem fratrem uerebatur. Q.Fr.303.b.

Maximeꝗ curandum eſt, ut eos quibus cum ſermonem cõferimus, & uereri, & diligere uideamur. Off.37.b.

Metuebant eum ſerui, uerebantur liberi. đ Sen.84.b.

Neꝗ ſolum colent ſe inter ſe ac diligent, ſed etiam uerebuntur, nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. đ Am.111.a.

Quo circa uereor committere, ut non bene prouiſa principia ponantur. đ L.163.a.

Vereor ut hoc qđ dicã non perinde intelligi auditu poſſit, atꝗ ego ipſe cogitans ſentio. ꝑ Mar.132.b.

Ac non, uereor ne aſſentatiuncula quadã aucupari gratiam tuam uidear. Ep.68.b.

Non uereor ne quis iam in iſto genere me leniorem putet. đ Or.135.b.

Vereor ecquod nam curriculum aliquando ſis habiturus &c. đ Cla.166.b.

Vergiliæ, arum. *Ci. đ N.48.a. Propter Perſei læuum genu Virgilias tenui cum luce uidebis. & In Arat.*

Vergo, gis. *inclinatus ſum.* Ci. đ N.49.a. *Omnes partes terræ in medium uergentes.*

Id tectum nunc honeſte uergit in tectum inferioris porticus. Q.Fr.320.b.

Sed tamen proſpice quo iſta uergant. At.251.a.

Nil Bruti auxilium ad Italiam uergere, q̃ ad Aſiam maluiſſemus. I.A.236.a.

Veridicus, a, um. *uerax, apertiſſimus.*

Ci. đ D.101.a. *Veridicæ uoces ex occulto miſſæ.*

Viridicus adiungis cauſas inimicitiarum, quod &c. Cic. pro Flac.

Veriſimilis, le *ſimilis ueri, credibilis, conſentaneus, ad ueritatem propenſus, quodcunꝗ te maxime ſpecie ueritatis mouet. Tuſc.244.b.*

Ci. đ Or.116.b. *Narrationem iubent ueriſimilem eſſe et apertam & breuem.*

Non enim ita diſputabo ueriſſimile eſt Roſcios hoc feciſſe. ꝑ S.R.36.a. & .25.a.

Non eſt ueriſimile, ut Chryſigonus horum literas adamarit. ꝑ S.R.38.b.

Non ueriſimile eſt, q̃ ſit in utroꝗ genere diſtinctus Cato. đ Cla.170.b. Verunꝗ ex utriuſꝗ perſona ueriſimile uidetur. ꝑ Q R.48.b.

Volũt probabile aliquid eſſe & quaſi ueriſimile. Acad. 9.b. & đ In.48.b. Veriſimile & probabile,

Quid eſſet ſimillimum ueri quærere. Tuſc.230.a.

Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile uero uidebatur. Ep.185.b.

Veriſimilitudo. *ſimilitudo ueri.* Ci. Acad.27.a. *Cum poſſit ſine offenſione ipſam ueriſimilitudinem ſequi.*

Bene agi putat, ſi ſimilitudinem ueri conſequatur. đ Vn. 196.a. & Part.233.b.

Veritas, tis. *uerum, uera ratio, res.*

Ci đ In.82.a. *Veritas eſt per quam immutata ea quæ ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur.*

Nunq̃ perfecte ueritatem caſus imitatur. đ. D.85.a. & Or.220.a. Veritas in occulto latet.

O magna uis ueritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam facile ſe per ſe ipſam defendit. ꝑ Cæl.51.a.

Hoc ego nihil inutilius exiſtimo cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem. Off.69.a.

Qui in iſto opuſculo non ut a poeta, ſed ut a teſte ueritatem exigunt. đ L.156.a.

Nec ornatius cauſam ſuam dici uoluit, q̃ ſimplex ratio ueritatis ferebat. đ Or.104.b.

Subtilitas illa cum ueritas limatur in diſputatione. Off. 40.a. Sunt alij ſimplices, aperti, ueritatis cultores, fraudis inimici. Off.3.b.

Et illa commentatio incluſa in ueritatis lucem proferenda eſt. đ Or.97.b. Vide ne plus ei tribuas q̃ res & ueritas ipſa concedat. de Or.91.a.

Cum animum ab iſta pictura imaginibusꝗ uirtutum, ad rem ueritatemꝗ traduxeris. Tuſ.230.b.231.a.

Græci contentionis cupidiores q̃ ueritatis đ Or.89.a. et 216.a. Homines expertes ueritatis.

Qui a forma ueritatis & ab Atticorum regula abſunt. Or.219.b. Plus apud me uera ratio ualebit q̃ uulgi opinio. Parad.117.a.

Cogitatio in uero exquirendo maxime uerſat. Off.22.a & .3.b. Inquiſitio & inueſtigatio ueri hominis ꝓprio eſt. Pro cauſa ueritate. Ep 225.a.

Hæc ueritas etiam ſi iocunda non eſt, tamen mihi grata eſt. At.52.a. Qui occultior in imitando q̃ orator in ſuſcipienda ueritate iucundior? đ Or.111.b.

Vir bonus & ſimplicis ueritatis amicus. Off.13.a.

Vermiculatus, a, um. Ci. đ Or.158.b. *Emblema uermiculatum. & đ Cla.190.a. Ex Lucil.*

Quã Lepide lixeis compoſtæ ut teſſerulæ oẽs, Arte pauimento, atꝗ emblemate uermiculato. Or.220.b.

Verna, uæ. Ci Ep.124 a.b. *Billienus uerna Demetrij.*

Vernaculus, a, um. Ci. de Cla.180.a. *l. ſapor.*

Antiqua & uernacula feſtiuitas. Ep.134 b.

Domeſticum atq; uernaculum crimen.I.V.179.b.
Quotidianæ & uernaculæ res.đ Or.151.b.

Vernus,a um. Ci.đ ſen.91.a.Verni tempori ſuauitas.et Tuſ.135.b.Alia uerno tempore tepefacta frondeſcunt.
Vernum lumen.✕.autumnale.Ci.In Arat.

Vero, autem. Ci đ Or.90.b.91.a.Poeta numeris aſtrictior paulo,uerborum autem licentia liberior,multis uero ornandi generibus ſocius ac penè par,in hoc quidē certe propè idem,nullis ut numeris &c.
Hoc reprehendēdū fortaſſe minus,querendum uero magis etiam uidetur,ideo qđ &c.ꝑ Cec.186.a.
Non uero tam iſti mortui ſunt q̃ tu nugator,đ Sen.81 b
Sed uero intelligi ſic oportet &c.đ L.171.a.&.170.b
Eſt uero ita ſed &c.
Eſt uero inquam non tum ſignum imago aui tui &c.I.C.113 a. At uero nos &c.Tuſ.180.b.
Minime uero,non enim &c.Off 58 b.
Dicitur iſtuc quidem a Cotta,& uero ſæpius,ſed &c. đ.D.81.a.
Quod enim is,qui diuinat,prædicit,id uero futurum eſt. de.D.112.b.
Quod ſæpe præſens & illi oſtendiſti,& uero etiam mihi.At.263.a. Exturbare cū qui & per ſe & per ſuos & uero etiam per alienos defendatur.ꝑ Mur.135.a.
Et uero maximus ille Scipio uehemens fuit.đ Cl.174.a. &.179.a.Et uero fuit in hoc &c.
Sed eauero ſic agit,ut &c Cl.ꝑ Clu.21.a.
Illud tamen de Chryſippo,num de illo altero &c.Chryſippum uero &c.At.101.a.
Fuiſti ſæpe credo in ſcholis philoſophorum,A. uero ac libenter quidem.Tuſc.180.b.

Verro,ris. Ci.Parad.123 a.Qui tractant iſta,qui tergunt,qui ungunt,qui uerrunt &c.

Verrucoſus,a,um. Ci.đ Cla.169 b.Q Maximus uerrucoſus orator habitus eſt temporibus illis.

Verrunco,as. Ci.đ.D.90.a.Per propinqua hæc bene uerruncent populo.

Verſicolor,ris. Ci.đ Fin.94.a.Plumæ uerſicolores columbis,

Verſatus,a,um. tractatus, exercitatus.
Ci.ꝑ Quin.1.a Homo & in alijs cauſis exercitatus & in hac multum et ſæpe uerſatus.

Verſiculus li. Ci At.61.a.Nunc nemo ad tranſuerſum illum epiſtolæ tuæ uerſiculum.& Or.203.a.Verſiculi comicorum. Hoc pati poteſtis ut ſinguli cunct ſingulis uerſiculis è ciuitate tollantur?ꝑ Dom.222.a.
Nequid reſp.detrimenti caperet,quo uno uerſiculo ſatis armati ſemper conſules fuerunt.ꝑ. 111.a.
Leges uno uerſiculo ſenatus puncto temporis ſublatæ. đ Leg.172.a.
Scripto iam ſuperiore uerſiculo Heros mihi dixit,ſibi Murenam liberaliſſime reſpondiſſe.At.121.b.
Tribus ne uerſiculis his temporibus Brutus ad me? Att. 281.a.

Verſo,as. conuerſo, uoluo, tracto.
Ci.đ Som.122 b.Orbes,qui uerſantur retro contrario motu atq; cœlum.
Cylindrum uolui & turbinē uerſari putes.đ Fat.149.a
Tum illud qđ Siſyphus uerſat ſaxum &c. Tuſ.150 a.
Verſare ſe huc & illuc.đ Fin.85.b.&.144.b.&.I.V. 224.a.Itaq; æſtuabat dubitatione.uerſabat ſe in utrāq; partem.& đ.N.12.a.Verſari circum axem cœli admirabili celeritate.&.79.a.Deus uerſant cœlum.
Verſare ſæpe multis modis eandem rem.Or.209.b.
Verſare ſuam naturam & regere ad tempus.ꝑ Cæl. 40.a. Ad omnem malitiam & fraudem uerſare mentem ſuam,hæc ſecum cogitare cœpit.ꝑ Clu.32.a.
Cura,quæ nunc te coquit & uerſat ſub pectore fixa.đ Sen.77.a.
Non ut in iudiciis uerſaret cauſas,ſed ut &c.Or.199.b

Verſor,aris. uertor, uoluor, uolutor, obuerſor, tracto, nundinor, conſueſco, ſum.
Ci.I.V.165.b. Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris.
Vt deus aliquis cœtus hominum adeat,uerſetur in terris đ Ar.258.a.& ꝑ Font.280.b.Sic exiſtimatis eos hic ſagatos uerſari animo demiſſo &c.
Pueri igenui cum meritorijs,ſcorta inter matres familias uerſabantur.I.A.180.a
Cum inter ſubſellia noſtra uerſentur armati.I.A.164.a.
Hoſtis intra mœnia uerſatus eſt.Poſt.206.a.
An uero tu ſolus ignoras?tu hoſpes in hac urbe uerſaris?tuæ peregrinantur aures nec in hoc peruulgato ciuitatis ſermone uerſantur?ꝑ Mil.107.b.
Nec uerſari inter eos ſine dedecore potero.At.160.a.
Nobiſcum uerſari iam diutius non potes.I.C.99.b.& đ D.104.a.Verſari cum aliquo.
Si eſſetis uerſaremini q; nobiſcum. đ Ar.249.b.&.Q. Fr.302.a.Plato Epicureus,qui Athenis ſolet eſſe multū.
Non enim iam inter nos ſicut illa uerſabitur.I.C.104.b.
Annos iam triginta in foro uerſaris.ꝑ Fla.160.b.
Cælius iandiu minus in foro nobiſcum uerſatur.ꝑ Cæl. 31.a.&.I.V.267.a.Verſari in urbe & in foro.
Cum in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ uerſatæ ſint.I.V.175.b.
In meis caſtris præſidijsq; uerſaris.ꝑ Cec.301.a.
In aliqua prouincia cum ſummo imperio & poteſtate uerſari.Q.Fr.296.a.
Orator incolumis inter hoſtium tela uerſari poteſt. de Ora.102.a.
Eo tempore Roſcius erat romæ frequens atq; in foro et in ore omnium quotidie uerſabatur.ꝑ.S.R.21.a.
Cum in Italiæ luce cognoſceris uerſarisq; in optimorum ciuium uel flore uel robore.Or.200.a.
Verſari in Rep.đ In.42.b.et Verſari in ſermonibus de rep.Cic.Ep.
Plato in maximis periculis inſidijsq; uerſatus eſt.ꝑ.R. P.126.a Perpaucæ res ſunt in quibus dolus malus non uerſetur.Off.64.b.
Tum maxime & religionem & pietatē uerſari in animis cum rebus diuinis operam damus.đ Leg.175.a.& 190.b.Dicam Attice & uerſabor in re difficili.
In commemoratione earum rerum,quas geſſimus,deſiderioq; uerſamur.At.38.a.
Omni mēte & cogitatione curaq; uerſor,ut odorer &c. de Ora.123.b.

In omni

In omni tempore decet leporem humanitatemq; verſa-
ri.đ Or.134.a.
Dicendi ratio in medio poſita commum quodam in uſu
atq; in hominum more & ſermone uerſatur.đ Or.86.a.
Cauſæ,quæ in iudicijs uerſantur aut deliberationibus.
đ Or.96.b.&.99.b.Num deſtitit uterq; noſtrum in te-
ſtamẽtorũ formulis,hoc eſt in medio iure ciuili uerſari?
Non uerſatur,ante oculos uobis in cæde Glauciæ? pro
S.R.35.a.& At.43.a.Verſabatur mihi ante oculos il-
lud tempus,cum &c.
Videor mihi uidere &c.cerno oculis &c.uerſatur ante
oculos &c.I.C.120.b.
Mihi mors ob oculos uerſabatur.ꝓ Seſt.13.b.
Nunq̃ tibi hæc ſpecies in oculis animoq; uerſata eſt? I.
V.265.a.
Mihi ante oculos dies noctesq; uerſaris.Epiſt.233.b.&
đ Fin.79 b.&.I.V.254.b.
Pudor,qui in magiſtratuum conuiuijs uerſari ſolet.I.V.
241.b. Acerbiſſimum tota urbe luctum uerſari.I.V.
216.a. Verſabitur in caſtris furor,in curia timor,in
foro coniuratio.ꝓ Mur.144 b.
Agri in quibus ille bellũ gerit atq; uerſatur.ꝯ Rul.62.a
Terræ,in quibus bellum acerbũ uerſatum eſt.I.V.157.
b.& ꝓ Arch.189.b.Bellum magnum atq; difficile et in
magna uarietate terra mariq; uerſatũ.& Ep.79 b. Ver
ſari in magna uarietate.
Inuita in hoc loco uerſatur oratio.đ.N.77.a.
Cuiuſmodi ſunt ea,quæ in foro atq; in ciuium cauſis uer
ſantur.đ Or.112.b.
Ingenia,quæ antea uerſabantur in ſalute atq; auxilio fe
rendo.ꝓ Quin.5.b.
In quæſtu ac compendio uerſari.I.V.172.b.
Vterq; in ſumma ſeueritate uerſatur.I.C.119.b.
Videtis in quo motu temporum, quanta in conuerſione
rerum ac perturbatione uerſemur.ꝓ Fla.164.a.
In tenebris q̃ in luce cauſam uerſari mauis.ꝓ Plã.267.b
Largitionis uoluntas tum in rep.uerſata eſt & partium
quędam contentio.I.C.121.a.
Quarum partium una in reprehenſione uitæ altera in
contentione dignitatis tertia in criminibus ambitus uer
ſata eſt.ꝓ Mur.126.a.
Nos quorum & officia in remp.recentiſſima,& incom-
moda ob remp frequentiſſima in familia uerſantur. An
teq̃.194.b.
In omni parte corporis aliquam delectationẽ gaudiũq;
uerſari.Poſt.207.a.
Iuuentus languet,nec perinde atq; debet in laudis &
gloriæ cupiditate uerſatur.I.P.97.b.
Minturnenſes coloni,quod.C.Marium tecto recepertũt,
æterna in laude uerſantur,ꝓ Plan.264.a.
Vt in communi odio penè æqualiter uerſetur odium
meum.ꝓ Mil.116 b.
Cui non locus ille ubi quiſq; altus eſt,cum grata recor-
datione in mente uerſatur?ꝓ Plan.276.b.
Qui tanq̃ in clariſſima luce uerſantur,& qui in hominũ
ignoratione uerſantur.Off.42.a.
Quæ res in quæſtione uerſetur.ꝓ Clu.51.b.
Maximo in diſcrimine reſp.uerſatur.At.280.a.

Verſamur in rebus exulceratis & exagitatis etc.Ep.3.a
Quod in controuerſia aut in cõtentione uerſatur. Ora.
101.a. Qui in egeſtate & inſidijs uerſatur.pro.S.R.
31.a. Qui omni tempore in præda & ſanguine uer
ſabantur.ꝓ.S.R.32.a.
Verſari in timore ruinæ.At.25.a.
Iſtius iniquitas in ore uulgi & in communibus prouer-
bijs uerſabatur.I.V.101.b.
Pecuniæ mentionem quandam inter iudices eſſe uerſa-
tam.ꝓ Clu.32.b.
Verſantur in animo multæ & graues cogitationes.ꝯ
Rul.66.b.& đ Fin.60.a.Verſari in animo alicuius.
Bona quæ in animo atq; in ipſa uirtute uerſant. Acad.
43.a. Verſari in errore.Aca.10.a.& đ.N.1.b.Verſa
ri in ſummo errore atq; in omnium rerum ignoratione.
Verſatur enim magnus error.ꝯ Rul.67.a b.
Verſari in uicinitate.Acad.35.a. i. eſſe uicinum.
Verſari in gemitu.Ep.252.b.& đ Fin.70.b.Verſari in
magnis anguſtijs.
Verſorq; in eorum naufragijs & bonorum direptioni-
bus.Ep.56.b.&.96.b.Verſari in miſerijs.
Si uno in argumento mens tua tota uerſabitur.Ep.67.b.
Verſari in ſtudio literarum.đ Ar.24.
Verſari in artibus ingenuis.Ep.48.a.
Verſari in ſtudijs & literis.Ep 88.a.&.92.a. & Ver
ſatus in rebus & uſu.
De rebus in quibus uerſatur exercitatuſq; eſt.Aca.27.b
Is uult ſe in communi iure uerſari.ꝯ Rul.77 a. & pro
Dom.220.a.Verſor in medio iure publico.
Homo in hac uitæ ratione uerſatus.ꝓ Font.281.b.
Exercitatio dicendi,in qua me non inficior mediocriter
eſſe uerſatum.ꝓ Arch.185.a.
Res,quæ in philoſophia uerſantur.đ.D.110.b.
Huic quaſi materia quam tractet & in qua uerſetur,ſu-
biecta eſt ueritas.Off 4.a.
Non ad ſolarium non in campo non in conuiuijs uerſatus
eſt.ꝓ Quin.10.a.
Nam ipſe quidem res in perfacili cognitione uerſantur.
Or.108.a. Cui etiam nunc pædagogi lites ad auri
culas uerſantur.Ad Her.27.a.
Librum uerſari inter manus Ep.113.b.
Ergo illi nunc in pace uerſantur.I.A.215.a.
Nondum enim in negotio uerſaris.At.72.b.
Tu cuius os ante oculos mihi ſolet uerſari.At.91.b.
Mathematici,magna in obſcuritate rerũ,& recondita in
arte, & multiplici ſubtiliq; uerſantur.đ Or.85 b.
Quę quondam acerrimi noſtrorum hominum in diſputatio
ne eſſe uerſata.đ Or.87.a
In oĩ recto ſtudio atq; humanitate uerſari.đ Or.107.b.
In magnis uerſamur anguſtijs.At 239.a.
Ferre ea quę uidentur acerba,quæ multa & uaria in ho
minum uita fortunaq; uerſantur.Off.14.a.
Opifices omnes in ſordida arte uerſantur.Off.30.b.
Verſura,ræ. Ci.At.261.b.Non modo magno ſed ini-
quiſſimo fœnere uerſuram facere Aurelius coactus eſt.
& ꝓ Font.276.a.A quibus uerſuras tantarum pecunia
rum factas eſſe dicunt?
Is negauit omnino uerſuram ullam feciſſe Romæ.ꝓ Fl.

156.a & Tuſ.150.a.
Tabulę ſocietatis, quę ſignificabant eos homines verſurā a Corpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. I.V. 146.a. & At.68.a. Quæ quidem ego uel uerſura facta ſolui nolo.
Non modo uerſura ſed etiam uenditione, ſi modo res coget, uindicabis. At.251.b.
Vereor ne illud quod tecum permutaui, uerſura mihi ſoluendum ſit. At.76.a.
Verſuram ſcribis eſſe faciendā menſibꝰ quinq;. At.247.b
Verſus. Ci. At.258.a. Vertit igitur me a Minturnis Arpinum uerſus &c. et d.D.96.b. Cum Aretium uerſus caſtra meuiſſet.
Cum te iam ex Aſia Romam uerſus profectum eſſe conſtaret. Ep.10.a. Cum gradatim ſurſum uerſus reditur. Or.209.b. Et idem quaſi ſurſum uerſus retroq; dicatur. Part.232.a.
Cum Brunduſium uerſus ires. Ep.179.b. ad Cęſarem.
Verſus, a, um. Ci. p.S.R.35.b. Videte nunc ꝙ uerſa & mutata in peiorem partem ſint omnia.
Verſus, ſus. carmen, modus. Ci.I.V.164.b. De qua muliere uerſus plurimi ſupra tribunal prætoris ſcribebātur. et.252.a. Verſus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt.
Is Epigramma in eum fecit tantummodo alternis uerſibus longiuſculis. p Arch.190.b.
Deiotarus de Domitio dixit uerſum gręcum eadem ſententia, qua nos etiam habemus latinum, pereant amici dū unà inimici intercidant. p Deio.148.a.b.
Sæpe etiam uerſus interponitur. d Or.132 b.
Ornatiſſimis atq; optimis uerſibus ſcribere de re aliqua de Or.90.b. Verſus uarijs modis atq; numeris fundere. d Or.161.a.
In ipſa oratione quaſi quendam numerum uerſumq; conficere. d Or.147.b.
Verſus orationis eſt uitium. Or.203.a & ibi. De uerſibus comicorum.
Scripſi etiam uerſibus tres libros de temporibus meis. Ep.16.b. Aut is qui fidibus utitur explere numeros & conficere uerſus poſſet. Acad.7.a.
Senarij, Hyponactei, Anapeſtici, Ariſtophanei, anapæſti uerſus. Or.115.b.
Opus eſt ad poema animi alacritate. Q.Fr.325.b
Primus uerſus epiſtolæ. At.32.a.
Vt cum lex aliqua recitaretur primum uerſum attenderet. ſi &c. p.R.P.115.a.
Demoſthenes multos uerſus uno ſpiritu pronuntiabat. de Or.208.a.
Antipater ille Sidonius, ſolitus eſt uerſus hexametros, aliosq; uarijs modis atq; numeris fundere ex tempore. d Or.161.a. Quod me de faciendis uerſibus rogas, incredibile eſt. Q.Fr.325.b.
Cum uerſus pronuntiatus eſt una ſyllaba longior aut breuior. Parad.120.b.
Verſute. Ci.Or.198.b. Verſute & ſubtiliter dicere. & d Clo.167.b. Subdole & uerſute.
Verſutiloquus, a, um. Ci. d Or.157.a. Verſutiloquę malitię. et Or.212.b.
Verſutus, a, um. callidus, malitioſus, multiplex. d.L.160.a
Ci. d.N.74.a. Chryſippus homo ſine dubio uerſutus & callidus, uerſutos appello quorum celeriter mens uerſatur. & p.Q.R.52.a. Homo callidus & uerſutus.
Acutus animus atq; uerſutus d Or.116.b.
Acutus, uerſutus, ueterator. d Fin.75.b.
M. Piſonis acumen in reprehendendis uerbis uerſutum & ſolers. d Clo.186 b.
Militia eſt uerſuta & fallax nocendi ratio. d.N.75.a.
Hoc ſi nobis uerſutius ꝙ mea conſuetudo defendendi fert uidebitur, ſic exiſtimetis &c. p Cec.301.a.
Vertens, tis. glomerans. Ci. d.Som.130.a. Tum ille uere uertens annus appellatur. & p Quin.7.a. Anno uertente ſine controuerſia,
Mercurij ſtella anno ferè uertente ſigniferum luſtrat orbem. d.N.36.b.
Apparuiſſe numen deorum intra finem anni uertentis. I.A.218.b.
Annuo conficiens uertentia tempora curſu. In Arat.
Vertex, cis. polus. Ci d Som.119.b. Duo quaſi cinguli terræ maxime inter ſe diuerſi & cœli uerticibus ipſis ex utraq; parte ſubnixi.
Extremuſq; adeo duplici de cardine uertex, dicitur eſſe polus. d.N.46 b.
Terra anguſtata uerticibus, lateribus latior. d Som. 119.b. Celſo è uertice montis d.D.82.b & I.V. 225.a. Ignes, qui ex ætnæ uertice erumpunt.
Ab imis unguibus uſq; ad uerticem ſummum. pro.Q. R.48.a.
Verto tis. torqueo, muto. conuerto.
Ci. d.N.45.b. Impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq; uidemus. & d Vn.198.a. Mundus maxima una conuerſione atq; eadem ipſe circū ſe torquetur & uertitur.
Sed quæcunq; acciderint intra fines hos uertentur Epi. 110.b. Vertit rerum naturam. d.L.164.b. i. mutari.
Terra in aquam ſe uertit. d.N.65.b.
Video uerſa eſſe omnia. p S.R.18.a. & d.D.115.a. Semina malorum in contrarias partes ſe uertere.
Vertere ſtylum in tabulis ſuis. I.V.129.a.
Cogitatio in ſe ipſa uertitur. Off.31.b.
Vertes te ad alteram ſcholam I.P.91.b.
Hærebat nebulo, quo ſe uerteret non habebat. I. An. 174.b. Superſtitio inſtat & urget & quocunq; te uerteris perſequitur. d.D.139.a. & p Nat.145.a. Quo ſe miſer uerteret? domum ne? &c.
Quo ſeſe uertant tantæ ſortes ſomnium. d.D.89.a.
Quo uertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa uenerant. pro Dom.219.a. & p Quin.12.a. Vertere ſolū exilij cauſa.
Ex illa pecunia maximam partem ad ſe uertit. I.V.63.b & I.A.196.a. Antonius ſepties millies falſis perſcriptionibus donationibuſq; uertit.
Non in ſupplicio crimen meum uertitur. I.V.162.a.
Brunduſi autem omne certamen uertitur huius primi temporis. Att.131.a.
In iure in quo illa cauſa uertebatur d Cla.177.b.
Omnia in unius poteſtate ac moderatione uertentur. I.V.70.a. Ne ſibi illæ uitio uerterent, quod abeſſet a patria. Ep.99.a.

Qui ſe fatentur uirtutis cauſa niſi ea uoluptatem acciret ne manum quidem uerſuros eſſe. đ Fin.146.b.
Sed hoc uitium huic in bonum conuertebat. đ Cl.177.a.
Si ſic uerterem Platonem, ut uerterunt noſtri poetæ fabulas. đ Fin.50.a. & conuertere orationes græcorum. de Opt.244.a. Vt ea quę legerem græce, latine redderem. Or.97.b.
Fabellæ latinæ ad uerbum de græcis expreſſæ. đ Fin. 49.b. & .50.a. Quæ ſplẽdide dicta ſint neq; ſint conuerſa de græcis.
Id ad omnem rationem, & auriũ uoluptatem, & animorum motum, mutatur & uertitur. đ Or.159.a.
Callicratides, qui cum multa feciſſet egregie, uertit ad extremum omnia. Off 17.a.
Verti igitur me a Minturnis Arpinũ uerſus. At.258.a.
Vertit hic rationem & id quod probare non poteſt, fingere conatur. ꝓ Q.R.56.b.
Vertumnus, m. Ci.I.V.107.b. Qui a ſigno Vertumni in circum maximum uenit.
Veruex, cis. Ci. đ L.181.a. Quod ſacrificij genus lare ueruecibus fiat.
Verum. ſed. Ci. đ Or.94.a. Sed ſiue eſt ars ſiue non, nõ eſt quidem ea negligenda, uerum intelligendum eſt alia quædam eſſe maiora. & .121.a. Verum hoc, (ut dixi) nihil ad me. & .135.a & .141.b.
Eiectio nuſq̃ eſt, uerum fit. ꝓ Dom.123.b.
Sed expectabantur Cal. Ian. fortaſſe non recte, uerũ pręterita omittamus. I.A.200.b.
Verum enim oratori &c. đ Or.147.b
Verum enim, at enim. Ci. đ Ora.147.b. Verum enim oratori &c.
Verum enimuero. Ci.I.V.192.a. Verum enimuero duodenos ſeſtertios exegiſti.
Verumtamen. ſed tamen. Ci. Ep.135.a.
Ci.I.V.252.a. Hanc Cleon amabat, uerumtamen nõ audebat &c. & .103.a. & .62.a.
Non dubitabam equidem, uerumtamen &c. Ep.201.a. & .9.a. Difficile eſt &c. uerumtamen ipſe me confirmo, Et ſi &c. uerumtamen &c. Tuſ.180.b.
Hoc leue eſt, uerumtamen non inutile. đ Or. 319.a. & 141.b. Verumtamen ſi qua reliqua ſpes eſt &c. I. V.57.b. & At.10.a. & .118.b.
Vide quanti apud me ſis, etſi &c. uerumtamen qđ &c. Ep.104.b.
Verumtamen pro inquam. At.5.a. & .I.V.148.b.
Verum opinor ſcriptorem tamen. đ Fin.49.b.50.a.
Verumtamen cum ibi eſſem. At.5.a.
Verus, a, um. ſyncerus. ſolidus, expreſſus, germanus, certus, enucleatus, iuſtus, non fucatus ſpecie forenſi ſed domeſticis inuſtus notis ueritatis. ꝓ Plan.165.a. X. Adumbratus, ſimulatus, fucatus.
Ci. Acad.9 b. Intereſſe oportet ut inter rectum & prauum, ſic inter uerum & falſum. & đ Or.123.a. Ars diſſerendi & uera ac falſa iudicandi.
Cum plus una uerum eſſe non poſſit. đ Or.111.b.
Inter hunc & illum uerum & germanum Metellũ multum intereſt. I.V.234.a.
Neq; quicq̃ adhuc inuenio firmius, quod tenerem, q̃ illud quod mihi ſimillimum ueri uideretur, cum illud ipſum uerum in occulto lateret. Or.280.b.
Perſpicere quid in quaq; re uerum ſyncerumq; ſit. Off. 36.a. De uera & perfecta amicitia loquor. đ Am. 100.a. Aſpiciatis has laudatores Flacci ex uera atq; integra græcia. ꝓ Fla.159.a.
Comitia uera. X. comitia adumbrata ad ſpeciem atq; ad uſurpationem uetuſtatis. ꝓ Rul.71.a.
Verus, ſyncerus. X. ſimulatus, fucatus. đ Am.113.b.
Vera maledicendi facultas. Ci.
Cato negat uerum eſſe allici beneuolentiam cibo. pro Mur.141.b. & Anteq̃.193.a. Neq; uerius eſt a ſingulis repetere officij fructum q̃ ab omnibus.
Iuſta gloria, qui eſt fructus uerę uirtutis honeſtiſſimus. & At.274.a. Solida ueraq; gloria.
Vel utrius, ſi uerum quærimus, potius expers. Or.198.b & đ Cla.188.a. Verum quidẽ ſi audire uolumus, orator &c. Si uera fateri uolumus. At.283.a. & .200.b
Si uerum ſcire uis.
Dic mihi uerum, num aut res aut uaeuxti c nõ delectent Q.Fr.317.b.
Verum enim dicam, utinam &c. Oct.330.b.
(Dicam enim quod uerum eſt). At.42.b.
Hercule uerum ut loquamur, ſubcontumelioſe &c. Att. 26.b. (Licet enim uerum dicere). Ep.141.b.
Vt uere loquamur. At.61.a. & đ Or.97.a. Quod (ut uere dicam) maxime facimus.
Sed tamen (uere dicam) mallem &c. đ Or.110.a
Vt uere ſcribam. At.52.a. & ibi. Itaq; hoc tibi uere affirmo. Et uere ut dicam, &c. I.V.272.a.
Vt tibi confiteor. At.43.a.
Indicabo tibi. Ci.
Pompeius uere iudicat. At.98.b.
Verum enim dicam, utinam te potius Antoni &c. Oct. 330.b. Quod uerum ſyncerumq; eſt id eſt naturæ hominis aptiſſimum. Off.3.b.
Tantum dabit amicitiæ, ut ueram amici cauſam eſſe malit. Off.60.b.
Vera, grauis & ſolida gloria. I.A.264.b. X. præceps & lubrica dominandi cupiditas.
sed nos ueri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus, umbram et imaginibus utimur. Off.65.b.
Aſſentior frater ut quod eſt rectum, uerum quoq; ſit nec unq̃ aut oriatur, aut occidat. đ L.171.b. et.191.a. Cum aliquid uerum et rectum eſſe dicitur.
Saluſtius in eo honore nihil non ęquum et uerum duxit quod ipſi facere collibuiſſet. I.Sal.274.b.
Veſanus, a, um. inſans. Ci. ꝓ Dom.213.b. Homo ueſanus et furioſus. et.224. Hæc furioſa uis ueſani Tribuni Pl. et đ. D.132.a. Veſanus remex.
Veſcor, ris. Ci. đ. N.37.b. Dij nec eſcis nec potionibus ueſcuntur. Lacte, caſeo, carne ueſcor. Tuſ.246.a.
Sus eſt ad ueſcendum hominibus apta. đ. N.58.b.
Veſci ijs rebus, quæ dulcem motũ afferant ſenſui. đ Fin. 66.a. et.84.a. Veſci naſturtio.
Eſt enim omne quo ueſcuntur homines penus. đ. N.39.b
Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas ut inuentis fru

gibus glandé ueſcantur. Or.199.b.
Veſci uoluptatibus parabiſſimis. đ Fin.132.b.
Veſica,cæ. Ci.đ Fin.85.a. Tanti aderant morbi ueſicę & uiſcerum, ut &c.
Veſicula,le. Ci.đ.D.115 a. Inflatas rūpi ueſiculas.
Veſpa,pę. Ci.đ Fin.134.b. Veſpas aculeis uti uidemus.
Veſper,ris. prima nox. Ci At.177.b. Ad.VIII iduum martij ueſpere. Hunc tegit obſcurus ſubter precordia ueſper. Ci. In Arat.
Veſpera,ræ. Ci.I.C.105.b Si accelerare uolent ad ueſperam conſequentur. & đ Fin.91.b. Ad ueſperam.
Veſperi uel ueſpere. occidente ſole, tarde.
Ci.At.116.a Quinto iduum Febr. ueſperi è Philotimo literas accepi. Heri ueſperi. đ Or.109.b. et At.220.a Pridie ueſperi. Acad.39.a.
Egreditur è uilla ſubito, cur ueſperi? quid neceſſe eſt tarde? pro Mil.111.b.
Veſpertinus,a,um. Ci.đ.N.36.a. Stella ueſpertinis temporibus deliteſcens, tum matutinis rurſum ſe aperiens. & I.A.188.a. Antemeridianæ literę & ueſpertinę literę. At.211.b.
Veſperus,ri. extremum tempus diei.
Ci.At.190.a. Cumq; mane in ſyluam me abſtruſi non inde exio ante ueſperum.
Cum ſenatu dimiſſo domum reductus ad ueſperum eſt &c. đ Am.97.b. & I.A.175.a. Atq; ibi ꝓpotauit uſq; ad ueſperum. Ab hora octaua ad ueſperū ſecreto collocuti ſunt. & Tuſ.247.a. Vſq; ad ueſperum contentius ambulare. Epiſtolam cum a te auide expectarem ad ueſperum, ecce tibi &c. At.27.b.
Vt ea ipſa die domum ad ueſperum rediit. đ.D. 105.b. Vſq; ad extremum tempus diei collocuti ſunt inter ſe. de Ora.87.a.
Veſta,ſtę. Ci.đ.N.39.b. Veſtę nomen a græcis, ea eſt enim, quę ab illis ἑςία dicitur, uiſq; eius ad aras et focos pertinet. Cumq; ueſta, quaſi focus urbis, ut greco nomine eſt appellata, qđ nos propè idē grecum nomen interpretatum tenemus, conſpectu ſit, ei colendę uirgines preſunt, ut aduigiletur facilius, ad cuſtodiam ignis. đ L.175.b.
Veſta mater et Ignes illi ſempiterni nocturnis uigilijs ſeruati. ꝓ Font.284.a.
Ignis Veſtæ perpetuus et ſempiternus. I.C.121.b.
Veſtalis,le. Ci.đ.L.173.b. Virgines ueſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.
Veſtibulum,li. προπύλαιον. At.89.b.
Ci.I.V.141.b. In primo aditu ueſtibuloq; templi. et de Or.138.a In ædibus et templis ueſtibula et aditus.
Ædē telluris priuato ueſtibulo contineri. đ Ar. 251.a. Non modo limine tectoq; ædium ſuarum ſed primo aditu ueſtibuloq; prohibere quempiam. ꝓ Cec.291.b. et ꝓ Cœl.50.b. Nam ſi eſſent in ueſtibulo balnearum non laterent. Inſidiator erat in foro collocatus atq; in ueſtibulo ipſo ſenatus. ꝓ Mil.105.a.
Veſtibula nimirum et aditus ad cauſam faciet illuſtres. Or.201.b. Veſtibulum Siciliæ. I.V.271.a. et đ.L. 182.b. Veſtibulum ſepulchri.
Veſtigo,as. indago, ueſtigiis odoror.
Ci.Poſt.207.a. Hi uoluptates omnes ueſtigant atq; odorant. Et cauſas rerum ueſtigabimus. đ Or.123.b. & 151.a. Aliquid, qđ cum deſidioſa delectatione ueſtiges.
Veſtigium,gij. reliquiæ, ſignum, monumentum.
Ci.ꝓ Cec.291.b. Cum pedem intulero atq; in poſſeſſionem ueſtigium fecero, tum excludar.
Tu extra munitiones tuas ueſtigium ubi imprimas nō habes. I.A.153.a. & ꝓ Cec.299.b. Imprimere ueſtigium in aliquo loco.
Curricula in quibus Platonis primum ſunt impreſſa ueſtigia. Or.198.a.
Veſtigium ungulæ equi Caſtoris in ſilice. đ N.62.a.
Vt in hoc foro ueſtigium facere liceat. ꝓ R.P.130.b.
Veſtigium illud in quo ille poſtremum inſtitiſſet. đ Or. 143.a. & 145.b. & Ad Her.21.a. Stare in ueſtigio.
Antipodes aduerſis ueſtigijs ſtant contra noſtra ueſtigia. Acad.31.a.
Stellæ nunq̄ curſus ſui ueſtigium inflectunt. đ.N.35.b.
Verrem in luto uolutatum totius corporis ueſtigijs inuenimus. I.V.212.a. Perſequi ueſtigia alicuius. đ Ora. 93.b. & ꝓ Clu.24.b. Conſequi aliquem ueſtigijs.
Vt uidere poſſis quemadmodum in ſpatio. Q. Hortenſium ipſius ueſtigijs perſecuti ſumus. đ Cla.193.b.
Vt omnes mortales huius auaritiæ non ſolū ueſtigia ſed etiam cubilia uidere poſſint. I.V.147.a.
Quacunq; ingredimur in aliquam hiſtoriam ueſtigium ponimus. đ Fin.125.a.
Ille autem quas fecit ſtrages? ubicunq; poſuit ueſtigia? I.A.129 a. Memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente ueſtigia. Tuſc.161.a.
Veſtigia alicuius non preſſa leniter ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam omnium ſempiternam. ꝓ Seſt.5.b.
Deus ille quem mente noſcimus atq; in animi notione tanq̄ in ueſtigio ponimus. đ.N.9.b.
Eodem in templo eodem & loci ueſtigio & temporis. I.P.84.a. Nullus eſt locus in quo non extent huius fortitudinis impreſſa ueſtigia. ꝓ Cor.57.a.
Non uidiſſes fratrem, quem reliqueras, ne ueſtigium quidem eius, nec ſimulacbrum ſed quandam effigiem ſpirantis mortui. Q.Fr.303.a.
Veſtigium iſtius in foro non eſſet relictū. I.V.99.a.
Quid in Numma Pompilio? num quod eloquentiæ ueſtigium apparet? đ Or.82.a.
Inerant enim in utriuſq; noſtrum animis uigilantium ueſtigia. đ.D.137.a.
Ne ueſtigium quidem ullum eſt reliquum nobis dignitatis. Ep.58.a. Si ueſtigium rei fuerit. Ad Her.7.b.
Iudicia & ueſtigia ueneni. ꝓ Clu.23.b.
Saturius aliud fraudis in eodem ueſtigio diuerticulum reperit. ꝓ.Q R.53.b.
Stare in ueſtigio. Ad Her.21.a.
Leuiter preſſo ueſtigio perſequi aliquid. I.V.212.a.
Veſtimentum,ti. ueſtis, ueſtitus.
Ci.ꝓ Mil.106.b. Milo domum uenit, calceos & ueſtimenta mutauit. Affers purpuram tyriam, in qua tibi inuideo, qđ unis ueſtimētis tandiu lautus es. ꝓ Fl.161.a Sex Ælius dixit ſe ſuſpicari, leſſum genus aliquod eſſe

ueſtimenti

ueſtimenti lugubris. ď L.182.a.
Cruor in ueſtimentis. Ad Her.7.b.& 40.

Veſtio,ſtis. *tego, obduco, conueſtio.*
Ci.At.28.b.*Deniq; etiam Vatinij ſtrumam ſacerdotij* διβάφῳ *ueſtiant.* *Animantes aliæ corijs tectæ, aliæ uillis ueſtitæ.* de.N.50.a.& Tuſ.163.a.*Multitudo pecorũ ad corpora ueſtienda.*
Quaſi uero neſcias hunc ali & ueſtiri a Cælia &c. pro S.R.43.a.et ibi.*Niſi hoc indignum putas, quod ueſtitũ ſedere in iudicio uides.*
His tabulis interiores templi parietes ueſtiebantur. I.V.228.b. *Natura oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit ac ſepſit.* de.N.54.b.
Deus animam circundedit corpore et ueſtiuit extrinſecus. de Vu.198.b.
Montes ueſtiti ac ſylueſtres. de N.52.b.
Terra ueſtita floribus. ď N.45 b.
Sepulchrum uepribus ueſtitum Tuſ.241.a.
Inuenta ueſtire atq; ornare oratione. ď Or.96.a
Quem cum perpetuo ueſtiuit lumine titan. ď.N.48.a.
Reconditas exquiſitasq; ſententias mollis & pellucens ueſtiebat oratio. ď Cla.190.a.
Hoc modo uiator bene ueſtitus cauſa craſſatori fuiſſe diceretur, cur ab eo ſpoliaretur. ď Fat.147.a.

Veſtis,ſtis. *ueſtitus, ueſtimentum.*
Ci.Poſt.206 b.*Cum uos ueſtem mutandam cenſuiſſetis, cunctiq; mutaſſetis.* & Q Fr.308.a. *Veſtem tum filius mutauit.* & Poſt.200.b.
Hac mutatione ueſtis facta, omitto &c. ꝑ Seſt.8.b.
Cæſar tũ purpurea ueſte ꝓceſſit. ď.D.105.a.& 116.a
Cæſar ueſtitu purpureo excors &c.
Diſcidit ueſtem, reſarcietur. ꝑ Cel.45.a.& I.P.99 b.
Veſtis ſeruilis. *Eſt Sthenius hic cum hoc capillo atq; ueſte domo ſua expilata.* I.V.261.b.
Pretioſa ueſtis, lautus ſupellex. I.A.173.a.et ꝯ Rul.73.b
In pecore, auro, argento, ebore, ueſte, ſupellectili.
Non explicata ueſte, neq; propoſito argẽto. ď Or.98.a
Quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrẽ ueſtem conficiendam fuit. I.V.224.a.
Veſtis ſtragula. I.V.144.b.& ibi.*Veſtis melitenſis.*
Veſtis lintea. I.V.265.b.

Veſtitus,a,um. Ci.I.P.92.b. *Ipſe cum hominibus XV male ueſtitis ad portam peruenit.* & ꝑ Cel.50.b. *Homines calciati & ueſtiti.* *Sepulchrum ſeptum undiq; & ueſtitum uepribus & dumetis.* Tuſ.241.a.
Cum citharœdus prodierit optime ueſtitus palla inaurata indutus &c. Ad.Her.38.b.

Veſtitus,tus. *ueſtimentum, ornatus.*
Ci.ꝑ.R.P.127.a.*Is crudelitatem regis in togatos ueſtitus mutatione uitauit, nam & ſoccos habuit & pallium more græcorum.* *Veſtitu nimio indulges.* ď In.48.a & ď Fin 79.a.*Voluptas pulcherrimo ueſtitu et ornatu regali in ſolio ſedens.*
Vir muliebri indutus ueſtitu. At.7.b.
Veſtitum, quo tectus eram, tibi dedi. ꝑ.S.R.42.b.
Veſtitus obſoletior, corpus incultũ & horridum. ꝯ Rul.68.b *Veſtitus aſper noſtra hac purpura Plebea ac penè fuſca.* ꝑ Seſt.6.b.
Subito edicunt conſules ut ſenatores ad ſuum ueſtitum redirent. pro Seſt.9.b.& 10.a.*Veſtitum mutare.*
Cuius ſcelere in hac ueſtitus fœditate ſumus. I.A.242.a & 258.b.*Ad ſaga ire, redire ad togas.*
Victus ueſtitusq; neceſſarius. ꝑ Quin.9.a.
Veſtitus orationis. ď Cla.196.a.
Riparum ueſtitus uiridiſſimi. ď.N.45.b.& 58.b. *Veſtitus denſiſſimi montium.*

Veteranus,a,um. Ci.I.A.154.a.*Veterani, qui appellabantur, ad ſpem nouarum prædarum incitabantur.* & 184.a.*C.Cæſar firmiſſimum exercitum inuictiſſimo genere ueteranorum militum comparauit.*
Veteranus miles. Tuſ.183.b.

Veterator,oris. Ci.I.V.155.a.*Homo callidus & ueterator.* & ď Cla.171.b.& 180.b.
Dionyſius eſt ueterator magnus. Q.Fr.314.b.
Acutus, aſtutus, ueterator. ď Fin 75.b.

Veteratorie. Cic.Ora.205.b.*Acute & ueteratorie dicere.*

Veteratorius,a,um. Ci.I.V.105.a.*Nihil ab iſto tectũ, nihil ueteratorium expectaueritis.*
Splendida quædam & minime ueteratoria dicendi ratio. ď Cla.189.a.& 186.b.*Et eam accurationem citius ueteratoriam q̃ oratoriam diceres.*

Veternus,m. Ci.Ep.25.a.*Erat in eadem epiſtolam ueternus ciuitatis, gaudebam ſanè, & noſtrum amicum congelaſſe lætabar otio.* & 115.b.*Veternus ciuitatem occupauit.*

Veterrinus,a,um. Ci.ď.N.10.a.*Veterrini poetæ.*

Vetitum,ti. Ci.de Leg.171.a.*Et hæc & alia iuſſa & uetita populorum.*

Veto,as. *prohibeo, abſterreo.* X. *iubeo, cogo.*
Ci.ď Or.117.a.*Lex peregrinum uetat in murum aſcẽdere.* & I.P.90.a.*Quod omnes leges ꝑleniſſime uetãt.*
Tu me rebus incognitis aſſentiri uetas. Acad.28.b.
Rationes a te collectę uetabãt me reip penitus diffidere. Ep 70.a.& ꝑ Clu.31.b.*& eum ſaluti diſperare uetuit.*
Actũ agimus, quæ uetamur ueteri ꝓuerbio ď Am.228.a

Vetulus,a,um. Ci.ď Fin.133.b.*Arbor & uetula & nouella.* *Mulier uetula ſanè & multarum nuptiarum.* At.214.a.& ꝑ Quin.5.a.*Gladiator uetulus.*
Equis uetulis teneros anteponere ſolemus. ď Am.109.a

Vetus,ris. *antiquum, priſcum, quod uetuſtatem fert.*
Ci ꝑ Cec.293.b.*Hoc iam uetus eſt & maiorum exemplo multis in rebus uſitatum.*
Vetus & uſitata exceptio. ď Or.98.b.
Paterna magna & uetus & iuſta neceſſitudo. At.261.a
Amicitia peruetus mihi cum eo eſt. Ep 121.a.
Exercitatus & uetus miles. Tuſ.183.a.
Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia. I.V.216.b.
Themiſtocles ut apud nos perantiquus, ut apud Athenienſes non ita ſanè uetus. ď Cla.168 a.
Veteres uexatores ætatulæ deſpiciens. ꝑ Seſt.6.b.
Maiores noſtri ueteres illi admodum antiqui leges annales non habebant. I.A.203.b.et ď Or.100.b.*Primum quia ueteres illi &c.*
Veterrima quæq; (ut ea uina quæ uetuſtatem ferũt) eſſe debent ſuauiſſima. ď Am.109.a.

Credendum eſt ueteribus, & priſcis, ut aiunt uiris. de Vu.211.b.

Vetuſtas, tis. *antiquitas, ſenectus.* Ci. p Dom. 237.a.
Peritiores uetuſtas facit. & d Or. 211.b. *Hiſtoria nuntia uetuſtatis.* *Hæc non uidentur habitura uetuſtatem.* At. 212.b.
Res ab noſtra memoria propter uetuſtatem remotæ. d Iu. 42.a. *Verborum priſca uetuſtas.* d Or. 101.a. & ibi.b. *Vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent.*
Hęc nulla unq̃ uetuſtas obruet, nulla unq̃ delebit obliuio. p Deio. 120.b.
Veteres leges aut ipſas ſua uetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legibus eſſe ſublatas. d Or. 126.b.
Sed certe ſi paulum aſſumpſerint uetuſtatis ac roboris non continebuntur. ꝯ Rul. 80.b.
Nimia uetuſtas non habet eam, quam quęrimus ſuauitatem, nec eſt iam ſanè tolerabilis d Cl. 191.b.
Municipium uetuſtatę antiquiſſimum. I. A. 186.a.
Viri iam ſatis omnibus uetuſtate probati. Ad Her. 24.b.
Vinum uetuſtate coaceſcit d Sen. 91.a
Vinum uetuſtate euaneſcit. d D. 132.b.
Magna eſt enim uis uetuſtatis, & conſuetudinis. de Am. 109.a.

Vetuſtus, a, um. Ci. Ep. 219.a. *Cum demetrio mihi uetuſtum hoſpitium eſt. &* 83.a. *Ratio uetuſtæ diſciplinæ.*
Opinio tam penitus inſita, tam uetuſta. p Clu. 18.b
Sed multo tamen uetuſtior & horridior ille q̃ Scipio. d Cla. 172.a

Vexatio, onis. Ci. I. C. 101.a. *Tibi uexatio direptioq; ſociorum impoſita fuit.* & 118.a. & 120.b.
Afflictatio eſt ęgritudo cũ uexatiõe corporis. Tu. 213.a

Vexator, oris. *exagitator.* Ci. d Ar. 255.a. *Is crudelis uexator reip fuit.* et. I. A. 188.b. *Direptor et uexator urbis.*
Veteres uexatores ætatulæ ſuæ deſpicient. p Seſt. 6.b
Milo uexator furoris Clodij. p Mil. 128.a

Vexatus, a, um. Ci. I. A. 188.a *Canutius a quo erat honeſtiſſimis contentionibus et ſæpe et iure uexatus.*

Vexillum, li. *ſignum.* Ci. I. A. 179.b. *Vt uexillum uideres et aratrum circunduceres.* et. 168.a. *Vexillu upus eſt, conuolabunt.*
X literã ẽ uexillo et paxillo conſuetudo euellit. Ora. 211.a. *Qui ſi Romam redierit, nunquã udu perditis ciuibus uexillum, quo concurrant, de futurum putatis?* I. A. 200.a

Vexo, as. *agito, exagito, uexator ſum, diripio, populor, infeſtum reddo, inſulto, male habeo, miſerũ habeo.* Ci. I. C. 103.a. *Cum bello ueſtabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt.*
Prouincia populata atq; uexata. I. V. 174.a
Quæ oppida tu diripiẽda et uexanda curaſti. I. V. 87.a et. 90.b. *Spoliãda ac uexanda.*
Intereà cum meis copijs omnibus uexaui Amanienſes hoſtes etc. Ep. 23.b. *Qui omnia diuina et humana uexarunt, uiolarunt, perturbarunt, euerterunt.* p Seſt. 3.a.
Vxor mea, quam uexauiſtis, rapetuiſtis, omni crudelitate laceratiſtis. p Dom. 220.a.
Quę te tanta pœna tuorum ſcelerum uexat ut arbitrare etc. p Dom. 213.b.
Multis uexatus contumelijs, multis iactatus iniurijs pro Quin. 18.a. et p Seſt. 17.a. *Cato Piſonẽ uerbis uexauit.*
Aliquem probris omnibus maledictisq; uexare. p Pis. 256.b. *Vexatur idem Theophraſtus & libris & ſcholis omnium philoſophorum, quod &c.* Tuſ. 233.a
Solicitudo uexat impios. d L. 164.a.
P. Clodius ſtatuit omni ſcelere uexare rẽp. p Mil. 106.a

Via, uiæ, *iter, angiportus.* Ci. I. V. 222.b. *Via qua Aſſoru itur Ennam. &* d Fin. 99.b. *Via quæ eſt hinc in Indiam.* *Ceteræ urbis partes una uia lata perpetua multisq; tranſuerſis diuiſæ priuatis ædificijs continẽtur.* I. V. 228.a.
Video quot dierum uia ſit. I. V. 191.a.
Dare uiam alicui per fundum ſuum p Cec. 289.b.
Longuium ſanè iter & uia inepta. At. 259.b. 260.a.
In Syriam patebat uia certa neq; longa. I. A. 231.a.
Viennam equites mille uia breuiore premiſi. Ep. 149.a. & Off. 41.a *Hæc uia ad gloriam proxima eſt & quaſi compendiaria.*
Vt eam laudis uiam rectiſſimã eſſe duceret, quam maiores eius ei tritam reliquiſſent. d Cla. 191.a.
Ex eo loco recta uitularia uia profecti ſumus in ſuffidianum. Q. Fr. 318.a.
Curſare huc & illuc uia deterrima. At. 143.b.
Qui antẽq̃ de meo aduentu audire potuiſſent, aliquorũ dierum uiam in Macedoniam ad Planciumq; perrexi. p Plan. 280.a. *Itaq; reuertit ex itinere cum iam progreſſus eſſet multorum dierum uiam.* d D. 26.a
Via noua Romæ. d D. 101.b. & p Plan. 262.b. *Via ſacra romæ ad quam itur a fornice Fabiano.*
Via illa noſtra, quæ per Macedoniam eſt uſq; ad Helleſpontum militaris. d Pro. 69.b.
Declinare de uia ad dextram. d Fin. 120.a.
Dare ſe in uiam Ep. 237.b. *In uiam, quod te des hoc tempore nihil eſt.*
Munire uiam & munitiones uiarum. p Font. 277.b
Obſeſſio militaris uiæ. I. P. 88.a.
Viæ ab inteſtinis ad iecur ductę ac directę. d N. 63.b.
Quæ res duplicem habuit docendi uiam &c. Or. 207.a
Dij dant nobis uias ad ſignificationũ ſciẽtiã. d D. 129.b
Et me in ipſius conſuetudinem inſinuabo, et certe omnes uias perſequar, quibus putabo ad id quod uolumus, perueniri poſſe Ep. 57.b. *Via & arte dicere* d Cl. 168.b
Via progredi. d N. 42.a.
Optimarũ artiũ uias tradere ſuis ciuibus. d D. 128.b.
Officium, qd ab eo ducitur hanc primum habet uiã quæ deducit ad conſeruationem naturæ Off. 20.a.
Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, adipiſcendi obſidebant. p Mur. 131.b.
Græci omnes uias pecuniæ norunt, omnia pecunię cauſa faciunt. Q. Fr. 292.b.
Via iuris eiuſmodi eſt, ut &c. Q. Fr. 301.b
Via uiuendi ſimplex, & aperta & directa. d Fin. 60.b.
Cæſar hanc reip. uiam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt. I. C. 120.a. *Inuſitatas uias indagare, tritas relinquere.* Or. 197.b. *Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant uiam.* d D. 108.a.

Quod

Quod ſi erratum eſt ſpe falſa & fallaci redeamus in uiã. I.A.240.b. *Deducere in uiam* đ Leg.144.a.
Inire uiam, redire uiam. p Mur.130.a.
Nũc iter conficiebã æſtuoſa et puluerulẽta uia. At.75.b
Hi non inſtitue ſed ingundi tradunt uias. đ Leg.159.b
Quod ſi ita putas totam ignoras uiam gloriæ. Ci.
Ignoras uerum iter gloriæ.
Quis neſcit ueniſſe eam tot dierum tibi uiam gratulatũ? I.A.172.a.& 243.b. *Tres uiæ ſunt ad Mutinam, a ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.*
Quid eſt aliud q̃ erranti uiam non monſtrare, qđ Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. Off.12.b.
Volumus ſanè tanq̃ aliquam uiam lõgam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendum ſit, iſtuc quo perueniſti uidere quale ſit đ Sen 72.a.

Viaticum, ci. Ci.At.197.a. *Velim uideas & quid inſtrumenti & quid uiatici ſatis ſit.* Q. *Ticinius uiaticum ſe negat habere.* At.114.a.& p Plan.164.a.
Legato tuo uiaticum eripuerunt. Ep.184.b.& At.58.a.
Viaticum Craſſipes præripit. &.123 a. *Ad Philotimũ ſcripſi de uiatico.* et 247.b. *Video mihi opus eẽ uiaticũ.*
Poteſt quicq̃ eſſe abſurdius, q̃ quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quærere? đ Sen 91.a.

Viarius, a, um. Ci.Ep.116.a. *Lex uiaria.*

Viator, oris. Ci. p Mil.111.a. *Non ſemper uiator a latrone, nonnunq̃ etiam latro a uiatore occiditur.*
Niſi quid ex prætereunte uiatore exceptum eſt, ſcire nihil poſſumus. At.29.a.
Faciam, quod uiatoribus, cum properant, ut &c. Q.Fr. 315.b. *Miſiſti uiatorem, qui M.Bibulum domo ui extraheret.* In Vat.33.a. & p Font.182.a.
Qui ſenatores acerſebãt uiatores noĩati ſunt. đ Se.89.a.
Qđ cũ è uiatore quodã eſſet auditũ, miſi etc. At.144.b.
Hoc modo uiator bene ueſtitus cauſa craſſatori fuiſſe diceretur, quod ab eo ſpoliaretur đ Fat.147.a.

Vibro, as. Ci.đ Or.138.b. *Samnites, qui uibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utũtur.* & Off. 38.b. *Vibrare haſtam.* *Qui ſicas uibrare & uenena ſpargere didicerunt.* I.C.109.a.
Demoſthenes cuius non tam uibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur. Or.110.a.& đ Cla.196.a.
Oratio incitata & uibrans.
Mare cũ a ſole collucet, albeſcit & uibrat. Acad.16.b.

Vicanus, m. Ci đ D.108.a. *Vicani Aruſpices.*

Vicarius, a, um. *qui uicem alterius obtinet uel in eius locũ ſuccedit, qui pro aliquo in aliquo munere conſtitutus eſt.* Q.đ Pet.210.b. Ci. p Syl.172.a. *An hoc regnum appellabitur? cuius uicarius qui uelit eſſe, inueniri nemo poteſt, lõge abeſt regni ſuſpicio.* & At.285.a. *Vicarius alienæ dominationis.* *Succedam ego uicarius tuo munere ſuſcipiam partes tuas.* I.V.119.a.
Itaq; do te uicarium, tu eum obſeruabis. Ep.265.b.
Procurator penè dominus & alieni iuris uicarius. pro Cecin.196.a. *Nolite mihi ſubtrahere uicarium diligentiæ meæ.* p Mur.143 b.
In his operæ noſtræ uicaria fides amicorũ ſupponitur. p S.R.36.b i. in mandatis.
Vicarius ſeruus maiori ſeruo ſeruiens. I.V.167.a. *Hic Diogenetus uicarium nullum habet, nihil omnino peculij.* & 95.a. *Peculia omnium uicarijq; retinentur.*
Quinquaginta aratores ita uideo deiectos ut ijs ne uicarij quidem ſucceſſerint. I.V.174.a.
Quod ſi in bello dari uicarij ſolerent, libẽter me, ut Brutus emitteretur pro eo includi paterer. I.A.240.a.

Vicatim. Ci. p Dom.239.a. *Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe deſcriptio.* & p Seſt.10.a. *Cur uicatim ſerui omnes conſcriberentur &c.*
Vicatim ambire, ſeruis aperte ſpem libertatis oſtendere. At.56.a.

Vicem & uice. Cic. p Dom.214.b. *Mihi uni neceſſe eſt & meam & aliorum uicem pertimeſcere.* & Ep.176.b. *Valde & meam & ueſtram uicem timeam neceſſe eſt.*
Reip. uicem doleo. At.279.b. &.133.a. *Vt meam uicẽ doleres, cum me uideres derideri.*
Nos malo ſolatio conſolamur, quod ipſius uicem minime dolemus. At.58.a. & Ep.59.b. *An illius uicem (credo) doleat*
Reſp. in qua tuam uicem ſæpe doleo, quod nullam partẽ per ætatem ſanæ & ſaluæ guſtare potuiſti. Ep.197.b.
Nos ſi alienam uicem pro noſtra iniuria doleremus, ueſtigium iſtius in foro non eſſet relictum. I.V.99.a.
Sed me hercule Curionis & Pauli meorum familiarium uicem doleo. At.92.b.
Quanq̃ ille noſtrã uicem ultus eſt ipſe per ſeſe. Ep.20.a.
Recito uicem officij præſentis, teſtimonium præteriti temporis. p Seſt.5.a.
Niſi forte me Sardanapali uice in ſuo lectulo mori malle cenſueris. At.161.b.
Si fingenda nomina uicę poetæ &c. đ Leg.175.a.
Legem tranſiuit ſemel tantum non ut alij ſolebant omnibus uicibus. At.81.b. *aliter, uicis.*
Vos qui apud me uim & numen deorum tenetis. Poſtq̃. 203.b. *Nulla eſt perſona, quæ ad uicem eius qui è uita emigrauit propius accedat, q̃ hæres.* đ Leg.180.a.

Viceſimus, a, um. *uigeſimus.*
Ci Ep.198.a. *Altero & uiceſimo die.* et đ Fin.86.a. *Viceſimo die iung.* et Q.Fr.321.a.
Viceſima erat uectigal quoddam. At.31.b.

Vicinia, niæ. *uicinitas.* Cic.Tuſ.155.b. *Inde in uicinia noſtra auerni lacus.*

Vicinitas, tis. *uicinia, propinquitas.*
Ci.I.V.212.b. *Signum quod erat notum uicinitati buccina datur.* et p Cæl.45.a. *Cur in iſtam uicinitatem meretriciam te contuliſti?*
Cantu neruorum tota uicinitas perſonat. p.S.R.41.a.
Sex. Roſcius Amerinus fuit non modo ſui municipij, ſuerum etiam eius uicinitatis facile primus. p.S.R.11.a. et ibi. *Hic præter cæteros in ea uicinitate eam partem cauſamq; defendit.*
In umbria atq; in ea uicinitate. p S.R.26.a.
Sed etiam regionis illius ac uicinitatis facile primus. pro Clu.10.a.
Iam municipia coniunctione etiam uicinitatis uehementer mouentur. p Plan.163.a. et Off.46.b. *In uicinitatibus et confinijs.*
Mihi cum eo uicinitas & magnus uſus eſt. p Clu.27.b.

& Poſtq.198.a.Amicitiæ,conſuetudines,uicinitates.& đ Fin.140.a.Vicinitas cum ciuibus.

Vicinitas totius regionis.đ In.50 a.& Acad.35.a.Verſari in uicinitate. Cum forum commune ſit, uicinitas non requiritur.Ep.71.a.

Propter uicinitatem totos dies ſimul eramus iuncti.Att.73.a.& ꝓ Plan.263.a.Scire enim hoc propter uicinitatem facile poſſum.

Artium ſtudiorumq; quaſi finitima ſocietas. đ Cla.178.b. Nares non ſine cauſa uicinitatem oris ſecutæ ſunt. đ.N.54 b. Cum ſingulari uoluntate Campaniæ uicinitatis ornetur.ꝓ Rab.92.a.

Vicinus,a,um. propinquus, finitimus proxime accedens ad aliquid. Ci.At.122.a.M.Lepidus uicinus noſter.& .30.b.Vicinus proximus.& .215.a.& .I.C.109.a.et Off.63.b.& Q.Fr.300.b.Interior uicinus.

Poſſum multos proferre uel tribules uel uicinos meos, qui &c.ꝓ.S.R.25.b. Cum cæteri deficerent finitimi ac uicini.ꝓ Syl.178.a.& ad Her.27.a.

Dialectica uicina & finitima rhetoricę.Or.207.a.

Eſt autem quidam interiectus intermedius uicinus amborum.Or.198.b.& Off.73.a.Fides in capitolio uicina Iouis Opt.Max.

Latona grauida & iam ad pariendũ uicina. I.V.85.a.

Vicissim. pariter, inuicem Cæſ.37.a.

Ci.Acad.31 a.Vos ab illo irridemini, & ipſi illum uicisſim eluditis. Terram uno tempore florere, deinde uicisſim horrere đ N.30.a.

Oculorum & hilaritatis & uicisſim triſtitiæ modum res ipſę temperabunt.Ci.

Quod iuſtum eſt honeſtum eſt,uicisſimq; quod honeſtum eſt iuſtum eſt.đ Fin.105.a.

Si ſint ea genera diuinandi uera,eſſe deos,uicisſimq; , ſi Dij ſint,eſſe qui diuinent.đ D.82.a.

Mutuari ab aliquo & ei uicisſim reddere aliud quidpiam đ Fat 140.b.

Cum eadem uicisſim retro commeant.đ.N.65.b.& .42.b.Deinde retrorſum uicisſim ex æthere aer oritur.ee.26 a.Te audire uicisſim uellem.

Redeo nunc ad te Cæli uicisſim.ꝓ Cæl.45.a.

Hoc ego meo facto delector,eſt enim &c.conſidera nũc uicisſim tuum.Ep.34.a. Præbebo me tibi uicisſim attẽtum contra Stoicos auditorem đ.N.60.a.

Veruntamen expecto quid ille tecum , quid tu uicisſim. At.252.b. Refrigeratio in æſtate,& uicisſim in hyeme ignis hybernus.đ Sen.26.b.& .89.a.Vbi enim potes ęque caleſcere apricatione,uel uicisſim umbris refrigerari. Non enim me ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturũ , ut uicisſim tuos compellarem.In Sal.273.a.

Viciſſitudo,nis. commutatio, uarietas quædam.

Ci.Tuſ.242.a. Quæq; ex alio in aliud uiciſſitudo atq; mutatio.& .162.a Viciſſitudines dierum & noctium,cõmutationesq; temporum quadripartitæ . & đ In.54.a. Diurnæ nocturnæq; uiciſſitudines.

Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris q̃ temporum uarietates, fortunæq; uiciſſitudines.Ep.68.a.

Ad actionis ſuauitatem,quid eſt uiciſſitudine & uarietate & commutatione aptius:đ Or.164.a.

Populus rom.diſtinguit rationem officiorum & temporum,uiciſſitudinem laboris ac uoluptatis.ꝓ Mur.142.b Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ,nihil uiciſſitudine ſtudiorum officiorumq; iucundius.đ Am.105.b.

Altera ad uiciſſitudinem referendæ gratiæ pertinet. Part.241.b. Pedes aut choreos aut heroos aut alternos eſſe oportet,nam horum uiciſſitudines efficiunt , ut &c. đ Or.161.a. Vix quiſq̃ arte ulla rerum ordinem ac uiciſſitudinem perſequi poteſt.đ Ar.248.a.

Ea uiciſſitudo in omni curſu conſeruatur. đ.N.51.a.& 12.a.Qui rerum uiciſſitudines ordinesq; conſeruet.& 42.b.Viciſſitudine elementorum mundi continuata natura eſt.& .45.b.Impetus cœli conſtantiſſime conficiens uiciſſitudines anniuerſarias.

Dierum noctiumq; uiciſſitudines.đ Leg.172.b.

Viciſſitudine nonnunq̃ utendum putat.Off.27.a.

Victima,mæ. hoſtia.đ In.74.a.

Ci.ꝓ Flac.164.a.Quam poteſtis P.Lentulo mactare uictimam gratiorem& đ Fin.77.b. Seq; è continenti genere tertiam uictimam reip.prębuit.

Victor,ris.felix. Ci.Ep.54.b. Multa enim uictori eorũ arbitrio per quos uicit,etiam inuito facienda ſunt.

Ille ipſe uictor L.Sylla.ꝓ Pom.9.b.& .I.P.82.b.Cn.Põpeius gentium uictor.& đ Ar.255.b.Ille externorũ bellorum hoſtiumq; uictor. Galli uicti ſilere ſolent, canere uictores.đ D.120.a. & ibi. Galli uictores alacritate & quaſi lætitia ad canendum excitantur.

Cæſar Alexandriam ſe recepit felix.I.A.172.b.

Victoria,riæ. palma, triumphus, trophęum, rẽs bene geſta.X.offenſio.

Ci.ꝓ Mar.132.a.Victoria,quæ natura inſolens atq; ſuperba eſt.& At.283.a. Facilius in timore benigni q̃ in uictoria grati reperimur.

Qui ex reip. cauſa ſibi glorioſam uictoriam conſecutus eſt.ꝓ Cæl.41.a.

Quodammodo uictoria excidit è manibus.At.278.b.

Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non offenſionibus belli ſed uictorijs,nõ ſtipendijs ſed triumphis eſt erudita.ꝓ Pom.9.a.b.

Finem ſtipendiorum patris uictoriam & triumphũ fuiſſe.ꝓ Mur.126 b.

Vt ab illo inſignia uictoriæ non uictoriam reportarent. ꝓ Pom.5.a.

Literæ quæ rem bene geſtam in bello nuntiarent.đ Pro.71.b.

Victoriatus,ti. Ci.ꝓ Font.278.a.Nulchalune ferent unbinos & uictoriatos mille.*

Victrix,cis. Ci.At.278.a.Erat uictrix reſp.cæſis hoſtibus.& ꝓ Clu.20.b.Mater uictrix filiæ non libidinis. Manus illa Clodiana in cæde ciuium iam ſæpe uictrix. ꝓ Seſt.20.b.

Oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet , uictrices Athenas fore.Tuſ.174.a.

Victurus,a,um. Ci.I.A.189.a.Is dixit,niſi qui uiciſſet, uicturum eſſe neminem.

Victus,a,um. ſuperatus, ſubactus, conuictus, fractus. Ci.ꝓ Font.281.b.Victi & ſubacti populi.& At.274.a.Exercere iracundiam in ſuperatos.

Victus, ctus. Ci. p Quint. 9. a. *Victus ueſtitusq; neceſſarius.* & de Or. 105. a. *Vt ei uictus, quotidianus in Prytaneo publice præberetur.*

Nunc planè nec uictum ullum nec uitam colere poſſum. At. 295. a. *Dionyſius omni cultu & uictu humano carebat.* Tuſ. 240. b. *Vitæ uictusq; communis in amicis uigent maxime.* Off. 12. a. & de Fin. 83. b.

Hominum uita plurimum diſtat a uictu & cultu beſtiarum. Off. 35. b. & de In. 42. a. *Victus ferinus.*

Qui ſalubri & moderato cultu atq; uictu quieti ſe tradiderit. de D 93. b. *De parſimonia Lacedæmoniorum & Perſarum in uictu.* Tuſ. 247. a b.

C. Tuditanus omni uita atq; uictu excultus atq; expolitus. de Cla. 173. a.

Parare ea quæ ſuppeditent ad cultum, & ad uictum etc. Off. 3. b. *Qui paruo contentus tenui uictu cultuq; delectatur.* de Am. 112. a.

Vicus, ci. angiportus. Ci. p Dom. 224. b. *Cum conſcriberes ſeruos ex omnibus uicis concitatos.*

Nullum in urbe uicum, nullum angiportum eſſe dicebāt, in quo Miloni non eſſet conducta domus. p Mil. 113. b.

Scribis te uicum uenditurum. Ep. 233. a.

Rubimæ uicos complures exuſtos eſſe. p Pom. 4. b.

Cobiamacho, qui uicus inter Toloſam & Narbonē eſt. & Ep. 245. a. *Fugerana, quæ fuit nō uici iſtar ſed urbis.*

Concurſus fiunt ex agris & uicis & ex domibus omnibus. At. 76. b.

Omnibus uicis ſtatuę factæ ſunt. Off. 68. a.

Videlicet. ſcilicet, nam, enim.

Ci. de Or. 154. b. *Aut ſi eſt uictus, eloquentior uidelicet fuit Socrates.* *Maiores noſtri ſtatuerunt, ut ſortitione in quoſdam animaduerteretur, ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret.* p Clu. 44. a.

Ariſtoteles dicit rhetoricam quaſi ex altera parte reſpōdere dialecticæ, ut hoc uidelicet inter ſe differant &c. Or. 207. a. *Qui eorum, quorum? uidelicet qui ſupra ſcripti ſunt.* p Clu. 49. a.

Quamobrem hoc uos doceo Sulpiti, bonus ego uidelicet magiſter, ut poſſitis &c. de Or. 126. a.

Quid hunc tam claro tropheo clarius habere conuenit? ſcripto uidelicet legis omiſſo, ſcriptoris ſententiam conſiderare debebat. de In. 53. a. et. 42. a. *Quidam magnus uidelicet uir & ſapiens.* *Sapiēs uidelicet homo cum primis noſtræ ciuitatis.* de Or. 129. a.

Sed apud alios loqui uidelicet didicerat, non multū ipſe ſecum. Tuſ. 248. a. & 177. a. *Te natura excelſum quendam uidelicet & humana deſpicientem genuit.*

Hæc cum loqueris, nos Varrones ſtupemus, tu uidelicet tecum ipſe rides. de Fin 80. b.

Vix tandem legi literas dignas Appio plenas humanitatis, aſpectus uidelicet urbis tibi tuam priſtinam urbanitatem reddidit. Ep. 39. a.

Hoc natura uidelicet uoluit. de Fin. 71. a. & 141. a. *Hac uidelicet ratione.*

Quos imitatus Plato, uidelicet hoc quoq; legis putauit eſſe, perſuadere aliquid &c. de Leg. 172. a.

Quæq; ita compoſita ſancitaq; eſſent, eas uidelicet leges nominarunt. de Leg. 171. b.

Caſte iubet lex adire ad Deos, animo uidelicet, nec tollit caſtimoniam corporis. de Leg. 174. b.

Huic moleſtus eſſe uidelicet noluiſti. p Quint. 7. a.

Homines uidelicet peccare maluit q̃ Deos. I. V. 113. a. & 139. a. *Licebat enim uidelicet legibus.*

Cum ille alter, uidelicet qui nummos habebat &c. de In. 63. b. *Nihil uidelicet eſt eorū.* p Pla. 279 b. i. quidē.

Videlicet cum illam epiſtolam ad me dabas nōdum erat tibi id notum. At. 281. b.

Videlicet illa, nam is poſtq̃ &c. q̃ longa eſt narratio? de Ora. 138. b.

Videlicet eijciet quem uolet? p Seſt. 9. b.

Nam quæ parcius frater perſcripſerat, uerecundia uidelicet & properatione, ea tu ſine aſſentatione, ut erant, ad me ſcripſiſti. Ep. 267. a.

Libros compone, uidelicet cum Metrodoro lubebit, quādo eius arbitratu uiuendum eſt. Ep. 264. a. & 263. a.

Stoici hæc uidelicet uiderunt. de Fi. 120. b. & 11. a. *Hęc uidelicet eſt correctio philoſophiæ.*

Videns, tis. Ci. p Quint. 9. a. *Huic acerbiſſimum uiuo uidentiq; funus ducitur.*

Video, es. cerno, conſpicio, perſpicio, aſpectu ſentio, aſpectu percipio, ſenſum uidendi uel oculorum habeo, ante oculos mihi uerſatur uel obuerſatur, *ſed quē accepi ipſe oculis animoq; ſenſum, hunc uere apud uos, ut potero, planiſſime exponam.* I. V. 157. a. prouideo, cōſidero.

Ci. de Or. 134. b. *A porta exquilina uideo uillam tuam.*

At ille neſcio quis qui ī ſcholis nominatur, mille & octingenta ſtadia quod abeſſet, uidebat. Acad. 20. b.

Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem uideo, Pōpeianum non cerno. Acad. 20. b.

Quæ uero miſerāda ſunt ea & mihi ante oculos uerſantur, & uos uidere ac perſpicere poteſtis. p Mur. 145. a.

Vt eum oculum quo bene uideret amitteret. de N. 99. b.

Nihil igitur uacuum uideri poteſt. de Vn. 197. a.

Apud Anitium uidebimus, ut paratum ſit. Q. Fr. 313. a.

Quicquid mali per hos annos Cluentius uidit, id omne a matre eſt conflatum. p Clu. 53. b.

Videre licet quoſdam &c. Tuſ. 177. a.

Videre & perſpicere aliquid oculis. I. V. 214 b.

Quem ego tam uideo animo q̃ ea quæ oculis cernimus. Ep. 80. a.

Vide igitur iſta Sceuure, ſi potes eē poſſeſſor. de Or. 135. a.

Videbis quid Lyſoni, quid medico placeat. Ep. 256. b.

Vide etiā atq; etiam ac conſidera quid agas. I. V. 271. b.

Vide quæſo etiam atq; etiam, ne &c. Acad. 16. a. & 17. a. *Caue ne capiaris, ne fallaris uide.* & Tuſ. 193. b. *Videamus ne &c.* & 184. a. *Vide ne non ita ſit.* & 266. a.

Vide ne a malis dici uerius poſſit.

Prouide ne &c. I. V. 66. b.

Vide modo inquis &c. Ep. 112. b.

Sed Septimium uide. At. 189. a. & ibi. *Procuratores corruſſicij uidebis.*

Quid concupiſcas tu uideris, quid concupiueris certe habebis. I. A. 201. a.

Sed id quoq; uidebimus. At. 26. a.

Sed de hoc tu uideris. At. 274. a.

Quàm id recte faciam uiderint ſapientes. de Am. 97. a.

Sed hæc fortuna uiderit, quoniam conſilio uti non licet. At.94.a.& .60.b.*Sed de illa ambulatione fors uiderit, aut ſi quis eſt qui curet deus.*
Sed uidero hoc poſterius. ꝓ Cæl.44.b.
Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? uiderint inquit iſta officia boni uiri. ꝓ Quint.10.a.
Quæ ars ꝗ ſit facilis illi uiderint, qui &c. deinde etiam tu ipſe uideris, qui &c. đ Or.106.b.
Quàm ſimile iſtud ſit, tu uideris. đ.N.61.b.
Sed tu id quanti æſtimes, tuum iudicium eſt. At.152.b.
Videre mihi uideor tantam dimicationem quanta nunꝗ fuit. At.98.b. *Ferè nemo eſt quin acutius atq; acrius uitia in dicente ꝗ recta uideat.* đ Or.94.b.
Sed diligentius nobis eſt uidẽdum ne diſtracti, pares aduerſarijs eſſe non poſſimus. At.130.b.
Nan ne uobis uidetur animus is, qui plus cernat & longius, uidere ſe ad meliora proficiſci: ille autem cuius obtuſior ſit acies, non uidere? đ Sen.94.b.
Sed loquor de ijs qui ante oculos ſunt, quos uidemus. đ Am.103.b.
Cogitationes noſtræ quæ uolunt ſic intuentur, ut ea cernimus, quæ uidemus. ꝓ Mil.116.b.

Videor, eris. *compareo, ſpeciem offero, ſpeciem habeo uel præ me fero.*
Ci.đ In.23.b.*Atq; etiam hoc mihi uideor uidere, eſſe quaſdam &c.*& .I.V.61.b.*Videre iam uideor &c.*
Obiurgaui Senatum ut mihi uiſus ſum ſumma cum authoritate. At.15.b.& .16.b.*Vt mihi uidebar &c.*
Videor mihi hanc urbem uidere ſubito uno incendio cõcidentem. I.C.120.b.& ibi.*Cerno animo, uerſatur ante oculos.* *Vt ſpeciem aliquam uiderer uidere quaſi reuiuiſcentis reip.* Ep.49.a.& .134.b.
Tertia ſi id, quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cũ eo quod utile uideretur. Off.13.b.
Hæc conſilia M Bruto reprehendenda uiſa ſunt. ꝫ Rul.84.b. *Quid eſt quod hac tandem de re nobis poſſit uideri?* ꝓ Quint.10.a.
Itaq; uideo uiſum eſſe nonnullis, Platonis locutionem &c. Or 203.a.
Si quid eſt in me, quod iam ſperare uideor, quoniam etc. đ Or.119.b.& .112.a.*Nunc Catulo audiẽte uidear debere non tam pugnare tecum, ꝗ quid ipſe ſentiam dicere.*
Quia conſilijs ut uidemur bonis utimur. At.78.a.& Ep.217.a.*Si uideris tibi me poſſe conſequi.*
Cuius ſocius uideor eſſe debere. At.132.a.
Neq; id facio (ut fortaſſe quibuſdam uideor) ſimulatione. Ep.9.a.& .57.a.*Cum cæteris (ut quidem uideor) tũ ipſi mihi diſpliceo.* Ep.57.a.& ibi.*Videor mihi perſpicere &c.* *Videor audiſſe de L.Craſſo &c.* đ.N.13.a
Videor iam te auſurus eſſe appellare. đ Cla.166.b.
Sicut mihi uidetur, quantũ iudicare poſſum. đ Or.113.b
Videre mihi uideor tantam dimicationem, quanta nunꝗ fuit. At 98.b.& .213.b.*Hortos quoniam hodie eras in ſpectaturus, quid tibi uiſum ſit, cras ſcilicet.*
Induxit eam quæ uideretur eſſe, non quæ eſſet repugnãtiam. Off 18.b. *Nunc autem mihi uiſum eſt, de ſeneſtute aliquid ad te ſcribere.* đ Sen.77.a.
Quo in genere ſperare uidear, amicitiam noſtram &c. de Am.98.b.& .99.a.*Sic enim mihi perſpicere uideor, ita natos eſſe nos &c.*
Puero de mancipijs, quæ tibi uidebitur attribuas. Att.195.b. *Sæpe de L.Craſſo uidear audiſſe, cum te togatis omnibus anteferret.* đ.N.23.a.

Viduitas, tis. Ci.ꝓ Cecin.287.a.*Ebutius iſte iãdiu Cæſenniæ uiduitate ac ſolitudine alitur.*

Viduus, a, um. Ci.ꝓ Cecin.287.b. *Cognitore uiduarũ.* & Tuſ.180.a.*Sic ipſe uiduus peſtes excipio anxias.*

Vietus, a, um. Ci.đ D.116.a.*Poſſum ſuſpicari contractũ aliquo morbo bouis exile & exiguũ & uietũ cor fuiſſe.* *Neceſſe fuit eſſe aliquid extremum, et tanꝗ in arborum baccis maturitate tempeſtiua quaſi uietum et caducum.* đ Sen.78.a.

Vigeo, es. *uiriditatem quandam habeo, floreo, flagro, in gratia ſum.* X. *iaceo, obſoletus.*
Ci.đ.N.42.b.*Stirpes arte naturæ uiuunt et uigent.* & 66.b.*In omni rerum natura id uiuere, id uigere quod caleat.* *Neq; enim eſt ullum, quod non uigeat interiore, quodam motu.* Tuſ.235.b.
Animus eſt qui uiget, qui ſentit, qui meminit etc. đ Som.230.b.et ꝓ Mil.118.a.*In nobis eſſe quiddam quod uigeat, quod ſentiat etc.* et đ D.104.a.*Viget enim animus in ſomnis.* *Animus poſt mortem ſentit et uiget.* ꝓ Seſt.13.b.et Tuſ.160.b.*Niſi animus anteꝗ corpus intraſſet in rerum cognitione uiguiſſet.*
Iacet enim corpus dormientis, ut mortui, uiget autem et uiuit animus. đ D.94.a.et.95.a.*Ea pars animi tum maxime uiget, cum plurimum abeſt a corpore.*
Siue occiderit animus, ſiue uigeat. Tuſ.171.a.
Oĩum rerũ quæ natura uigeãt ſimilẽ eẽ ſinẽ. đ Fi.230.a
Multaq; ſecula poſtea ſic uiguit Pythagoreorum nomẽ ut nulli alij docti uiderentur etc. Tuſ.156.a.
Hæc in philoſophia ratio contra omnia differendi uſq; ad noſtram uiguit ætatem. đ.N.4.a. et Tuſ.171.a.*Philoſophia doctiſſimorum contentionibus diſſenſionibusq; uiguit.* *Nos animo duntaxat uigemus.* At.57.a.
Gregalibus illis, quibus te plaudente uigebamus amiſſis. Ep.110.b.et.212.a. *Tui politici libri omnibus uigent.*
Vigere in ore. Tuſ.174.a.
Qui numerus uiget ĩ primo, iacet ĩ extremo. Or 218.a.
Nihil ſemper floret, diu legiones Cæſaris uiguerunt, nũc uigent Panſæ. I.A.238.b.
Flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiã ſtudia rei militaris. ꝓ Cæl.39.b.
Apud quas uenandi et equitandi laus uiget. Tuſ.188.b
Vigeant apud iſtam mulierem uetuſtate. ꝓ Cæl.52.a.
Nunc Philonem in Academia maxime uigere audio. đ Or.153.a.et đ Cla.167.a. *Quibus temporibus id dicẽdi genus uiguit.* *Vigebat auditor Panætij illius tui Mneſarchus.* đ Or.88.b.
Armodius in ore et Ariſtogiton uigent. Tuſ.174.a.
Quandiu inſit et uigeat et habeat quandam uiriditatẽ. Tuſ.206.b. *Qui memoria uigent, ſciunt quid etc.* đ Or.141.a.et đ Fin.132.b.*Valere et uigere.*
Interdum etiam obiurgationes in amicis uigent maxime. Off.12.a.
Athenis ſtudia eloquentiæ uiguerunt. đ Or.86.a.

Vt eorum

Vt earum & in bellicis, & in ciuilibus officijs uigeat in-duſtria. Off.25.a.
Veſtræ tum aræ uiguerunt, ueſtra uis ualuit. pro Mil. 118.a. *Vita quæ uigebit memoria ſeculorum omni-um.* ꝓ Mar.133.b.

Vigeſimus, a, um. uiceſimus. Ci.Ep.156.a. *Vno & uige-ſimo die.* & .198.a. *Altero & uiceſimo die.*
Ab illo tempore annum iam tertium & uigeſimum re-gnat. ꝓ Pom.5.a.

Vigil, lis. Ci.I.V.222.a. *Clamor a uigilibus & fani cu-ſtodibus tollitur.*

Vigilans, tis. Ci.ꝯ Rul.61.b. *Tribunus Plebis uigilans & acutus.* & ꝓ.S.R.41.b. *Vigilans & bonus & fortis uir.* & ꝓ Cæl.53.a. *Vigilans ſobrius & induſtrius uir.*
Vigilans homo & induſtrius. At.126.a.

Vigilanter. Ci.Ep.242.a. *Vt uigilanter ſe tueretur.*

Vigilantia, tiæ. I. Attentia.
Ci.Anteą̃.194.b. *Et uos ut tutam pacem traheretis mea perfeci uigilantia.* & .I.V.235.b. *Siciliam uirtute eius et uigilantia ſingulari eſſe ſeruatam.* & .212.b.
Cæſar horribili uigilantia plenus. At.124.a.

Vigilia, liæ. excubiæ. Ci.Tuſ.218.a. *Cui non ſunt audi-tæ Demoſthenis uigiliæ?* & Parad.116.b. *Quoniam il-lud maiorum uigiliarum munus in tuo noie apparuit.*
Præcipitur ædilibus ut noctu uigilias agerent ad ædes ſacras. I.V.222.b. & .I.P.82.b. *Me ſtante & manente in urbis uigilia.*
Manendum mihi ſtatuebam quaſi in uigilia quadam cō-ſulari, & Senatoria, nec uero uſq̃ diſcedebam nec a rep. deijciebam oculos. I.A.153.a.
Interim tertia ferè uigilia exacta ſit in eas impetus. I.C. 112.a. *Si Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi uigiliæ, ſi delecta iuuentus contra Milonis impetum armata eſt.* ꝓ Mil.114.a. *Illam coloniam meis præſidijs, cuſto-dijs uigilijsq; muniui.* I.C.98.b.
Dies & noctis & uigiliæ & horæ. đ In.52.a.
Idcirco ĩ hac cuſtodia, tanq̃ in ſpecula collocati ſumus, ut pop.rom. uacuū noſtra uigilia redderemus. I.A.212.b.

Vigilo, as. uigilias ago, excubo, in uigilia maneo.
Ci.I.C.152.a. *Tardiſſime autem Lentulus, credo quod literis dandis prȩter conſuetudine proxima nocte uigila-uerat.* & đ Som.126.b. *Vigilare ad multam noctem.*
Quamobrem Quirites quantum patero excubabo uigi-laboq; pro uobis. I.A.208.b. & ꝓ Plan.271.b. *Vigilā-dum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.*
Properando etiam citius q̃ ſi de multa nocte uigilaſſent, perueniunt quo nolunt. Q.Fr.315.b.
Peruigilare unam noctem. I. Peruigilo.
Animi cum ſuſtinentur membris & corpore & ſenſibus omnia certiora cernunt, cogitant, ſentiunt. đ D.137.a.i. cum uigilant.

Viginti. Ci.đ Or.149.b. *Annos natus unum & uiginti.* & ꝓ Plan.278.b. *Viginti dies.*

Vilis, le. uulgaris, contemptus, abiectus, humilis, plebeius, leuis, communis, contritus, de populo, unus de multis, my-ſorum ultimus, omnium infimus & ſordidiſſimus, homo nullo numero. paruus, anguſtus animus & paruus, ali-quis uita contempta & ſordida. X. pretioſus.
Ci.Q.Fr.296.b. *Semper putaui honores, ſi uulgares eſ-ſent, uiles, ſi temporis cauſa conſtituerentur, leues.* et Of. 70.a. *Seruulus uilis.* *Quod beneficium a me habere-tis? cum pro uobis ea quę mihi uilia eſſent, reliquiſſem?* ꝓ Seſt.14.a. *Non minor uoluptas percipitur ex ui-liſſimis rebus q̃ ex prętioſiſſimis.* đ Fin.83.b.
Qnanq̃ Velia non eſt uilior q̃ Lupercal. Ep.104.b.
Quotidie nos ipſa natura admonet, q̃ paucis, q̃ paruis re-bus egeat, q̃ uilibus. Tuſ.248.a.
Etiam ſi honos noſter nobis uilior fuiſſet, ſalutem certe charam futuram putaui. ꝓ Fla.166.a.
Nihil tā uile neq; tā uulgare eſt, cuius etc. ꝓ.S.R.30.b.
Frumentū, quoniam uilius erat, ne emiſſes. I.V.192.b.
Vobis tamē uilis eſſe ſpiritus meus nō debet. I.A.243.b

Vilitas, tis. X. caritas. Ci.ꝓ Pom.12.b. *Vilitas annonæ ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt.* & ꝓ Dom.116.b. *Subito illo die cariſſimam annonā nec opinata uilitas conſecuta eſt.*
Vilitas in uēdēdis fructibus, ubertas in ꝑcipiendis. I.V. 199.a. & .196.b. *Vilitas annonæ.* X. *caritas annonæ.*

Villa, lę. Ci.đ Leg.169.b. *Sed antiquo more parua erat uilla, ut illa Curiana in Sabinis.* *Baſilicam habeo nō uillam frequentia Formianorum.* At.30.b.
Villam in Tiburte habes, cortem in palatio. đ Or.135.b
Domus in palatio, uilla in Tuſculano. ꝓ Dom.225.b.
Domus eſt, quæ nulli uillarum mearum cedat. Ep.92.a. & .166.a. *Frumenta aut in agris aut in uillis ſunt.*
Eſſe in agro & ali ad uillam. ꝓ.S.R.25.a.
Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cū optima uilla. ꝓ Q.R.50.b. & ibi. *Qui ager uillam non habuit.* *Prӕterijs uillam meam Curio, iuſſitq; mihi nū-tiari mox ſe uenturum.* At.157.b. & .195.a. *Vltra Silia-nam uilla eſt, quam puto tibi notam eſſe, uillula ſordida & ualde puſilla.* *Sed hominem infirmum in uillā aper-tā, ac ne rudē quidē, inuitare nolui.* Q.Fr.312.b.313.a & .317.b. *Aqua non longe a uilla belle ſanè fluens.*
L. Luculli uillarum magnificentia. Off.28.b.

Villicus, ci. cuſtos uillæ.
Ci.ꝓ Clu.52.a. *Habiti uillici rē domini priuatamq; poſ-ſeſſionem defenderunt.*
Si mandandum aliquid procuratori, de agricultura aut imperandum uillico ſit. đ Or.106.b.
Dominus uillico delectetur. I.V.173.b. & .174.a. *Cu-ſtos ac uillicus.* et At.231.a. *Villicus procurator.* et Tuſ. 226.b. & Ep.265.a.
Nicophorum uillicum tuum ſanè probaui. Q.Fr.318.b.

Villula, lę. Cic.At.123.b. *Volo circum uillulas noſtras errare.* & .195.a. *Villula ſordida & ualde puſilla.*

Villus, li. Ci.đ.N.50.a. *Animantium aliæ corijs tectæ ſunt, aliæ uillis ueſtitæ.* & .58.a. *Ouium uillis homines ueſtiuntur.*

Vinaceus, a, um. Ci.đ Sen.88.a. *Acinus uinaceus.*

Vinarius, a, um. Cic.I.V.214.a. *Erat etiam uas uinariū ex una gemma pergrandi.* & ꝓ Font.277.b. *Cognoſci-te nunc de crimine uinario.*

Vincio, cis. conſtringo.
Ci.Tuſ.185.b. *Si ſe lachrymis dedet, uinciatur & con-ſtringatur amicorum cuſtodijs.*

Tn liberos populos L. Piſoni uinctos conſtrictoſq; tradidiſti. ꝓ Dom. 217. b & đ Ar. 249. a. Seruorum multitudini S.P.Q.R. uictum ipſo conſeſſu, & conſtrictum ſpectaculis atq; impeditum turba & anguſtijs tradidiſti.

Orbes uincti inter ſe & nodis cœleſtibus apti. In Arat.

Aliquid uinctum diſſoluere. đ Vn. 202. b.

Omnia, quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus uincienda ſunt. ꝓ Mar. 134. a.

Non modo uincere ſed etiã uincire aliquẽ. đ Ar. 245. a.

Facinus eſt uincire ciuem rom. I. V. 270. b.

Loca occupare, uincire præſidijs. At. 114. b.

Membra orationis ſunt numeris uincienda. đ Or. 160. b & Or. 213. a. Antiqui granes quidem ſententias reperiebant, ſed eas haud uinciebant. haud explebant.

Cum igitur eos uinciret, & ſolutum Romam mittebat. ꝓ Deio. 147. b.

Vinclum, cli. Ci. I. V. 160. a Mitto uincla carcerem, uerbera &c. 1. Vinculum & Tuſ. 185. b.

Vinco, cis. ſupero, deuinco, expugno, ſuperior diſcedo, obtineo. frango, rem bene uel præclare gero, prœlijs ſecundis utor, uictoriam ab aliquo reporto, ſubigo atq; in ditionem meam redigo, prælijs frango, domo, prælijs feliciſſime decerto, ſecundum prælium facio, copias hoſtium fundo, depulſis ac diſſipatis copijs, ſuperior ſum contra improbos, litem uel cauſam obtineo, prætereo, præcurro, præſto, præpondero.

Ci. I. C. 117. a. Mihi uincendum eſt cum illis, quos uici ac ſubegi.

Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frãgi cupiditate, nec qui inuictum ſe a labore præſtiterit, uinci a uoluptate. Off. 14. a.

Sapientis animus nunq̃ uincitur nec expugnatur Parad. 120. b. Is dixit, niſi qui uiciſſet, uicturum eſſe neminem. I. A. 189 a.

Hos ille moderatione non inuentione uicit Or. 214. a.

Cognitor ſi fuiſſet tuus, quod uiciſſet iudicio, ferres tuũ. ꝓ Q. R. 43. b.

Aſclepiades eloquentia uincebat cæteros medicos. đ Or. 90. a. & 97. a. Si ſubitam & fortuitam orationem facile uincit hanc ipſam profecto aſſidua & diligens ſcriptura ſuperabit. & 127. a. Ita tua Sulpiti eſt a nobis tum accuſatio uicta.

Vincere cauſam. ꝓ Deio. 148. a. & I. V. 112. b. Obtinere cauſam. Vincere ſponſionem. ꝓ Cecin. 302. b. & ꝓ Quint. 15. b. Vincere ſponſione.

Stellarum globi terræ magnitudinem facile uincebant. đ Som. 128. a.

Proinde ita parent ſe in uita, ut uinci neſciant. Tuſ. 238 b. & Ep 48 b. Vno te uicimus.

Vincere & ſuperiorem diſcedere. Tuſ. 186. b.

Manus dediſti At. 252. a. & Q. Fr. 300. b. Anteponere ſe alicui. Malo me cum Pompeio uinci, q̃ cum iſtis uincere. At. 122. b. Tanto ille ſuperiores uicerat gloria, quanto tu omnibus præſtitiſti. ꝓ Deio. 146. a.

Quo enim uno uincebatur a uicta Græcia. đ Cl. 188. a.

Vinctus, a, ũ. aptus. Ci. I. V. 155. a. Equites uincti Apronio traditi ſunt. et. 221. b. Ei te uictũ aſtrictũq; dedemus.

Aſpicite religatum aſperis, uinctumq; ſaxis. Tuſ. 180. a.

Vinctum. X. diſſolutum. Or. 216. a.

Vinculum, li. uinclum, nodus.

Ci. At. 89. b. Dixerim me uel plurima uincla tecum ſummæ coniunctionis optare & ſunt amoris arctiſſima, tantum abeſt ut ex eo quo aſtricti ſumus laxari aliquid uelim. & Acad. 16. a. Aſtrictus uinculis.

Aliquem cum alio uinculis & propinquitatis & magni amoris eſſe coniunctum. ꝓ Planc. 264. a.

Cum hoc de pecunia clamaret, in uincula coniectus eſt. I. V. 239. a. & đ Or. 104. a. Corpora uinculis conſtricta. & I. C. 119. b. Rumpere uincula. & đ Fin. 106. a. Inijcere uincula alicui. Italiam omnibus uinclis deuinctam & conſtrictam tenere. ꝑ Rul. 63. b.

Aliquem uinculis & uerberibus atq; omni ſupplicio excruciatum necare. ꝓ Pom. 5. b.

Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modo iudiciorum ſed etiam utilitatis uitæq; communis. ꝓ Cecin. 298. a.

Nullum uinculum ad ſtringendam fidem iureiurãdo maiores arctius eſſe uoluerunt. Off. 74. b. & đ Vn. 213. a. Non iiſdem uinculis, quibus ipſi erant colligati.

Vindemiola, læ. Ci. At. 5. b. Videmiolas meas eò reſeruo.

Vindex, cis. ultor, præſes, cuſtos.

Ci. đ In. 75. a Difficile eſt ab eo, qui peccatorum uindex eſſe debet, ut ignoſcat impetrare.

Furiæ ſpeculatrices, & uindices facinorum & ſceleris. đ N. 68. b. & I. C. 110. b. Carcer uindex ſcelerum. & pro Flac. 158. a. Curia uindex temeritatis. & ꝓ Syl. 272. a.

Vindex coniurationis eſſe uolo. & Ep. 83. a.

Cato uindex gladiatorum & beſtiariorũ. Q. Fr. 311. a.

Supplicato uindici illi quidem alienæ dominationis non uicario. At. 284. b. Prouocatio patrona illa ciuitatis & uindex libertatis. đ Or. 126. b.

Brutus uindex libertatis. I. A. 166. a. & ꝑ Rul. 71. a. Cuſtos & uindex cupiditatum.

Vindex æris alieni. At. 23. a.

Qui ſecus faxit, Deus ipſe uindex erit. đ Leg. 173. a.

Vindex atq; oppreſſor dominationis. At. 286. a. et. 287 b. Vindex illius mali author extitit alterius fundamentum, et radices habiturs altiores.

Extitiſti tu uindex noſtræ libertatis. Octa. 330. a.

Habeat ſanè populus tabellam quaſi uindicem libertatis. đ Leg. 192. a.

Vindicatio, onis. Cic. đ In. 82. b. Vindicatio eſt per quã uis & iniuria & oino, qđ obfuturũ eſt defendẽdo aut ulciſcendo propulſatur. & 70. a Vt religio, pietas, gratia, uidicatio, obſeruãtia, ueritas. & ibi. b. Vidicatio eſt ꝑ q̃ et cõtumeliã defendẽdo aut ulciſcẽdo ꝓpulſamus a nobis.

Vindiciæ, arũ. Ci. I. V. 99. a. Aut prçde litis uindiciarũ cũ ſatis accepiſſet, ſpõſionẽ facere. & ꝓ Mil. 115. b. Iniuſtis uindicijs ac ſacramentis alienos fundos petere.

Vindico, as. punio, caſtigo, ulciſcor, libero, aſſero. Ci. I. V. 148. b. Oia poſtremo quæ uindicaris in altero, tibi ipſi uehementer fugienda ſunt. & 266. a. Si qua natio feciſſet aliquid in ciuẽ rom. eiuſmodi, nõne publice uindicaremus? Neq; me arbitrabar ſine ſummo ſcelere poſſe, quod maleficium in alijs uindicaſſem, idem in illorum ſocio, cum ſcirem defenderet. ꝓ Syl. 170. b.

Talis confenſio omni ſupplicio uindicanda eſt. đ Am. 104.b. *Quam acerrime maleficia uindicare.* ꝑ S.R. 20.b. *Neq; hoc aut uindicaret Lepidus aut ſanaret.* Ep.116.a. *Fateor in milites noſtros ſæpe eſſe uere ac uehementer uindicatum.* I.V.263.a.& .191.a. *Facinus in nullo etiam uindicatum.* & .239.a. *Si quid uindicatum ſeuere eſt.*

Ille qui T.Gracchi conatus perditos uindicauit. Of.22.b

Te ualde uindicaui. At.13.b .i. *ultus ſum.*

Dolus malus legibus erat uindicatus. Off.64.a.

Peccata iudicijs uindicari. đ In.72.b

Vehementer uindicare aliquod facinus. ꝑ Quin.5.a.

Diſcordiæ, quas ius & ferrum uindicabit. Ep.123.b

Vendicare ſeditionem. Ep.13 b.& Ad Her.11.b. *Vindicare maleficium.*

Vindicare remp. At.286.b .i. *ulciſci.*

Ego iſtos liberos non addixi, præſertim cum adeſſet nemo, a quo recte uindicarentur. At.101.a.

Sed anne tu dicis, qui cauſa uindicaueris? ꝑ Mur.130.a

Agere cum aliquo lege & uindicare. đ Or.22.b.

Vt ſe aliquando ad ſuos uindicaret. ꝑ R.P.126.b.

Dubitabitis quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuem uindicetis? ꝑ Fla.154.b.

An ſeruos ſuppliciorum metu dominorum benignitas una uindicta liberat, nos a mortis terrore neq; res geſtæ neq; noſtri honores uindicabunt? ꝑ Rab.93.b.

Illum felicitas ipſius ab omnibus miſerijs morte uindicauit. đ Cla.196.a.& .123.b

P.Scipio, qui ex dominatu T.Gracchi priuatus in libertatem rem. uindicauit. & Ep.20.a.& .163.b.

Qui ſit remp. afflictam in ueterē libertatem ac dignitatem uindicaturus. Ep.20.a. *Magnitudo doloris, a qua me breuitas temporis uindicabit.* Tuſ.184.b.

Sapientia quæ nos a libidinum impetu & formidinum terrore uindicet. đ Fin.58.b.

Laudem aliquorum iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum atq; a ſilentio uindicare. đ Or.109.a

Senectutem a ſolitudine uindicari iuris ciuilis ſcientia. de Or.107.a.& .101.b.

Vt iſta ab ſolitudine domum meam uindicarē. & .103.a

M.Scaurus, qui ſi audierit hanc authoritatem grauitatis ſuæ uindicari a te Craſſe, iam credo huc ueniat &c. Me tamen iſta oſcitans ſapientia in libertatem uindicabit. đ Or.121.b. *Pecunia, quæ nos poſſet a tributis uindicare.* I.A.178.a

Cn.Carbo morte uoluntaria ſe a ſeueritate iudicum uindicabit đ Cl.173.b. *Te innocentia tua, & miſericordia hominum uindicat hoc tēpore a moleſtia.* Q.Fr.305.a

Teq; item ab eo uindico & libero. Q.Fr.319.b

Grauiter olim iſta uindicabat uetus illa græcia &c. de L.177.b. *Hominum conſilia non exitus rerum legibus uindicantur.* ꝑ Mil.101.a. *Præſertim cum unus eſſet qui poſſet de abſente ſe uindicare.* Ci.

Vindicta, ctæ, Ci. ꝑ Rab.93.b. *Seruos a ſuppliciorum metu dominorum benignitas una uindicta liberat.*

Neq; cenſu, neq; uindicta, neq; teſtamēto liber factus eſt. Top.221.b.

Vinea, neæ. Ci. ꝯ Rul.79.b. *Iugera CCC. ubi inſtitui uineæ poſſunt.* & đ D.87.a.& đ Sen.88.b.

Agere, uineis, turribus oppugnaui. Ep.241.b.

Conductæ uineæ ſunt, pugnatur acerrime. I.A.217.b.

Vinetum, ti. Ci. đ N 77 b. *Vineta et olineta.* et de L. 173.b. *Vineta & uirgeta &c.*

Si Vinetis cuiuſpiam tempeſtas nocuerit. đ N.19.b.

Vinitor, oris. Ci. đ Fin.134.a. *An ea quæ per uinitorem uitis antea conſequebatur, etiā per ſe ipſam curabit?*

Vinolentia, tiæ. Ci. đ In.64.a. *Vt amor, iracundia, ægrido, uinolentia.*

Quid furioſam uinolentiam tuam proferam? I.A.179.a

Ne ſobrius in uinolentiam uinolentorum incidat. Tuſc. 211.a & 214.b.

Vinolentus, a, um. *uini plenus.* X. *Siccus, ſobrius.* Ci.Or.205.b. *Furere apud ſanos & quaſi inter ſobrios bacchari uinolentus uidetur.*

Ne uinolenti quidem hoc faciunt. Acad.14.a.

Vtrum hæc uobis uidentur conſilia ſiccorum an uinolentorum ſomnia? ꝯ Rul.61.a.

Aut ne ſobrius in uinolentiam uinolentorum incidat. Tuſc.211.a.

Vinolenta medicamina. I.P.82.a.

Vinum, ni. Ci. đ N.73.b. *Vinum ægrotis quia prodeſt raro, nocet ſæpiſſime, melius eſt nō adhibere omnino.*

Veterrima quæq; (ut ea uina quæ uetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuauiſſima. đ Am.109.a.

Vt non omne uinum ſic non omnis ætas coaceſcit uetuſtate. đ Sen.91.a. *De uino aut ſalſamento putri loqui, quæ euaneſcunt uetuſtate.* đ D.132.b.

Leuia uina nihil ualent in aqua. Tuſc.230.b.

Qui uinum fugiens uendat ſciens. debeat ne dicere. Off. 70.b. *Vt ſi quis falerno uino delectetur, ſed eo nec ita nouo ut proximis conſulibus natum uelit, nec rurſus ita uetere, ut Opimium aut Anitium conſulem quærat.* de Cla.191.b.

Quibus uinum diffuſum è pleno ſit œnophoro. de Fin. 69.b. Ex Lucil. *Fruges cererem appellamus uinum autem liberum.* đ N.38.a.

Conſul ſomno uinoq; plenus. Poſt.206.b.

Sumere uinum meracius. đ N.71.b.& *Miſcere mulſum.* L. Miſceo.

Viola, læ. Ci.Tuſc.242.b. *An tu me in uiola putas aut in roſa diceret.*

Violenter. Ci.Off.3.b. *Manus uiolenter afferre alicui.*

Violentia, tiæ. *uis, impetus, uis maior.*

Ci.Antiq.194.a. *Noſtrorū inimicorū uis atq; uiolētia.* & ibi.b. *Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedā &c.*

Adhibere uim ueritati. ꝑ Quin.8 a.

Noui hominis furorem, noui effrenatam uiolentiam. I.A.244.b.& đ Sen.92.a. *Sic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas.*

Violentus, a, um. Ci. ꝑ Clu.49.b. *Populus rom. ſua ſpōte pacatus, hominum ſeditioſorum uocibus ut uiolentiſſimis tempeſtatibus concitatur.*

Sic nimis uiolentum eſt, nulla dicere. đ Fin.141.b.

Quamuis ſis, ut es, uiolentus & furens. I.A.173.b.

Alicuius furentes atq; uiolenti impetus. de Ar.214.b. & 251.a.

Opes uiolentas & minime ſerēdam potentiam concupi ſcere.I.A.158.a.
Homo uebemens & uiolentus.I.A.198.a.
Violo,as. lędo,offendo,polluo,macula afficio, imminuo, religionem ex aliquo loco eripio.ꝓ Dom.234.a.
Ci.Ep.230.a.Niſi quid in eo re exiſtimas uiolari exiſti mationem tuam. &.6.b. Et ſi minore in re uiolatur tua dignitas.&.ꝓ Quī.13.a.Violare exiſtimationē alicuius.
Violare parentes.đ Fin.97.a.& Ep.13.b.Ad remp.uio landam. Is in nobis uiolandis putabit ſe aliquid habe re populare.At.120.b.
Prætcrea te ipſum quodammodo hic uiolauit, cum ī me tam improbus fuit.At.151.b.
Qui ſacra Bonæ deæ,quæ uiri oculis,ne imprudētis qui dem aſpici fas eſt,non ſolum aſpectu uiri ſed etiam flagi tio ſtuproq; uiolauit đ Ar.245.b.
Optimi Tribuni Pleb.ſanctiſſimum corpus non ſolum ta ctum aut uiolatum manu,ſed uulneratum ferro confe ctumq; uidiſtis.Poſtq̄.205.a.
Violare atq; imminuere ius & officium.ꝓ S.R.36.b.
Violare amicitiam.I.A.160.b.
Violare uirginitatem alicuius.đ.N.71.b.
Violare loca religioſa.ꝓ Rab.91.b. &.I.V.274.b.Sa cra ab iſto polluta & uiolata.
Quæ uiolata ſunt expiari ſolere.ꝓ Clu.18.b.
Deformatum,inquinatum,peruerſum,cōturbatum. đ Ar. 249.b.de pollutis & uiolatis ludis.
Indicaui te eo bello uiolari.At.147.b.
In patris uita uiolando,multa peccantur. Parad.120.a.
Vipera,ræ. anguis. Ci.đ Ar.255.b.Vipera illa uene nata atq; peſtifera.
Viperinus,a,um. Ci.đ Fin.84.b.Viperinus morſus.& Tuſ.178.b.
Vir,uiri. Ci.Tuſ.186.b.Ita & tulit dolorem ut uir,& ut homo maiorem ferre ſine cauſa neceſſario noluit.
Cum is iam ſe corroborauiſſet ac uir inter uiros eſſet. ꝓ Cæl.39.b.
Sed cum ueneris uirum te putabo, ſi Saluſtij Empedo clea legeris,hominem non putabo.Q.Fr.313.b.
Si ciuitas per uiros bonos grauesq; homines querelas ad nos detuliſſet.ꝓ Flac.157.a.
Vir dignus memoria.đ Fin.114.b.
Vir excellens.Ep.6.b.&.12.b.Vir clariſſimus.&.20.b
Vir bonus,memor,gratus.
Appellata eſt enim ex uiro uirtus. Tuſ 184.b. & ibi.Si uirtutis compotes uel potius ſi uiri eſſe uolumus.
Quindecemuir.Ep.113 b.Quinqueuir.Acad.34.
In quinqueuiratu.At.135.b.
Quatuoruiratum ſibi prorogauit.Ep.164.a.
Vireo,res. Ci.Tuſ.235.b. Itaq; & arbores & uites & ea,quæ &c.alia ſemper uirent,alia hyeme nudata uer no tempore frondeſcunt.
Vires,rium. uis,nerui,lacerti,robur,latera, facultas.
Ci đ Or.97.a.Plerique in hoc uires exercent ſuas.& Att. 102.a.Nolim reſp.tantas tibi uires dediſſet.
Eximia uis remigum.ꝓ Pom.11.b.& Ep.225.a.Omni ni te retinuiſſem.
Viribus ac lacertis pugnare.Ep.51.a.
Eſſe plurimi ſanguinis,habere aliquem fucum,non care re illis maximis uiribus.Or.204.a.
Quidā uires,lacertos, ſanguinem quęrūt.đ Opt.243.b.
Colligere uires.Ep.176.a.
Amentatas haſtas oratorijs lacertis uiribusq; torquere.đ Or.106.a. Experietur conſentientis Senatus neruos atq; uires.I.A.200.b.
Vt excellas etiam pulchritudine & uiribus.Off.57.a.& ꝓ Cæl.50.a.Vir maximis uiribus.
Quæ omnibus meis uiribus ſuſtinebo.Ep.62.b.& Tuſc. 191.a.Omnibus opibus uiribusq; elaborandum eſt, ut &c.&.195.a Omnibus uiribus atq; opibus repugnare alicui. Quod homini naturaliter inſitum eſt,eo uti de cet,& quicquid agas agere pro uiribus.đ Sen.82.b.
Pro uirili parte.ꝓ Seſt.26.b.
Si quę ab hoc pro facultate huius,pro loco facta, grata nobis eſſe debent.ꝓ Cor.67.a.
Quare &c.faciendum eſt,modo pro facultatibus.Off.
Planè ſic contende omnibus neruis ac facultatibus,ut etc. Q.đ Pet.213.b &.210.a.
Pro ſuis opibus defendere aliquem.ꝓ Dom.235.a.
Antipater habuit uires agreſtes & horridas.đ L.157.a
Virtus maximas uires habet.Parad.118.b.
Nec nos quidem T. Pontij centurionis uires habetis. de Sen.83.b.&.82.b.Neq; nunc uires deſidero adoleſcen tis,non plus quàm adoleſcens uires tauri, aut elephantis deſiderabam.
Iam me uires deficere cœperunt.đ Or.101.b.
Semel circumſeſſus lectis ualentiſſimorum hominum uiri bus cecidi ſciens.I.A.244.a.
Non enim uiribus,aut uelocitatibus, aut celeritate corpo rum res magnæ geruntur, ſed conſilio & authoritate,et ſententia.đ Sen.80.b.
Ex eo copia coniectura fieri poterit, quantum ſis in cam po uirium & facultatis habiturus.Q.đ Pet.210.a.
Virga,gę.flagellum. Ci.ꝓ Rab.92.b.Porcia lex uirgas ab omnium ciuium rom.corpore amouit, hic miſericors flagella retulit.
Virgis ad necem cædi.I.V.163.a.
Cæſus eſt uirgis Cynicus ille Athenagoras, qui etc. pro Flac.149.b. Seruus per circum cum uirgis cęderetur, furcam ferens ductus eſt.đ D.92.a.
Virgetum,ti. Ci.đ Leg.173.b.Vineta uirgetaq;.
Virgilius,lij. Ci.At.103.a.
Virginalis,le. Ciq.đ D.94.b.Virginalis modeſtia.et ꝓ Quint.7.a.Homo timidus uirginali uerecundia.
Duo ſigna uirginali habitu atq; ueſtitu.I.V.201.
Heu uirginalem me ore ploratum edere.Tuſ.279.b.
Virginitas,tis. caſtitas, caſtimonia.
Ci.đ.N.71.b.Mineruа patrem dicitur interemiſſe uirgi nitatem ſuam uiolare cupientem.
Virgo,nis. Ci.ꝓ Dom.232.b. Tu ſororem tuam uirgi nem eſſe non ſiuiſti.
Domi teneamus eloquētiam ſeptam liberali cuſtodia,tue amurq; ut adultam uirginem caſte. đ Cla.196.a. et Or. 202.b.Virgo caſta,uerecunda,incorrupta.
Poſt uirginum abſolutionē.I.C.212.b.et đ.N.47.b.Spi cam illuſtre gerens ſplendenti corpore uirgo.

Virgula,læ. Ci.Off.32.a.Si omnia nobis, quę ad uictũ cultumq; pertinent quaſi uirgula diuina(ut aiunt)ſuppe ditarentur.
Virgula ſtantem circumſcripſit, dixitq; etc.I.A.218.a.
Virgultum,ti. Ci.ꝑ Cęl.46.a.Via deſerta et iculta atq; interclusa iam frondibus et uirgultis.et đ D.90 b.Omnia arbuſta et uirgulta peruertere.
Viridia,orum. Ci.At.24.a.Viridiorum ai διαθέσεις la tis luminibus neu tam ſunt ſuaues.
Viridicatus,a,um. Ci.Q.Fr.312.b.Palæſtra et ſylua uiridicata.
Viridis,de. habens uiriditatem. Ci.I.V.85.a.Ignẽ ex lignis uiridibus atq; humidis fieri iuſſit.et.157.b.Campi colleſq; nitidiſſimi uiridiſſimiq;
Lentiſcus ſemper uiridis.đ D.83.a.
In uiridi et opaca ripa inambulare.đ Leg.159.a.
Viriditas,tis. Ci.Tuſ.206.b.Quandiu inſit & uigeat, & habeat quandam uiriditatem.
An laurea illa magnis periculis parta amittit longo interuallo uiriditatem?đ Pro.75.a.
Pratorum uiriditas.đ Sen.89.a.
Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem.đ Sen.87.b.
Senectus aufert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.đ Am.97.b.
Virilis,le. Ci.đ Or.105.a.Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem non uideri.et 163.b.Fortis ac uirilis laterum inflexio. & Or.202.a.
Virilis uox. ꝑ Seſt.4.b. & At.184.a. Aliquid doloris uirilis habuiſſe.
Fortis & ut ita dicam uirilis oratio.Tuſ.195.a.
Verereturq; quicq̃ dicere aut facere, quod parum uirile uideatur.đ Fin.74.b.
Eſt aliqua mea pars uirilis, qđ eius ciuitatis ſum, quam ille claram reddidit.I.V.219.a.&.149.b.Plus etiam q̃ pars uirilis poſtulat,oneris ſuſcepi.
Hæc qui pro uirili parte defendunt,optimates ſunt. pro Seſt.26.b. Tum me eius beneficio plusq̃ pro uirili parte obligatum puto.I.A.247.b.
Ego nobilitatem pro illa tenui infirmaq; parte defendi. ꝑ S.R.41.a. Sed tamen nõnullos interdum iacit igniculos uiriles.At.249.a.
Viriliter. Ci.Off.19.b. Quod uiriliter animoq; magno fit,id dignum uiro & decorum uidetur. & Tuſ.189.a.
Viritim. Ci.đ Cla.169.b.C.Flamminius Trib.Pl.legẽ de agro gallico & piceno uiritim diuidendo tulit. & đ Sen.79.a. Nolim mea bona tibi uiritim diuidere liceat.Tuſ.201.a.ſed ſi facias partem petam.
Virtus,tis. rectus actus, bonitas, probitas, integritas, perfecta mens.i.abſoluta ratio.Tuſ.136.a.
Ci.đ In.82 a.Virtus eſt animi habitus naturæ moderationi conſentaneus.
Virtus eſt recta ratio.Tuſ.216.a.& ibi.Virtus eſt affectio animi conſtans conueniensq;,laudabiles efficiẽs eos, in quibus eſt &c. &.184.b. Appellata eſt enim ex uiro uirtus.& ibi.Virtus a uiris nomen eſt mutuata. & ibi.a. Virtus eſt recta animi affectio.
Virtutis diuiſio quadripartita.đ.N.67.a.

Virtutem in duas partes diuidi,prudentiam & temperãtiam,iuſtitiam autem & fortitudinẽ eſſe ſub temperantia. Part.236.b.
Virtus ferè omnis in tribus rebus uertitur,quarũ una eſt in perſpiciendo quid in quaq; re uerum ſit &c.alterũ cohibere motus animi turbatos,quos &c.tertium ijs,quibus cum congregamur uti moderate & ſcienter.Cl.
Vera laus uni uirtuti debetur.đ Or.140.a.& ibi.Virtus eſt per ſe ipſa laudabilis et ſine qua nihil laudari poteſt.
Virtutem nemo unq̃ acceptã deo retulit.đ N.77.b.& recte,propter uirtutem enim iure laudamur & in uirtute gloriamur.
Virtus nullam mercedem laborum periculorumq; ſuorũ deſiderat,præter hanc laudis & glorię. ꝑ Arc.191.a.
Ex omnibus pręmijs uirtutis ampliſſimum præmium eſt gloria.ꝑ Mil.120.b.
Virtus & ſemper & ſola libera eſt,quæ etiam ſi corpora capta ſint armis & conſtricta uinculis,tamen ius ſuum atq; oium rerum impunitam libertatẽ tenet.đ Or.104.a
Omnia alia falſa incerta ſunt,caduca,mobilia, uirtus eſt una altiſſimis defixa radicibus,quæ nulla unq̃ ui labefactari poteſt.I.A.193.b.
Nihil eſt enim mihi crede uirtute formoſius, nihil pulchrius,nihil amabilius.Ep.133.b.
Omnes uirtutis compotes beati ſunt.Tuſ.236.a.
Ignari quid uirtus ualeat, quæ in tempeſtate quieta eſt, & lucet in tenebris,& pulſa loco manet tamen, atq; hæret in patria, ſplendetq; per ſeſe ſemper,nec alienis unq̃ ſordibus obſoleſcit.ꝑ Seſt.16.b.
Honos eſt pręmium uirtutis,iudicio ſtudioq; ciuium delatus ad aliquem.đ Cla.191.a.
Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus & ſupplicia uitijs.đ Or.106.b.& ibi.Virtutem hominibus (ſi modo tradi ratione poſſit)inſtituendo & perſuadendo non minis & ui ac metu tradi.
Τῶν δ᾽ ἀρετῶν εἰδεῦται καὶ πρακτέαι ... Ἀθάνατα &c.Ep.92.a.
Socrates dicebat perfectum ſibi opus eſſe, ſi quis ſatis eſſet concitatus cohortatione ſua ad ſtudium cognoſcendæ uirtutis.đ Or.102.a.
Nunc inſidet quædã in optimo quoq; uirtus,quæ noctes & dies aĩum gloriæ ſtimulis concitat.ꝑ Arch.191.a.
Si dulcis eſt gloria conſequere uirtutem,noli abijcere labores,petere honorem.Anteq̃.193.b.
Dixit ſe non commiſſurum ut uirtutem animi non haberet,quam nunq̃ perdidiſſet.Poſtq̃.202 b.
Spinoſam & exilem orationem eorum eſſe,qui dicũt,qui unam uirtutem habeat,eum omnes habere.đ Or.91.b.
A me ipſo ſępe diſputatum eſt,qui unam haberet, omnes habere uirtutes.Off.40.a.& ibi. Nunc ita ſeiungo,quaſi poſſit quiſq̃,qui non idem prudens ſit,iuſtus eſſe.
Virtutem ſi unam amiſeris & ſi amitti uirtus non poteſt, ſed ſi unam confeſſus fueris te non habere, nullam eſſe te habiturum.Tuſ.182.a.
Omnes uirtutes ſunt ęquales & pares, ſed tamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa.đ Or.147.b.
Omnis uirtus eſt mediocritas, ut uetus Academia dixit. đ Cla.177.b.& ꝑ Mur.139.a.Virtutes omnes medio-

ėritate quadam eſſe moderatas.
Virtutis laus omnis in actione conſiſtit. Off. 5. a. & đ N. 23. a. Virtus actuoſa eſt, Deus aūt ueſter nihil agens.
Quàm non eſt facilis uirtus, q̄ uero difficilis eius diuturna ſimulatio. At. 99. a. & đ N. 1. b. Virtutes in ſpecie ficti ſimulationis ineſſe non poſſunt.
Virtus, quæ uetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. đ D. 124. b.
Is gloria maxime excellit, qui uirtute plurimum pręſtat. ꝑ Plan. 271. b.
Qui uirtutibus his lenioribus erit ornatus, modeſtia, temperantia, iuſtitia, hæ eum bonum uirum uidentur po tius attingere. Off. 10. b.
Alijs ego te uirtutibus continentiæ, grauitatis, iuſtitiæ, fidei, cæteris omnibus, conſulatu digniſſimum ſemper iudicaui. ꝑ Mur. 129. b.
Pro tuis maximis c'ariſſimisq; uirtutibus. Ep. 53. a. et. 73 b. Virtus eximia alicuius.
L. Piſo, qui tanta uirtute atq; integritate fuit, ut &c. pro Font. 281. a. & Poſtq̄. 205. a. Singularis & præſtantiſſima uirtus P. Lentuli. & ꝑ Do. 221. a. Vir ſingulari uirtute præditus. Is uirtute animi atq; uita fuit bonus author in Senatu. đ Cla. 176. a.
Virtus & honeſtas & pudor cum Coſſ. eſſe cogebat. ꝑ Rab. 95. b. Vitæ ſocia uirtus, mortis comes gloria fuiſſe. ꝑ Font. 124. a.
Durior eſt cōditio ſpectatę uirtutis q̄ icognitę. At. 286. b
Quod rectum & honeſtum & cum uirtute eſt. Parad. 115. a. Animus & ortu & uirtute eſt antiquior corpore. đ Vn. 198 b.
Virtute duce, comite fortuna. Ep. 144. b.
Non ille honorem a pueritia, non ſtudia uirtutis non ullū exiſtimationis bonæ fructum unq̄ cogitarat. ꝑ Cl. 25. b.
Non ſolum bellandi uirtus in ſummo imperatore quęrenda eſt, ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ comitesq; uirtutis ac primum innocentia &c. temperantia &c. facilitas &c. ingenium, humanitas &c. ꝑ Pom. 11. a
Alterum eſt in quo oratoris uis illa diuina uirtusq; cernitur đ Or. 119. b.
In uirtute atq; humanitate percipienda. Q. Fr. 195. b.
Philoſophia ius ciuile, eloquentia, cęteręq; uirtutes. Off. 23. b. Dicendi uirtus ſine rerum ſcientia extare nō poteſt. đ Or. 29. a.
Tempora inimica uirtuti. Or. 200. a. & 199. b. Admirabilis ſumma uirtutum incredibilium alicuius.
Ea patientia uirtus frugalitasq; eſt, ut & 1. I. V. 110. a.
In Catonis orationibus omnibus omnes oratoriæ uirtutes reperiūntur. đ Cla. 170 b.
Eſt autem hæc huius generis uirtus, ut &c. đ Or. 131. a.
Vir ſine uirtute & ingenio. ꝑ Plan. 261. b.
Non dicam miſer, (natura enim abhorret a uirtute uerbi) ſed &c. ꝑ Plan 276. a,
Nam nec arboris nec equi uirtus, quæ dicitur, in quo abutimur noīe, in opinione ſita eſt, ſed in natura. đ L. 165. a
Præmia uirtutis & officij ſancta & caſta eſſe oportere. đ In. 74. b & ibi. Ob egregiam uirtutem.
Virtutes ipſas eſſe inter ſe equales & pares, ita quèeſſet ėloquens, eum uirtutes omnes habere, atq; eſſe ſapientem.

đ Or. 91. b.
Nequaq̄ ſatis eſſe, ipſum hac te habere uirtutes, ſed iſſe circumſpiciēdum diligenter. Q. Fr. 291. b. et. 297. a. Omnes de tua uirtute, integritate, humanitate cōmemorant.
Iuſta gloria, qui eſt fructus ueræ uirtutis honeſtiſſimus. I. P. 91. b.
Nec enim ullam mercedem tanta uirtus deſiderat, præter hanc laudis et gloriæ, qua etiam ſi careat, tamen ſit ſe ipſa contenta. I. A. 201. a.
Excellentium hominum uirtus imitatione, non inuidia digna eſt. I. A. 261. b et ibi. Vt curſu curſus, ſic in uiris fortibus uirtus uirtute ſuperatur.
Virtus nihil aliud eſt, q̄ in ſe perfecta et ad ſummum perducta natura. đ Leg. 161. a.

Virus. Ci. đ Am. 112. b. Tamen is pati non poſſit ut nō acquirat aliquem apud quē euomat uirus acerbitatis ſuę.
Hic ualido cuſpide uenantem perculit ictu, Mortiferū in uenas figens per uulnera uirus. In Arat.

Vis, uim, ui. uires, uiolentia, impetus, nerui, tori.
Cic. ꝑ Dom. 241. b. Magna uis eſt in deorum immortalium numine.
Vis omnis ac poteſtas deorum. đ. N. 78. a. et ꝑ Clu. 20. b. Vis deorum.
Magnam uero effeciſti, ſi cantharidis uim conſecutus es. Tuſ. 251. a. Dictatura, quæ uim iam regiæ poteſtatis obſederat. I. A. 153. b.
Demoſthenem ſummam uim habuiſſe dicendi. đ Or. 92. a et. 99. a. Antonij incredibilis quædam & propè ſingularis & diuina uis ingenij.
Alterum eſt in quo oratoris uis illa diuina uirtusq; cernitur. đ Or. 119. b. & 101. a. Patria, cuius rei tanta eſt uis, tanta natura, ut &c.
Illud uereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat, q̄ ad cohortandum đ Or. 107. b.
Eandem uim habec ęquitatis ratio ad eum reſtituendum, qui ui deiectus eſt. ꝑ Cecin. 296. a.
Magna uis eſt in fortuna in utranq; partem uel ad ſecundas res uel aduerſas. Off. 36. b.
Et ſi in eo ipſo eſt maxima uis, ut ſimus ij, qui haberi uelimus. Off 41. a.
Vim ueneni aiunt Cælium eſſe expertum in ſeruo quodam ad rem ipſam parato, cuius perceleri interitu eſſet ab hoc comprobatum uenenum. ꝑ Cæl. 50. a.
Ego enim poſſum uel neſcire, quæ uis ſit cordis ad uiuendum. đ D. 116. a.
Radices, quarum cauſam ignoramus uim & effectum uidemus. đ D. 118. a.
Quod oſtentum habuit hanc uim, ut Dionyſius paucis poſt diebus regnare cœperit. đ D. 96. a. 95. b. & 115. b.
Ad hoſtiam deligendam ducem eſſe uim quandam ſentientem atq; diuinam, quæ toto confuſa mundo eſt.
Quod adiunctum eſt, id habet hanc uim, ut ſit ille in fœdere inferior. ꝑ Cor. 62. a.
Hæc eſt uis huius annuli & huius exempli, ſi nemo &c. Off. 19. b.
Definitionibus, quam uim res habeant eſt exprimendum. đ Or. 190. b.
Rei uim ac naturam explicare. Or. 207. a.

Vim

Vim uniuerſam ac propriam oratoris definire. đ Ora. 90.b. & 96.b. Omnis uis ac facultas oratoris in quinq; partes diſtributa eſt. & 84.a. Vis dicendi Athenis inuẽta eſt. & 85.b. Penè infinita uis ac materia artium.

Doloris magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit. At. 54.a.

Si illa ſolennis comitiorum precatio tantum habet in ſe uim & religionem, quanta &c. ꝓ Mur. 124.a.

Cũ magna uis uideatur eſſe in monſtris interpretandis ac procurandis in Aruſpicum diſciplina. đ D. 80.b.

Mentis infinitæ ui ac ratione deſignari & confici omnia. đ N. 7.a.

Is animi uim & infirmitatem corporis oſtendebat. pro Rab. 94.b.

Inermes, qui uim haberent armatorum ad nocendum. ꝓ Cecin. 297.a.

Vim cœleſtem, ad eos qui in terris gignuntur pertinere. đ D. 127.b.

Naturam ad dicendum uim afferre maximam. đ Or. 94 a. & 98.a. Vis incitatioq; orationis.

Cæſar omnem uim ingenij, quæ ſumma fuit in illo, in populari leuitate conſumpſit. I.A. 104.a.

Si uir bonus hanc habeat uim, ut ſi concrepuerit, poſſit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur. Off. 66.b. 67.a.

Si uitam mihi ſors ademiſſet, aut ſi uis aliqua maior reditum peremiſſet. ꝓ Plan. 280.b.

Aut rogandi ſunt, ut ſi quam habent ulciſcendi uim, differant in tempus aliud. Tuſ. 226.b. & ibi. Tanta uis fuit pœnitendi. Aliter in oratione nec impetus ullus nec uis eſſe poteſt. Or. 219.b.

In te potiſſimum fractam illam & debilitatam uim ſuã contulit Ep. 10.a.

Ea res tantum habet uim, ut &c. Ep. 7.a. & 65.a. Habere uim fœderis.

Terrã mediam eſſe ac ſua ui nutuq; teneri. đ Or. 159.b.

Vis & natura rerum. đ Fin. 59.b.

Vita ipſa ex ui ſua naturaq; facillime perſpicitur. pro Syl. 182 a.

Poſtremo hæc uis eſt iſtius & iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio noſtro non ſuo iure fiant. ꝓ Cor. 59.a. & ibi. Sed totum hoc in ea fuit poſitum ſemper ratione atq; ſententia, ut &c.

Quæ eſt quaſi alia uis, quę ſententia Cæciliæ legis, niſi hęc, ne populo &c. ꝓ Dom. 224.a.

Nam utraq; in parte multa dicuntur.Acad.31.b.

Magna uis eſt in fortuna in utranq; partem uel ad ſecundas res uel aduerſas. Off.16.b.

Magna uis eſt conſcientię in utrāq; partē.ꝓ Mil.113.a

Qui in utranq; partem magno animo ſunt. Off.40.b.

Ternæ autem ſunt utriuſq; partes, uerborum &c. collocationis &c.Or.216.b.& ibi Sed in utroq; frequentiores ſunt & liberiores poetæ.i.in uerbis & in collocatione. Quo uſus eſt quiſq; eorum.In.Sal.274.b. Cum de duobus loquatur.

Vteruis. *Ci.At.101.b. Vtrius uis rei me adiutorem uelim eſſe.& ꝓ S.R.19.a. Vtrumuis ſaluo officio facere poteris.*

At minus habeo uirium q̃ ueſtrum uteruis.ꝺ Sen.85.b.

Vti, ut. *Ci.ꝺ Or.92.a. Vti qui audirent &c. & I.V.65.b Putant fore uti ſi &c.*

Nihil aliud niſi uti nequid &c.ꝓ Dom.214.a.

Nō uti ſatis etc.ſed uti ne etc.ꝓ S.R.19.a.et ꝺ Or.94.b

Is ad me literas miſit uti te ſibi placarē.Ep.202.b.

Vtilis, le. *fructuoſus, commodus, accommodatus, frugifer, ſalutaris, ex uſu eſſe, qꝺ uſui eſt, qꝺ habet utilitatē, qꝺ alicui opus eſt, qꝺ multas habet opportunitates, qꝺ lucro eſt, qꝺ expedit uel conducit.cui bono fuiſſet, qꝺ maxime intereſt, ita tempora reip ferunt.*

Ci.ꝺ N.9.b. Res utiles ac ſalutares. & Off.64.a. Qꝺ utile ſit qꝺq; expediat.

Ea lex nobis accommodata atq; utilis eſt.ꝯ Rul.68.b.

Tu ſi arbitrabere utile fore, & è rep.eſſe.ꝑſequere Dolobellam bello.At.276.a.& Ep.207.a.è rep.non eſt.

Sic enim facillime qꝺ tibi utiliſſimum erit, conſilij capies. Ep.150.b.& I.C.101.b. Vita utiliſſima.

Is mihi & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus ciuis fore uidetur.ꝺ In.42.a.& ibi.Inutilis ſibi.

Homo ad nullam rem utilis. Off 57.b.& ibi.Homo ad nullam partem utilis.& ꝺ Sen.89.b. Ad multas res ꝑutiles ſunt Xenophontis libri.

Vtilitas, tis. *emolumentum, fructus, quæſtus, lucrum, opportunitas, commodum, commoditas, uſus, res, ratio.*

Ci.ꝺ N.19.b. Nec hoc conſiderant quæ ſit utilitas quæq; opportunitas in homine membrorum & 37.a.b. Natura conſultrix & prouida utilitatum opportunitatumq; omnium.

Tiro mirabilis utilitatis fructū mihi ꝓbet. At.104.a.

Artes in quibus non utilitas quæritur neceſſaria.ſed animi libera quædam oblectatio.ꝺ Or.94.b.

Ars militaris pergratam utilitatē habet.ꝓ Mur.129.a

Referre omnia ad utilitatem ſuam & omnia facere cauſa ſua.ꝺ Or.127.b.

Male etiā Curio, cū cauſam tranſpadanorū ęquā eſſe dicebat ſemꝑ autē addebat, uincat utilitas. Off.69.b.

Alicuius commodis utilitatiq; ſeruire.Q.Fr.294.b.

In quo nō minorem utilitatē afferunt q̃ togati reip.præſunt, q̃ qui bella gerunt.Off.16.a.

Prodeſſe, utilitatem afferre.idem.

Nec tamen noſtrę nobis utilitates omittendæ aliiſq; tradendę, cū his ipſi egeamus, ſed ſuæ cuiq; utilitati, qꝺ ſine alterius iniuria fiat, ſeruiendū eſt.Off.60.b.

Ex literis afferre aliquid ad communem fructum. ꝓ Arch.188.a.& ꝺ Fin.82.a.

Capere uſum ex aliqua re. Off.55.b.

Vtiliter. *Ci.Off.18.a.Iracundiam utiliter a natura datam.& 36.a. Quæ ſunt utiliter ad hominum uitam & Acad.34.b.*

Vtinam, Dij faxint. oelim &c. *Ci At.46.a.Atq; utinam ipſe Varro incūbat in cauſam.*

Vtinam ut illa anus optat, ne in nemore &c.ꝺ N.75.a

Me miſerum, qꝺ tu noluiſti, unà fuiſſemus.At.139.a.i. utinam.

Qꝺ utinā, iterū aūt utinā, tuo tñ commodo.At.220.b.

Vti ꝓ.omnino, Ci.At.57.a.Quo die uenies,utiq; cum tuis apud me ſis.& 68.a Quę quidē ego utiq; uel uerſu ra factā ſolui nolo.et 71.a.Vtiq; explicatū ſit illud etc. Miuſculā uillā utiq; Quinto traditurus ſum At.118.a Vtiq; ſiue hinc abiero ſiue hic ero oppreſſus, ta manet opimo &c.Ante q̃.196.a.

Aunum quidē utiq; teneto.At.72.b.

Id unis literis datis, quæ ad mei utiq; ꝑferantur, conſe- quere.At.72.a.& 203.a.Expecto te a Peduceo utiq;.

Faba Pythagorei utiq; abſtinuerunt.đ D.133.a.

Hoc quidē utiq; perficies &c.At.200.b. & 207.b.

Illud utiq; ſcire cupio.& 41.b.Vtiq; &c,aliter uitæq;.

Ipſe uero utiq; fac uenias.At.57.b.

Vtiq; ad me tabellarios mittas.At.89 a.

Quid cenſeas mihi faciendum,utiq; ſcribito At.155.a.

Ego ut conſtitui,adero,atq; utinā tu eadem die ſis(quid enim multa:)utique poſtridie.At.211.b.

Olij mittas laudationē,Olij utique,nam illā legi.uolo tñ deguſtare.At 220.b.159.a.Romā utique ſtatim ueni.

Vt non. quin. Ci.ꝓ Cor.64.a.Poteſt igitur iudices L.Cornelius condemnari:ut non C.Marij factum con- demnetur? Cui uiginti his annis ſupplicatio decre ta eſt,ut non imperator appellaretur:I.A.260.a.

Vtor, ris. uſurpo. frequento, adhibeo.

Ci.Tuſ 192.b.Qđ utendum acceperis reddito.

Vtatur ſuis bonis oportet & fruatur qui beatus futurus eſt.đ N.22.a.& 57.a. Quibus rebus fruimur atq; uti- mur. Commoda quibus utimur,lucemq; qua frui mur ſpiritumque,quem ducimus, a Deo nobis dari atq; impartiri uidemus.ꝓ S.R.40.a.

Vt exercitatione ludoq; cāpeſtri uteremur.ꝓ Cęl.39.b Statuit ſibi nihil grauius faciendum q̃ ut illa matre ne uteretur.ꝓ Clu.21.a.

Huic omnia bona utenda ac poſſidenda tradiderat. I.V.117.b. Ne Silius quidē quicq̃ utit. At 193.a. i.pecunia. Conſularis homo non minimis faculta- tibus uſus.Ante q̃.195 a.

Cum in ea urbe ſummis honoribus imperijsque uſus ſit. At.119.b & ꝓ Dom.135.a.

Vir ſummis populi beneficijs uſus.& ꝓ Fla.155.b.Vir ampliſſimis uſus honoribus.et đ In.61.a.Homines bono re uſi. Ne beſtijs quoque immanioribus uteremur. ꝓ S R.30.a.

Vtrum turpe pace nobis an miſere bello eſſet utendum. At.113.b.

Bene armis,optime equis uti ꝓ Deio.149.a.

Vt iam placatis utamur fluctibus.At.110.b.

Vſus eſt ipſe incredibili patientia.I.A.226.a.

Oratio,qua recitatis literis,uſus es.I.A.124.b i.

Nō eſt tibi bis ſolis utēdū æſtimationibus ac iudicijs,qui nūc ſunt hominū ſed his ēt,qui futuri ſunt.Q.Fr.298.b.

Ea,quæ acceperis utenda, maiore menſura iubet redde- re Heſiodus.Off.10.b. Antonius Cæſari regnum detulit,Cæſar uti noluit.I.A.177.a.

Brunduſium uenimus uſi tua facilitate nauigandi.At. 100.a.et Ep.136.a.Cum aduerſis uentis uſi eſſemus.

Criminatione in me uſus eſt.ꝯ Rul.82.a.

Lucceius multum utitur Bruto.At.234. et.Ep.209.b.

Lucio Titijo familiariſſime utor.

Trebanio multos annos utor ualde familiariter.Ep.4.b

Vtor ad omnia Q.Selicio.Ep.5.a.

Vti aliqua re ad faciendum aliquid.đ Cla.190.b.

Autoribus quidam ad iſtam ſententiam quamuis obti- neri,uti optimis poſſumus.Tuſ.153 b.

Vt propemodum iuſtioribus utamur, illis, qui etc.đ Fin.49.b. Deinde exemplorum a uoluntate et cō tra ſcriptum iudicatorum enumeratione utemur. Ad Her.9.a. et ibi. Cum hæc erunt conſiderata ſtatim no- ſtræ legis expoſitione,recitatione,collaudatione utemur.

Vti ſilentio.ꝓ Mar.131.a.i.ſilere.

Vtens ratione.✕.Rationis expers.Top.126.b.

Vt plurimum. Ci.đ L.176.b.In bello et ſuſcipiendo et gerendo et deponendo ius,ut plurimū,ualet et fides.

Vt pote.quippe. Ci.At.39.a.Ea nos ut pote qui nihil contemnere ſolemus,non pertimeſcebamus. et 71.b. In- commoda ualetudo,qua iam emerſeram, ut pote cum ſi- ne febri laboraſſem.

L.quidem frater eius,ut pote qui peregre depugnauit. familiam ducit.I.A.200.a.

Vt primū.ſimulac primū. Ci.Ep.151.b.et I.V.104.b.

Vt puta. Aſin Ep.164.b aliter.Vt pote.

Vt quid.cur, quare. Ci.At.106.a.Depugna inquis. potius q̃ ſeruias,ut quid?

Vtrinque. Ci.Ep.81.a.Vtrinque magnæ copiæ.

Vtrobique.in utroque duorum,uel in utraque parte.Ep. 163.Non licet mihi nullius partis eſſe, quia utrobique magnos inimicos habeo. Eadē ueritas utrobique eſt.đ N.41.b.i.in dijs et hominibus.

Vtrum. an, num, nunquid, utrum ne.ꝓ Quin.17.a. Ci.đ Or.199 a.Quæro a te utrum illa uerba an por- tenta ſint? Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe fa cere hoc?an illud?I.V.106.a.

Hic utrum tandem ſum accuſandus,qđ doleo?an etc. At.43.b. Vtrum aliquid grauius in quempiam dici poteſt?an certius quicq̃ obijci poteſt?ꝓ Cec.290.b.

Conuiuium,in quo,nemo poteſt dicere,utrum iſte plus biberit an uomuerit,an effuderit.I.P.84.a.

Quæſiui an etc.nec ne etc.I.C.107.a.

In quo utrum copia ne ſit agri conſideratur.đ In.76.b.

Intellexi Pompeium moueri utrum Craſſum inire eam gratiam etc.an eſſe tantas res noſtras,etc.At.9.a.

Vtrum hic tandem putatis etc.an etc.ꝓ Fla.151.a.

Nec aliud decernit hoc bello,niſi utrū ſimus nec ne etc. ad Brut.91.b.

Quærendum utrum etc.an ne etc.Or.217.a.

Nihil intereſt utrū ita ſcribas,ſi etc.an ſi etc.I.V.155.a

Nihil intereſt utrum etc.an etc.Tuſ.217.b.

Quid intereſt utrum hoc feceris,an frumentum non im- probaris?I.V.187.a.

Mihi nihil uidebatur eſſe, in quo tantulum intereſſet, utrum ꝑ procuratores ageres an ꝑ te ipſum.At.66.b.

Vtrum hoc tu parum meminiſti?an ego non ſatis intel- lexi?At.135.a.

Vtrum ea ueſtra an noſtra culpa eſt?Acad.23.b.

Vtrum neſcis q̃ alte aſcenderis,an pro nihilo id putas? Ep.160.a.

Multum intereſt utrum laus minuatur an ſalus deſeratur. Ep. 8 a. Vtrum igitur tibi literam uideor an totas paginas commouere? d Fin 118. a.
Nihil ad eum qui te capture uult utrum tacentem irretiat an loquentem Acad. 23. b.
Vtrum &c. An &c. At. 9. a i. uel qd uel qd.
Vtrum &c. an &c. Scilicet &c an &c. l ſcilicet.

Vtrumuis. Ci. p S. R. 32. a. Qd certum eſt non facere, dum utrumuis licebit.
Quorſū ſi utrumuis perſuaſiſſem, nunq̄ &c. I. A. 165. a.

Vt ſi. tanq̄ ſi, ac ſi p inde ac ſi pro eo ac ſi. Ci. Off 9 b. Qui alijs nocent, ut in alios liberales ſint. in eadē ſunt iniuſtitia, ut ſi in rem ſuam aliena conuertant.
Similesq; ſunt, ut ſi qui dicant &c. d Sen. 80. b.
Sic cōtēnit tāq̄ ſi illi aqua et igni iterdictū ſit. I. A. 207. a
Similiter facis, ut ſi &c. Off 18. a. 17. b.

Vt ut. Ep. 263. b. Sed ut ut eſt, indulge ualetudini.

Vua, uæ. Ci. d D. 87. a. Actius Nauius uuam mirabili magnitudine inuenit.
Gemma, ā qua oriēs una ſeſe oſtēdit, quę & ſucco terrę, & calore ſolis augeſcens, primo eſt peracerba guſtui, deinde maturata dulceſcit. d Sen. 88. a.

Vulcaniæ inſulę propter Siciliam. d N. 70. b.

Vulcanius, a, um. Tuſ. 182. a. Tectus uulcanijs armis, id eſt fortitudine.

Vulcanus, m. Vulcani complures fuerūt. d N. 70. b.

Vulgaris, re. popularis, quotidianus, contritus, peruagatus, communis, de populo, unus de multis.
Ci. d Fin. 90. b. In omni arte cuius uſus cōmunis uulgarisq; ſit. Oratio ad uulgarem popularēq; ſenſum accommodata. d Or. 94. a.
De uulgari & cōmuni prudētia diſputo. d Or. 136. b.
Perſpicua ſunt hæc quidē & in uulgari prudentia ſita. d Or. 120. b.
Vulgaris & peruagata declamatio. p Plan. 268. b. & Or. 216. a. Res peruagata & uulgaris.
Hæc uulgaria & obſoleta ſunt. p Quin. 10. b.
Hæc a uulgari intelligentia remotiora ſunt. d In. 70. a.
Minime uulgare genus dicendi. d Cla. 193. a.
Vt intelligat meā commendationē non uulgarē fuiſſe. Ep. 4. a. In cōmuni uita & uulgari hominum conſuetudine non eſſe rudem. d Or. 106. b.
Si minus illa ſubtili definitione ad hac uulgari opinione ars eſt. d Or. 94. a. Beneficium uulgare. X. beneficium ſingulare. d In. 76. b. & rarum.
Excellens orator. X. Vulgaris orator. d Or. 201. a. de populo.
Ne nuda inuētio uulgari ſermone efferat. Ad Her. 41. b
Non poſſumus Amafanij & Rabirij ſimiles, eſſe, qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos poſitis uulgari ſermone diſputant. Acad. 39. b.
Rarum ac ſingulare. X. uulgare. Top. 126. b.

Vulgariter. Ep. 229. a. Vt intelligeres me nō uulgariter nec ambitioſe, ſed ut pro homine mihi p neceſſario ſcribere.

Vulgo, paſſim populariter. Ci. d N. 68. a. Quē uulgo maxime ad occidentem colunt. & p Mur. 141. b. Ad prandiū uocare nū crimen eſt? minime, ſed uulgo, paſſim, quid eſt uulgo? uniuerſos?
Deinde natura eius euenire uulgo ſoleat an inſolenter & raro. d In. 51. b. Vulgo opinio hominum ſocium me aſcribit tuis laudibus. At. 232. b.
Nā illi ita negant uulgo ut mihi ſe debere dicant At. 1. a
Homines uulgo impune occiduntur. p S. R. 31. b.
Vulgo oſtendere ac proferre aliquid. I. V. 214. a.
Eodem die uulgo loquebant, Antonium etc. At. 258. a.
Homo pecunioſus nec uulgo. I. V. 213. a.

Vulgo, as. Ci. p Fla. 160. a. Non ne hoc ueſtra uoce uulgatum eſt.
Nauis in flumine publico uulgata oibus d Ar. 217. b.
Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim atq; edi populo imperaui. p Syl. 175. a.

Vulgus, gi. turba, multitudo. Ci. p Mil. 106. b. Cum Milo cum uxore ueheretur in rheda penulatus uulgi magno impedimento.
Non eſt enim conſilium in uulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia. p Plan. 260. b.
Nihil eſt incertius uulgo. p Mur. 132. b.
Hæc duntaxat in græcis intelligo, quæ ipſi, qui ſcripſerunt, uoluerunt a uulgo intelligi. d Or. 114. a.
Fam pulchritudo præneſtinarum etiam nūc ſortium retinet nomen, atque id in uulgus, quis enim uir illuſtrior utitur ſortibus? d D. 126. b.
Hoc exire atq; ī uulgus emanare nō poterit. p S. R. 19. a
Qd etiam in uulgus gratum eſſe ſentimus. At. 37. a. & 237. b. Itaq; alter religioſus ēt nūc dies, alter in uulgus ignotus. Iudicare aliquid in uulgus. d In. 195. b
Valere in uulgus. Tuſ. 188. b. et 248. a. Commendatio in uulgus. Quamobrem ut uulgus ita nos hoc loco loquimur. Off. 40. a.
Ego autem tribuo nonnunq̄ in uulgus. ſed plerunque neceſſarijs, ut hoc tpe. Ep. 229 a.
Vulgus imperitorum. d Or. 161. a. & d Cla. 296. b.
Turba patronorum & uulgus patronorum.

Vulneratio, onis. ſauciatio. Ci. p Cec. 294. a. Vim ſine uulneratione & ſanguine non eſſe. et I. P. 89. b. Hæc eſt ſalutis ſuę uulneratio.

Vulnero, as. ſaucio. uulnus uel plagam impono, plagam facio, plagam inijcio, uulneribus conficio, uulnus infligo. Ci. I. V. 89 b. Serui nonnulli uulnerātur, ipſe Rubrius ſauciatur. Ferrum poteſt acie ipſa uel ferri uiribus uulnerare. p Seſt. 7. b. Tribuni ſanctiſſimi corpus uulneratū ferro cōfectūq; uidiſtis. Poſt. 205. b

Vulnus, ris. plaga. Ci. d N. 72. a. Aeſculapius, qui ſpeculum inueniſſe primusq; uulnus obligauiſſe dicitur.
Dico mercedem uulneris atq; plagæ conſtitui neſas fuiſſe. I. V. 263 a. Vulnus in latere, qd acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari. p Mil. 114. a.
Accipe uulnus. Ep. 16. a. Et accipe uulnera. I. A. 226. a.
Acceptis a fera aduerſario uulneribus aduerſis. d Ar. 253. a.
Claudicare ex uulnere ob remp. accepto. d Or. 131. b.
Infligere uulnus alicui. I. A. 179. b. et In. Vat. 33. a. Infligere plagam alicui.
Excipere uulnera. p Seſt. 7. b. et d Fin. 85. a. Exanimari graui uulnere.

Quæ hic reip. uulnera imponebat, eadẽ illa ſanabat ꝺ Fin 111.a.& At.12.a. Tanto impoſito reip uulnere.
Satis habeo negotij in ſanandis uulneribus, quæ ſunt impoſita reip. At.77.b.
Alligare uulnus. Tuſ.183.b.& ibi.a. Obligare uulnus.
Inijcere uel infligere ſecurim reip. l. Securis.
Vulnera Appij non refrico ſed apparent nec aculi poſſunt. At.76.a. Nam Panſa fugerat uulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. At.274.b.

Vulpecula, læ. Ci.ꝺ N.18. Lepuſcula uulpeculaſq; uidiſſe.
Fraus quaſi uulpeculæ uis Leonis uidetur. Off.9.a.

Vulnculus, li. Ci.At.235 b.
Nam te. Bruti noſtri uulnculus ab iſta oratione deterret. At.235 b.

Vulturius, rij. Ci.I.P.87 b. Appellatus eſt hic uulturius illius prouinciæ (ſi dijs placet) imperator.

Vultuoſus, a, um. Ci.Or.202.a. Vultus &c. in quo efficiendum eſt ne quid ineptum aut uultuoſum ſit.

Vultus, tus. Ci.ꝺ Or.163.b. Imago animi uultus eſt, indices oculi, & ibi. Vultus quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poteſt efficere.
Vultus, qui ſenſum animi plerũq; indicant ꝺ Or.122.a.
Vultus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt. I.P.79.b.
Et is, qui appellatur uultus, qui nullo in animante eſſe præter hominẽ poteſt, indicat mores, cuius uim græci norunt, nomen omnino non habent. ꝺ L.161.a.
Vultus qui ſecundũ uocẽ plurimũ poteſt, magnã affert tũ dignitatẽ tum uenuſtatẽ, in qua efficiendũ eſt, ne quid ineptum aut uultuoſum ſit. Or.202.a.
In Æſopo ſæpe uidi tantũ ardorẽ uultuũ atq; motuum, ut &c. ꝺ D.97.b. Quidam uultu motuq; corporis uaſti atq; agreſtes. ꝺ Or.94.b & 95.b. Quæ nobis non poſſumus fingere, facies, uultus, ſonus.
Recordamini faciẽ atq; illos eius fictos ſimulatosq; uultus. p Clu.32.b. Iure erat in Socrate ſemp idem uultus, cum mentis a qua is fingitur, nulla fierrt mutatio. Tuſ.197.a. Etenim animus uultu flagitia parietibus tegebãtur. p Seſt.7.b. Vultus ſeuerus ac triſtis. ꝺ Or.135.b Poſt.207.b. Vultus importunus.
Vultus ſemper idem, uox, oratio ſtabilis & non mutata. p Mil.119.b. In tuis oculis, in tuo ore, uultuq; acquieſco. p Deio.144.b.

Vxor, oris quam in matrimonio quis habet, quę matrimonium alicuius tenet, particeps connubij. Ci.Top.222.a.
Vxoris duæ formæ, una matrum familias, hæ ſunt, quæ in manũ conuenerunt, altera earũ, quę tantummodo uxores habentur, & p Fla.162.a. In manu inquit conuenerat, quęro uſu? coemptione? uſu nõ potuit, nihil enim etc. coemptione? omnibus ergo authoribus.
Quintus a ducenda uxore ſic abhorret, ut quicq̃ libero lectulo neget eſſe iucundius. At.218.a.
P. Seſtius duxit uxorẽ optimi uiri filiam C. Scipionis. p Seſt.4.a. ibi P. Seſtius duxit C. Albini filiam, ex qua hic eſt puer & nupta iam filia.
Ex animi ſui ſententia uxorem habere. ꝺ Or.133.a.
Qui Numitoriã fregellanã habuit uxorẽ. I.A.186.b.
Habere aliquã in matrimonio. L. Matrimonium.
Is Saſſiam in matrimoniũ ducere concupiuit. p Clu.21.b
Atq; ut è natura uiuat uxorẽ adiũgere ꝺ Fin.104.b.
Cum paterfamilias uxorẽ prægnantẽ in prouincia reliquiſſet, Romęq; alterã duxiſſet, neq; nuntiũ priori remiſiſſet, mortuuſq; eſſet inteſtato, & ex utraq; filius natus eſſet, mediocris ne res in controuerſiam adducta eſt. ꝺ Or.100 a.

Vxorius, a, um. Ci.Off 64.a. In arbitrio rei uxoriæ melius æquius.

X Litera uaſtior. Ci.Or.211.a. Axilla ala factus eſt fuga literæ uaſtioris: quã literã etiam è maxillis è taxillis & uexillo & paxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.
Ex Zenone cognoſcã. At.151.b.

Xenius a, um. Xenię baluneæ. p Cæl.50.b.

Xenocrates. de cuius integritate. Ci.At.11.a.

Xenophon tis. Ci. Or.199.b. Xenophon, cuius ſermo eſt melle dulcior, ſed a forenſi ſtrepitu remotiſſimus. & 202.b. Xenophontis uoce muſas quaſi locutas ferunt.

Xenophontius, a, um. Ci.Ep 67.b. Herculem xenophantium illum &c.

Xyſtus ſti porticus. Ci.ꝺ Cla.169.b. Cũ inambularẽ in xyſto & eſſem otioſus domi & ꝺ Op.143.a.
Spatiari in xyſto. Cum p[..]uca in xyſto locuti eſſemus tum eodem in ſpatio conſedimus. Acad.3.b.
Gymnaſium xyſtuſq;. At.5.a.

Y Ci.Or.212.a. Purrũ ſemp Ennius nuſq̃ Pyrrhũ. ui patefecerũt Fruges nõ Phryges. ipſius antiqui declarant libri, nec enim græcã literã adhibebant, nunc autẽ etiã duas et cũ Phrygũ & cũ Phrygibus dicendũ eſſet, abſurdũ erat aut tantũ barbaris caſibus græcã literam adhibere, aut recto caſu ſolum græce loqui, tamen & Phryges & Pyrrhum aurium cauſa dicimus.
P. Sulla. At.56.a. p P. Sylle.

Z Elotypia piæ. Obtrectatio. Ci.Tuſ.112 b.
Obtrectatio quã intelligi zelotypiã uolo, eſt ægritudo ex eo, qđ alter potiat eo, qđ ille ipſe cõcupierit.
Offenſio noſtra, quæ magis a ϰαϰοτυπίᾳ mea q̃ ab iniuria tua nata eſt At.162.a.

Zeno, onis. Ci.Acad 33 b. Zeno qui inuentor & princeps ſtoicorum fuit et ꝺ eodem. 36.a.

Zeuſis ſis. pictor excellẽtiſſimus ac nobiliſſimus. ꝺ In.62 a

Zodiacus, ſignifer orbis. orbis ſignorũ. Ci.ꝺ D.116.b.
Vis quędã eſt ſignifero in orbe, qui græce ζωδιακὸς dicitur, talis, ut &c. Detrorſum orbem flammeum.
Radiatum ſolis linquier curſu nouo. ꝺ D.89.b.
Ad dexteram cœpit curſum, ab læua ſignũ præpotens. ꝺ D.90.a. Orbis ſignorum. ꝺ N.36.b. me ibi. Orbis ſignifer. itẽ ibi. Lõgitudo et latitudo ſigniferi orbis.
De ſignifero orbe & eius partibus & ui & motu. ꝺ D.126.b.127.a. Tum in eodẽ orbe in XII partes diſtributo quinq; ſtellas ferri &c. Tuſ.162.b.
Zodiacum hunc Græci uocitant, noſtriq; latini
Orbem ſigniferum perhibebant nomine uero.

Zonarius, rij. Ci. p Fla.149.b. Sutores & zonarij.

Quædam ante omiſſa hic reſtituuntur.

Ruſticanus,a,um. ruſticus. Ci.I.V.102.a.*Homines ruſticani ex municipijs.*et.241.b.& At.131.b.
Ruſticanus quidam &c. d Or.105.b.
*C.Marius ruſticanus uir.Tuſ.*186.b.*ſed planè uir.*
Tamen ne hæc attenta & ruſticana uita,relegatio appellabitur? p S.R.25.b.

Ruſticatio,onis. Cic.d Am.115.b. *Peregrinationes ruſticationesq;.*

Ruſticatus,us. Ci.At.185.b.*In ruſticatu.*

Ruſtice. Ci Off 60.a.*Vrgent ruſtice ſanè,negant enim.* &c.& At.198.a.

Ruſticor,aris.ruri habito. Ci d Or.116.a.*Lælius ſemp ferè cũ Scipione ſolitus erat ruſticari,*& p Arch.129.a

Ruſticulus,li. Ci p Seſt 21.a.

Ruſticus,a um. ruſticanus agreſtis,inurbanus, inſuauium morum,difficilis. X. *urbanus*, d Fin.80.b.
Ci.d.N.62.a *P.Vacienus homo ruſticus*, & p Seſt.23.a.*Sunt Municipales ruſticiq; romani.*
*Homines ruſtici & agreſtes.*Ci.I.A.129.a.
Vita ruſtica parſimoniæ magiſtra eſt. p S.R.30.b.& 26.a.*Vita ruſtica honeſtiſſima atq; ſuauiſſima.*
Sermo non modo urbanorum ſed etiam ruſticorum. Ci.Or.204.b. *In ruſticis moribus,ĩ uictu arido,in hac horrida incultaq; uita eiuſmodi maleficia nõ gignũtur.*Ci.
*Ruſtica uox & agreſtis.*Ci d Or.146.b.et *Ruſtica aſperitas.* *Nicander Colophonius poeta de rebus ruſticis ſcripſit.*Ci d Or.90.b. *Res ruſticas uel fructus cauſa uel delectationis inuiſere*Ci.d Or.106 b. *Homo imperitus morum,agricola & ruſticus.* Ci.p.S.R.42.b.

Rutilus,a,um. coruſcus. Ci d Som.128.b.*Rutilus horribiliſq; Mart.*& in Arat *Rutilum lumen.*

Rutus,a,um. Ci d Or.129.b *Dices te cum ædes uenderes ne in rutis quidẽ & cæſis ſoliũ tibi paternũ recepiſſe. Cum quæritur quæ ſunt ruta cæſa.*Ci pt.239.b.& Top.229 b.*Rutis cæſis receptis in uenditione.*

S Ci.d.N.47.a.*Toru' draco ſerpit &c.*
Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam.
*Multi' modis,uas' argenteis,palm' & crinibus tecti' fractis.*Or.211.a. *Qui eſt omnibus princeps,non omnibus princeps.*Or.212.a. *(peraret.*

Saccus,ci. Ci.I.V.93 b *Cũ iſte Caria,Cilicia,ſaccos im-*

Sacellum,li. Ci.ↄ Rul.73.b.*Sunt loca publica urbis ſunt ſacella*, & d D.101.b. *Ea exiuit in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa.*

Sacer,a,um. religioſus,conſecratus,habens religionẽ. X. *profanus.*I.V.200.b. Ci.p Dom.219.b. *Arrogans eſt de religione de rebus diuinis cærimonijsq; ſacris pontifices docere conari.* *Sarcta tecta ædium ſacrarum locorumq; communium tueri.*Ep.208.b.
Locus ſacer. X.*locus profanus.*d In.50.b.
Signa ſacra & religioſa d L.190.b.
*Cum plebs montem Auentinum,qui ſacer appellatus eſt, occupauiſſet.*d Cla.169.a.
Itaq; populus rom breui tempore neq; regem ſacrorum, neq; flamines,neq; ſalios habebit. p Dom.220.b.
Quod per populum creari fas non erat propter religionem ſacrorum. ↄ Rul.69.b.
Ne quid de ſacrorum religione minuatur. p Dom.220.b.& p Fla 160.b.*Iſtorum religio ſacrorum.*
Qui cum oĩum ſacris delubriſq; bella geſſerunt. p Font.284.a. *Qui & ſacra priuata coluerunt,& publicis ſacrificijs præfuerunt.*Ci.p Dom 134 b.
Sacrum ſacra ue commẽdatũ qui clepſerit rapſeritq; parricida eſto d.L.174.a. *Sacra priuata.ſacra gẽtilitia, Quid ſacra Clodiæ gentis interierunt?* p Dom.220 a.
Nec amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiua ueniſti. Ci.p Dom.224.a. *Ne quis te ſacra illa tua facientem uidere poſſit.*d Ar.231 b. *Quibus uerbis ſacrorum alienatio fiat.* Or.210.a.
*Sacrũ cõmittere & ſacrũ cõmiſſum expiare.*d L.173.b.

Sacerdos,otis. miniſter publicus dei,ſanctiſſimo ſacerdotio præditus,qui uel quæ ſacris præeſt antiſtes ſani.
Ci.I.V.134.a *Cephaleds menſis eſt certus quo menſe ſacerdotem maximum creari oportet.*&.223.b. *Sacerdotes Cereris atq; illius fani antiſtites probatæ mulieres.*
Virgo ſacerdos Veſtę. p Font.284 a.
Præſto mihi ſacerdotes cum infulis & uerbenis fuerunt. I.V.226.a. *Sacra Cereris per græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes.* p Cor.66.a.b.& ibi. *Sacerdos illa quæ gręcum illud ſacrum monſtraret & faceret.* & Tuſ.273.a.*Sacerdos aduecta in fanum.*
Licinia uirgo ueſtalis ſanctiſſimo ſacerdotio prędita. p Dom.240.b. *Sacerdotes deorum immortalium.* Ci.p Dom.241.a.& d Ar.230 a.*Sacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſq; detraxiſti.*
Diuis alijs alij ſacerdotes,omnibus pontifices,ſingulis flamines ſunto d L.173.b. *Itaq; populus rom.breui tempore neq; regẽ ſacrorũ neq; flamines neq; ſalios habebit, neq; ex pte dimidia reliquos ſacerdotes.* p Dom.220.b.
In iudicio ſacerdotum populi rom. p Dom.213.a.
Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet, condemnatus eſt d Cla.176.a. *Sed ne optari quidem licebat,qui cuiq̃ ex collegio eſſet inimicus.*Ep 42.a.
Sacerdos es tyrannus Ci.I.A.121.a.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
Omnes ſunt quaterni præter MM *qui eſt quinternus.*

Ad Pratum Albuini in Ædibus illuſtris uiri Io.Franciſci Gambaræ Comitis Pontificij.
Anno ab ortu Chriſti. M D X X X V. *menſe Ianuario.*



VOCABVLA QVÆDAM BARBARA VEL LATINA, QVIDEM SED NON

Ciceroniana, quo pacto Ciceronis more ideſt latiniſſime & elegantiſſime dici poſſint, in quibus tamen nõnulla ſunt quæ mihi cum hæc ſcriberem, Ciceroniana uidebantur, ſed librum aut locum in quo eſſent, non memoria tenebã, ſub his etiam uocabulis alicubi ſubiecimus ſententias quaſdam ac formas loquendi animaduerſione digniſſimas & memoriæ maxime mandandas, quæ in oratione facienda atq; in ſcribendo ad materiam illam quæ uocabulo ſignificatur, facile accommodari poſſunt. Hæc autem nos idcirco inter obſeruationem machinati ſumus, atq; ita ex ordine collocauimus, ut eſſent nobis tanq̃ loci memoriæ artificioſæ, quibus ſiquando aliquid difficilius aut obſcurius in memoriam reuocare uellemus, quaſi monitori hui uteremur, quod idem ſi quis facere uolet, non minimam hinc, opinor, ad dicendũ ſcribendumq; afferri ſibi ſentiet utilitatem.

ABominor. *ſum auerſus ab aliquare, aliquid tanq̃ religioni habeo, offenſionem atq; faſtidium ad aliquam rem habeo, aſpernor, fugio, reſpuo, ꝑhorreſco, deteſtor.*

Abortio, uel abortior. Ci. ꝑ Cl. 24 a. *Mulier ſibi ipſa partum medicamentis abegit.*

Accentus. *uox, ſonus.* Ci. Or. 201 a. *Vocis tres omnino ſunt ſoni, inflexus, acutus, grauis. & ibi. Ipſa natura quaſi modularetur orationem, in omni uerbo poſuit acutam uocem, nec una plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiã.* Lenas. At. 129. b Vis ne. Or. 214. a.

Accidentia nominum & uerborum, *attributiones nominum & uerborum uel res quę nominibus et uerbis ſunt attributæ.* ď In. 50 a b. *Vide in uerbo conſecutionis.*

Accerno. *coacerno, accumulo.*

Acceſco. *coaceſco.*

Acuitas. *acumen.*

Addictitius. *addictus, aſtrictus.* Ci. ď Varr. 22. b. *Credere alicui, ꝗ nec argumentis nec rationibus certis eius oratio confirmatur. Cum aliqui iſto modo, qui legibus impoſitis diſputant, nos in diem uiuimus, quodcunq; noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus, itaq; ſoli ſumus liberi.*

Adimpleo. *expleo, impleo.*

Ad omnia. *ad omnes res.* Ep. 87. b.

Adoro. *colo, ueneror.* Ci. ď D. 84. b. *Rite igit' ueteres etc. Pręcipuis ingenta coluerunt numine diuos. Qua mente, qua pietate religiones colat.* ď Leg. 172. b. *Iupiter puer cum Iunone etc. qui caſtiſſime colit' a matribus.* ď D. 126. a

Adriaticus. *adrianus, ut mare adrianum. i. mare ſuperum.*

Aduerſitas. *res alicuius aduerſæ, turbidæ res, grauis fortuna.* pro Mil. 117. b.

Adulteratus. *fucatus, fallax, fucoſus.*

Aduno. *in unũ locum congrego, in unum conduco, in unum redigo, in unum confero.* I. A. 223. a.

Æquanimis, uel æquanimus, *qui ęquo animo eſt.*

Æquanimitas. *animus æquus, animi æquitas.* Ep. 82. b.

Æquilaterus. Ci. In Arat. *Huic ſpatio ductũ ſimili latus extat utrinq;.*

Æquiualens. Cic. At. 27. b. *Ego tamen habeo* [illegible] *excepitionem ut aiunt æquiualentem. Par dignitas ad conſulatus petitionem in hoc & in illo fuit.* pro Mur. 134. a.

Affabiliter. *comiter.*

Affectatio. *appetitio, conſectatio.*

Affectatus. *nimis exquiſitus, appetitus, odioſus, qui omni ex genere orationem aucupatur, unnes undiq; floſculos carpit.* ꝑ Seſt. 25. a.

Affirmatiuus. *aiens.* ✕ *negans.* Cic. Top. 224. b.

Afflatio. *motus, uaticinatio. I. Vaticinatio.*

Afflatus. *mente permotus, furore diuino incitatus, inſanus, furens, qui humanos ſenſus amiſerit, diuinos aſſecutus ſit, mente incitatus, animi ardore aliquo inflammatus atq; incitatus.*

Agibilis. *ſenectus auocat a rebus gerendis, in rebus gerendis uir acer & induſtrius.*

Alatus. *uolucer, ales.*

Albedo. *color albus, candor.*

Aliqualiter. *aliquo modo uel ratione.*

Aliquandiu. *pauliſper, parumper.*

Aliquantiſper. *pauliſper, parũper.*

Allocutio. *compellatio.*

Altercor. *concerto, contendo.*

Alternatio. *uiciſſitudo.*

Alteruterq;. *uterq; alter.* ad Her. 22. b

Amatus. *gratioſus, qui apud omnes in maxima gratia eſt.*

Ambages. *circuitio, anfractus, aliquo circuitu ad id peruenire, quo uelis.* ꝑ Quin. 80. a.

Anguſto. *in anguſtum adduco uel deduco, coanguſto, contraho, anguſtum facio.* ✕ *dilatio.*

Animalculum. *beſtiola.*

Animo. *animum alicui do.* Ep. 13. b.

Antarcticus. *antaxon.*

Ante omnia. *in primis, prę cæteris.*

Anterior. *ſuperior,*

Anticatones. *Cæſar cõtra Catonem.* Top. 219. a. & At. 199. b. et. 221. a

Antiquitus. *bonis tẽporibus.* Off. 45. a.

Antrum. *ſpelunca.*

Apologia. *χ...*

Apoſtrophe. Ci. ꝑ Fla. 119. a. *Neq; uero te Maſſilia prętereo, quę &c.* I. Auerto.

Apparens. *expreſſus, eminens.*

Apparentia. *ſpecies, uiſio, uiſus, id in Curione ſpeciem oratoris alicuius efficit.*

Applaudo. *plauſum do, adhinnio.*

Appruprio, *uendico, aſciſco.*

Aptitudo. *habilitas.*

Aptus natus. *natus aptusq; ad dicendum.* ď Or. 93. a

Aquaticus. *aquatilis, nans, natans, aquarum incola.*

Aqueus. *humidus.* Cic. Tuſ. 156. b. & 162. a. & ď N. 66. a.

Arbitrium liberum *Cicero appellat uoluntatem liberam.*

Arcto. *coarcto, coanguſto.*

Armiluſtrium. *tanq̃ ſi arma militis inſpicienda ſint.* ꝑ Cecin. 296. b.

Arſus. *deflagratus.*

Artificialis. *artificioſus, quod habet artem.*

Aſilus. *ara, perfugium, qui niſi in aram Tribunatus confugiſſet, pro facto &c. Hoc perfugium ita ſanctum eſt omnibus, ut inde abripi neminem fas ſit.* ꝑ Dom. 251. a. i. ſua

cuiuſq; domus.
Aſſer uel aſſis. tabula.
Aſſertor uindex.
Aſſuefactio. exercitatio cõſuetudoq;
Aſſuetudo, patiendi. Tuſ. 143 a.
Audibilis. ſub auditum cadens.
Augmentabilis. X. creſcendi acceſſio-nem nullam habens. ď Fin. 99 b.
Augmentatio. } amplificatioq; accretio.
Augmentator. } amplificator.
Augmento augeo, amplifico, magnum uel maius facio, propago.
Verbis paruam rem magnam facio. p Cæl. 45. b. & 46. a. Qui hæc ex minimis tanta fecerunt.
Ea Cleanthes paulo uberiora fecit. ď N. 41. a.
Simulacrum Iouis maius facere.
Augmentum amplificatio, incrementũ.
Authentice αὐθεντικῶς.
Ci. At. 202. b. Id tum αὐθεντικῶς narrabat. & 150. b.
Autodidactos. Ep. 104. b Nullã artem ſine interprete & exercitatione poſſe percipi. & ď Or. 114. a.
Auxeſis. Ci. Or. 108 b. Quę a grę cis αὔξησις uocatur, hæc in communibus locis maxime excellere debet.
Aux. quæ ab aſtrologis dicitur aux, hãc quidã a Cicerone iugũ appellari diũt. I. Iugum ut luna in iugo.
Auxiliator. adiutor.

Balbuties. hæſitantia linguæ.
Balſamo. ταριχεύω. Herm. 51. b. I. Condio.
Barbitonſor. tonſor.
Bec ham morſus.
Benefactor, benemeritus, benemerens.
Bene fit. benigne fit.
Ci. p Plan. 269. b. Vt bis benigne a populo factum uideretur.
Bene uolo. beneuolentiam ergu aliquem habeo. & Terent. 72. b. Tibi bene ex animo uolo.
Beo. beatum facio.
Bibino. potatio.
Biformis. biformatus, & triformis Chimera Hor. 34.
Bipedalis. ut pedalis.
Blaſphemia. exetratio, maledictum. Ci At. 243. a. Sed βλασφημίας mittamus.
Blaſphemo. execror.
Boreas. aquilo.
Brauium. ſtadium.
Breuiarium. epitome.
Breuio. breue facio. X. lõgum facio. Quintil. 97 a. Callide aliquid tacere uel breuiare uel obſcurare.
Brutum. beſtia, muta beſtia, pecus animal.

Cabala. Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps uniuſcuiuſq; uiſtum a patribus acceptus poſteris prodere, tamen &c. ď Som 130. a. 119 b. & ď Am. 112. 112. b. Quod ab Archita (ut opinor) didiſcitum noſtros ſenes cõmemorare audiui ab alijs ſenibus auditum. De ſacris hæc ſit una ſententia ut conſeruentur ſemper & deinceps familijs prodantur, & ut in lege poſiti perpetua ſint ſacra. ď Leg. 179. b. & 184. b Deinde etiam deinceps poſteris prodebatur id inſeptum.
Caco. detractio confecti & conſumpti cibi.
Calceo, induo.
Calculo uoluptatũ calculos ſubduco.
Calendarium. faſti.
Caliditas. calor.
Capite diminutus. qui deteriore iure eſt.
Capitium. ď Se. 23. b. Nullo frigore adduci põs ut capite operto ſit.
Captiuitas. αἰχμαλωσία. At 155. a. Hęc αἰχμαλωσία in qua nunc ſumus.
Captiuo. iugum ſeruile impono.
Cardinalis pontifex, pontificũ collegium, ſummum conſilium.
Carentia. inopia.
Caſtigator. uindex.
Caſtrametor. Ci. L. A. 133. a. Saxa caſtrorum antea metator.
Caſtratus. exectus.
Caſuales. fortuitus, incertus, in caſu poſitus, & illa uerba, quę caſus habent Ad Her. 30 b.
Cataphractus. tectus ac munitus ad pugnandũ. X. aphractus. I. Aphractum.
Catarrhus. epiphora.
Cathegoremata. κατηγορήματα. Cic. Tuſ. 113 b.
Cauſatiuus. efficiens.
Cauſo. efficio, gigno, efficiẽs ſum, importo, cauſam do.
Cerberus. triceps apud inferos canis.
Ceruicoſus. qui nimium ſui iuris ſententiæq; eſt. I. V. 79. b. obſtinatus.
Chirotheca. manica.
Cholera. bilis. Ep. 136. b. Χολὴν ἄκρατον noctu eieci.
Chymus. ſuccus is quo alimur.
Cicuritas. manſuetudo animi.
Cinædus. puer meritorius, exoletus, impudicus, qui turpiter patitur, puer emptus libidinis cauſa, qui aliorum amori flagitioſiſſime ſeruit. I. C. 106. a. Nihil flagitioſum corpori tuo putaſti quod alteri collibuiſſet. Sal. In Cic. 170. b.
Poſteaq̃ ætas tua iam ad ea patienda quę alteri facere collibuiſſet, exoleuerat Ci. In Sal. 147. a.
Circumlocutio. circuitio, anfractus.
Circumuolno. in orbem torqueo.
Circunſiſto. circunſto.
Circunſtantia. Ci. At. 259. a Tò κατὰ περίστασιν καθῆκον.
Nada iſta ſi ponis, iudicari qualia ſint non ſuale poſſunt Parad. 120. a i. ἄνευ τῆς περιστάσεως.
Conſiderandum eſt non quid, ſed quo quidq; animo, qui cum, quo tẽpore, quandiu fiat. ď In. 84. a.
Citatus. concitatus, incitatus, excitatus.
Clancularius. furtiuus.
Clanculum. clam.
Clarifico. claro, clarum facio. ď Or. 157. a.
Claſſici authores. X. plebeij philoſophi. Tuſ 159. b. uel ut ita dicam minorum gentium.
Claſſicum. bellicum.
Clima. quaſi cingulus.
Coacte. per uim
Cœptum. inceptum.
Cognoſcibilis. habens cognitionem.
Coincido. concurro. hæc in unã formam cadunt omnis Or. 200. a.
Collectiuum nomen ď L. 191. b. Libertatem iſtã largior populo, ut et authoritate ualeãt & utãtur boni.
Combino. connecto.
Comitatio. affectatio.
Commemorandus. memorabilis, commemorabilis.
Commenſalis. conuictor.
Comparatiue. comparate.
Compaſſio. συμπάθεια, miſericordia.
Ci. At. 66 a. Et ſi quæris nulla eſt magnopere commota συμπάθεια. et. 78. a. Ita cerno συμπαθῶς amoris tui. & 202. b. Συμπαθῶς de aliquo ſcribere.
Oẽs odio Oppianici & illius adoleſcentis miſericordia commouẽtur. Vt aliquando miſericordiam caperet

ret

ret aliquam ſi non propinquitatis at ætatis ſuæ. ꝓ Quin.18 a.
Male narras de Nepotis filio, *ualde me hercule moueor & moleſte fero.* At.260.b.
Compatior. συμπάσχω *miſericordiã capio.* At.289.a. Commotiuncu lis συμπάσχω
Comprehenſibilis. *quod comprehendi poteſt,* καταληπτόν. Acad.6.a.
Computatio. } *calculus, rationes cõputatum.* ꝓ R.P.224.a.
Computus. }
Ratio *ſumptuaria.* At.220.a
Concauſa. *adiuuans cauſa.*
Conceſſio. *conceſſus.*
Conciuis.ciuis. Q. Scæuola a ciuibus *ſuis interemptus eſt.* ꝓ S.R.24.a.
Concoctio. *digeſtio.*
Concordantia. *concentus, conſecutio.*
Concorditer. *coniunctis ſententijs.* I.V.233.b.
Condenſo. *conſtipo.*
Conditionalis. *connexum.*
Conditura. *conditio ciborum.*
Condolentia. συμπάθεια.
Confabulatio. λέσχη *quædã, quæ habet collocutione ipſa ſuauitatem.*
Confeſſus. *cõceſſus, certus.* ꝺ D.130.a.
Confiſco. Aſon.53. Vnde *fiſcus pecunia publica, et cõfiſcare dici ſolet.* Bona *eius confiſco publice poſſidenda.* I.A.233.b.
Congrue. *congruenter.*
Congruus. *congruens.*
Connexe. *contexte, conferte.*
Connumero. *numero, ad numerũ adſcribo, colligo, in deorũ numero repono.* Eumq; certũ Coss tũ Domitio numera ſti. Q.Fr.317.b.
Conſanguineus. *ſanguini coniũctus.*
Conſequenter. *deinceps.*
Conſortium. *conſortio uel cõſociatio.*
Conſtellatio. *ſitus cæli & ſtellarum.* ꝺ D.127.b.
Conſuetus. *uſitatus, tritus, uetus, ſolennis, legitimus, quod in conſuetudinem uenit, quod eſt in more poſitum inſtitutoq; maiorum.*
Reliqua *ſunt in more.* ꝺ L.182.b.
Qui *conſuetudinẽ exercitationemq; cœpit.*
Conſummatus. *abſolutus & perfectus ingenio præſtãti & eruditione perfectus* l. Perfectus.
Contages. *contagio.*
Contagium. *contagio.* (32.a.
Contẽplatiuus. θεωρητικὸς *Aſc.* I.A.
Contemptus. *contẽptio, deſpicatus.*
Contentioſus. *pugnax.*
Contẽtor. *contẽtus ſum, non pœnitet.*
Contiguus. *continens, quæ inter ſe pene contingunt.* l. Inter.
Contingens. Ci ꝺ Fat.144 a. Intereſt *inter cauſas fortuito antegreſſas & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiã naturalẽ* l. *inter cauſas cõtingẽtes quas uocãt, et neceſſarias.*
Continuitas. *continuatio, perpetuitas.*
Continue. *aſſidue, continenter, uſq; aſſiduus.*
Contractus. *res cõtracta, cõmercium.*
Contradictorius. *contrarius, cõtraria enuntiatio.*
Contradico. *repugno.*
Contrafacio. *aſſimulo, exprimo.* I.V.147.a.
Contrarior. *pugno, contrarius ſum, confligo.*
Contribulis. *tribulis.*
Contributio. *tributũ, tributi confectio.*
Contumelior. *contumelia inſequor, contumeliam impono.*
Conuentio. *conuentus, conuentum.*
Conuerſatio. *conſuetudo, uſus.* I.A.220.a.b.
Conuerſor. *uerſor, conſueſco, multũ ſum cum aliquo, utor, aliquem meũ ſemper habeo.* ꝓ Syl.298.a.
Conuitior. *conuitijs inſector, conuitiũ facio, uerbis uexo, cõtumelijs uexo, contumelijs aliquem inſequor, in aliquem inuado, contumeliam in aliquem iacio, ignominijs aliquẽ conſcindo, male dico, furta et libidines cuipiam obijcio.* ꝓ Dom.251.b.
Cum *uerborum contumelijs optimũ uirũ inceſto ore laceraſſet.* I.A.231.
In *iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, ſed etiã laudem illuſtras meam.*
Conuitiari *alicui.* Quintil.97.a.
Conuiuo. *ſimul uiuo. poſthac poterimus commodius colere inter nos in Tuſculano.* At.207.a.
Copula. *copulatio.*
Cordialiter. *ex animo.*
Corono. *regnum defero, diadema pono uel impono.*
Corporatura. *ſtatura, habitus.*
Correcte. *emendate.*
Correlatiua *quæ ſub eandem rationem cadunt.*
Correſpondeo. *reſpondeo, conſono.*
Corrugo. *contraho.*
Creatio. *procreatio.*
Creditũ. *pecunia credita.* ꝺ Pro.70.a. & I.P.98.a.
Crepo. *concrepo.*
Criminalis. *capitalis.* I.V.222.b. Rerum *capitalium quæſtiones.* & 209 a Rei *capitalis reus.*
Cauſa *criminis.* ꝺ Or.118.a. & *cauſa ex crimine.* l. Crimen.
Cauſa *capitis.* ꝺ Ora.162.b. & *lis capitis.* Criminales *cauſæ & criminalis quæſtio.* Aſcon.65.66.
Iudices *quæſtionũ de proximis tribunalibus eſſe deiectos.* I Vat.36.a
Crinomenon. *contentio quę ex ſtatu efficitur, quæ de re agitur.*
Cic ꝓ Mil.102.b. Vt *omni errore ſublato rem quæ uenit in iudicium uidere poſſimus.*
Crucifigo. *cruce afficio, cruci ſuffigo, in crucem ago uel tollo.*
Crumena. *theca nummaria.* At.59.a.
Cudo. *tundo.*
Curabilis. *quod curationem recipere poteſt.*
Curſito. *curſo.*
Curto. *decurto.*
Curuitas. *aduncitas.*
Curuus. *curuatus, aduncus, tortuoſus, incuruus, inflexus, incuruatus.*
Cuſpis. *mucro.*
Cyclopædia. *encyclopædia.*

D Amnifico. *damno uel detrimẽto afficio.* ꝓ Deio.245.a. Dãnum *uel detrimentum affero.*
Quid *illi facias, qui dederit damnũ aut malum.* Ter.3.b.
Damnoſus. *qui alicui damno uel malo eſt, ut clementia Cæſari malo fuit.*
Dapes. *epulæ.*
Decens. *par, conueniens.*
Deceptio. *circumſcriptio, aucupium, tendicula.*
Deceptorius. *ueteratorius, inſidioſus.*
Deceptor. *circumſcriptor.* I.C.205.b.
Decimo. *decuſſo, hoc modo* X
Decliuis. *deuexus, præceps.*
Dedecens. *turpis.*
Defectus. *uitium.* Non *uitio eorũ ſed interpretum inſcitia.* ꝺ D.104.b.
Defectio *ſolis & lunæ.* ꝺ N.46.b.
Deforis. *foris, extrinſecus.* l. Fores. l. Extrinſecus. *ut in ipſa arte inſit nõ foris petatur extremum.*
Dehiſco. *diſcedo. deſideo,* τὸ τάμοι χάνοι &c. At.327.b.
Deifico. *in deos refero uel depono, conſecro, dedico.*
Delator. ꝺ Am.208.b. Ne *crimini*

bus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatus.

Nec ſolum ab aliquo oblatas crimi nationes depellere, ſed ne ipſum qui dem eſſe ſuſpicioſum.

Delectabilis. *habens magnam delectationem.*

Dementio. *mentem amitto.*

Demulceo. *delinio, capio.*

Dependeo. *pendeo.*

Deputatus. *certus, definitus, deſtinatus, attributus, conſtitutus, dictus.*

Pecunia cõſtituta ad emẽdos agros ꝓ Dom.217.b. & 220.a. *Qui de quaq; re conſtituti iudices ſunt.*

Deriſio. *ludibrium.*

Deriuatus. *ductus, ꝓductus.* I. Ineptus.

Deſcendentes. *poſteri, nepotes.*

Deſes. *deſidioſus, iners, languidus.* ✕. *operoſus, ſemper agens aliquid.* ḋ Sen.82.a.

Deſidioſe. *per deſidiam.*

Deſignum. *ratio, conſiliũ.* I.V.72.b.

Deſpectio. *deſpicatio.*

Deſtructio. *ruina, excidium, exitium, exciſio, diſturbatio.*

Deſtructor. *interfector patriæ, perditor reip.*

Deſueſco. *deſueſio, conſuetudinem aliquid faciendi depono uel detraho* I.A.225.a.

Detego. *indico, enuntio, innuo, aperio, patefacio, illuſtro.* ꝓ Syl.178. a. & Antẽq.194.a. ✕. *occulto.*

Deteriorare. *deteriorem facere.*

Deturpo. *inquino.*

Deuio. *declino, deflecto, declinare uel deflectere de uia.*

Deuotus. *religioſus, caſtus, pius, ſanctus, religionibus deditus, religionem colens.* ✕. *ſceleratus.*

Dexteritas. *commoditas.* ḋ N.78.b.

Diameter. *media linea.* ḋ Vn 199.b.

Diapaſon. ḋ Sõ.129.a. *Illi octo curſus in quibus eadem uis eſt duorum modorũ, ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos.*

Dicatio libri. *nuncupatio.*

Dictamen rationis. *communis intelligentia, præſcriptio uel præſcriptũ rationis, ſumma ratio inſita in natura, quæ iubet ea quę faciẽda ſunt prohibetq; contraria.* ḋ Leg.159 b.

Summa lex, ſuprema lex.

Recta ratio, perfecta ratio. ḋ Leg. 160.b. & ibi. *Hoĩs eſ parere debent huic cœleſti deſcriptioni mentiq; diuinæ.* & 182.b. *Natura quæ norma legis eſt.* & 184.b. *Omnia iuſſis ſupremæ legis obtemperant.*

Dicterium. *dictum.*

Dieſcit. *diluceſcit, luceſcit, lucere ĩcipit*

Difficulto. *difficultatem affero.*

Diluuium. *eluuio terrarum, exuſtio terrarum.*

Deflagratio futura aliquando cœli atq; terrarũ. ḋ D.103 a. & Acad.30.a. *Fore aliquando ut hic mundus ardore deflagret.*

Romæ mira proluuies, magna uis aquæ &c. Q.Fr.326.a.

Diſcoperio. *aperio.*

Diſconueniens. *alienum.*

Diſcordans. *diſcrepans, uarius, ut uarium ius.* ✕. *congruens, conueniens.*

Diſcordãtia. *diſcrepãtia.* ✕. *cõſecutio.*

Diſcurro. *uolito, uagor.*

Diſcurſo. *percurſo.*

Diſcutio. *excutio.*

Diſdiapaſon. Ci.I.P.8.a. *Tamen ea, quæ ſunt longiſſime diſiuncta comprehendam.*

Diſparitas. *uarietas.*

Diſplicentia. *conuitium.*

Diſquiro. *exquiro,* ἐξετάζω.

Diteſco. *diues fio, pecuniam facio, rẽ augeo, patrimonium amplifico.*

Diuerſimode. *nõ uno modo.* ḋ D.81.a

Diuerſifico. *uario.*

Diuerſitas. *uarietas, diſſimilitudo.*

Diuinator. *diuinus, diuinans, ut aruſpex, augur, ariolus, uates, coniector* ḋ N.12.a.

At neſcio qui ille diuinus. ḋ D.150. a. & 218.b. *Quædam caſu euenerũt ut prædicta ſunt a diuinantibus.*

Diuiſibilis. *diuiduus.* ✕. *indiuiduus.*

Diuiſim. *ſeparatim, ſeorſum.*

Dociliter. *intelligenter.* Part.232.a.

Doctio. *doctrina.*

Dógmaticus. *cuius libertas diſſerẽdi amiſſa eſt, quiq; in diſputando non ſuum iudicium ſequitur, ſed authoritati aliorum paret.* ḋ Leg.163.a.

Nemo illum de uendita & addicta ſententia mouere põt. & mãcipata.

Dogmaticorum & Academicorum differentia. Acad.3.a.

De obſtinatione dogmaticorũ. Tuſc. 176.a. & Off.58.b. *Ad dogmaticos pertinentia.* & Eraſ. in Prouerbio. *Claudi more &c.*

Contra dogmaticos. ḋ N.14.b. *Hãc tu opinionem &c.*

Nec tamen quaſi Pythius Apollo certa ut ſint & fixa, quæ dixero. Tuſ.151.b.

Dolẽdus. *habẽs dolorẽ.* ꝓ Mur.145.b

Dolentia. ✕. *indolentia.*

Dolorificus. *faciens uel efficiens dolorem, inurens dolorem.*

Dominium. *mancipium, nexum uel nexus,* κτῆσις.

Domuitio. *domũ itio.* ḋ D.95.a. *Sed Rhodiorũ claſſi domũ itionẽ dari.*

Dubitabilis. *habens dubitationem.*

Dubium. *controuerſia, difficultas in iudicando & quaſi ſalebra.*

Omnia in dubium incertumq; reuocari. ꝓ Cecin.299.b. & ꝓ Cæl.49 a. *Rem minime dubitandam in contentione poni.*

Duumuiralis. *ut ſeptemuiralis.*

Duumuiratus. *ut ſeptemuiratus.*

EBrio. *ebrium facio.*

Eccleſia. *ædes ſacra.*

Echo. *imago, ſaxa & ſolitudines uoce reſpondent.* ꝓ Arch.189.a.

Effectiue. *efficienter.*

Effectiuus. *efficiens, habens naturã efficiendi.*

Efficacia. *efficacitas.*

Efficaciter. *efficienter.*

Egenus. *égens.*

Emphaſis. *Clodius ualde me diligit uel ut* ἐμφατικώτερον *dicam, ualde me amat.* Ad Bru.273.a.

Illa ipſa rerum humanarum domina fortuna.

Encyclopedia. *Omnium bonarũ artiũ ſocietas cognatioq;.* ḋ Or.155.a.

At uero ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarũ meditatione uerſabar. ḋ Cla.194.a & 172.a. *Mos eſt hominum ut nolint eũdẽ pluribus rebus excellere.*

Eneruis. *eneruatus.*

Enſis. *gladius, ferrum, in aliquem cum ferro inuadere.*

Entelechia. Tuſ.153.a.

Epiſcopus. *pontifex.*

Equiſo. *agitator.*

Eremita. *ſolitarius homo atq; ĩ agro uitam agens.*

Eſſentia. *natura, uis, poteſtas, notio, communis notio.*

Vim oratoris uniuerſam ac propriã definire. ḋ Or.90.b. & Off.4.b. *Naturæ uisq; honeſtatis.*

Omne argumentum aut ex ſua ſumi ui atq; natura, aut aſſumi foris. Ci.ḋ Or.123.b. *Eloquentię uim ac naturam explicemus.* Or.207.a.

Quinta

Quintu illa non nominata magis q̃ non intellectu natura. Tuſ.156.b.et d Fin.109.b.
Definitio omnem rei cuiuſpiam uim & poteſtatem dilucide proponit & breuiter explicat. Ad Her.32.a.
Quæ enim illarum definitionum nõ aperit notionem noſtram, quam habemus omnes de fortitudine tectam & inuolutam? Tuſ.220.b.
Definitiones declarãt communes notiones. Tuſ.220.b.
Οὐσία quam Plautus eſſentiam uocat, nec ſanè eſt aliud eius nomen latinum Quintil.77.b.

Ethica. philoſophia de moribus uel qua mores conformari putantur.
Euacuo. exhaurio, inanio, uacuum facio, nudum inanemq; relinquo.
Euagino. educo, diſtringo.
Euitatio. declinatio.
Exalto. effero, proueho, produco, ad honorem defero uel perduco.
Ii quos aut fortuna extulit, aut ipſorum illuſtrauit labor & induſtria. p Cor.58.a.
Illum ſua uirtus prouexit non genus I.A.251.b.
Ad ampliſſimos honores aliquem perducere d Am.120 a.
Ad ſummum imperium per omnes honorum gradus efferri, & producere aliquem pro illius dignitate, & quem tu ad hunc honorem rogatione tua detuliſti.
Efferre aliquem in cœlum laudibus.
Excedens. præſtans. Ci. d Vn.199. a. Altera pari numero præſtans extremis pariq; numero ſuperata.
Exceſſiue præter modum.
Exceſſus. ſuperatus.
Exceſſus. exuperatio.
Excidium. excſio.
Excurſus. excurſio.
Excuſabilis. habens excuſationem uel aliquid excuſationis. d Sen.90.b.
Executio propoſitorum. l. Explico. I. A.111.a.
Exercitium. opus. d D.120.b. munus, functio, exercitatio, ludus, ars, ſtudium, induſtria, agitatio.
Study delectationisq; cauſa ſcribere aliquid. d Leg.172.a.
Gorgias nũq; in ſuo ſtudio atq; opere ceſſauit. d Sen.79 b.
Exinanitus. enectus, effœtus.
Exonero. deonero.
Expenſa. impenſa, impendium.
Expergeſio. è ſomno ſuſcitor. Tuſc. 218.a.
Explorator. ſpeculator.
Exponere ſe periculis, obijcere ſe periculis.
Expoſitus fortunæ, obiectus fortunę.
Extiſpicina. ars extiſpicum.
Extraordinarie. extra ordinem.

F Abrefacio. bene facio. I.V.209 b. Pulcherrime facio, optime facio, ſcite facio & uenuſte.
Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta. I.V.210.b. & 208.b.
Argentum fabrefactum. I.V.125. b. aliter benefactum.
Faciliter. facile, perfacile, nullo negotio. At.158.a.
Factiuus. efficiens, ποιητικός. d Fin. 202.b.
Artes quarum omne opus eſt in faciendo atq; agendo,
Factor. effector, architectus, perfector, parens, genitor. d Vn.203.a.
Imitantes genitorem & effectorem ſui.
Facundus. copioſus ad dicendum.
Falſifico. adultero.
Falſitas. uanitas.
Famelicus. fame enectus.
Fameſco. eſurio.
Famigeratio. prædicatio, nobilitas.
Famigeratus. clarus, nobilis, fama celeber, fama celebratus, qui eſt in magno nomine & gloria, qui in ore uiget.
Famigero. fama celebro.
Faſtus. ſpiritu regio. l. Spiritus.
Fatigo. defatigo, in aliquo magno labore me exerceo, magnis laboribus me frango.
Fauilla. ſcintilla.
Fauorabilis. propitius, ſecundus, popularis. p Dom.122.b.
Fibricito. febrem habeo.
Febrio. febrem habeo.
Februa. necia.
Felicito. felicitatem do.
